NIPHUS
OPERA
PHILOSOPHICA
VENETIIS

1559

4558

4555

4548

4553

4557

4550

4549

Arithm. Napier

R.I. ix

Collated Perfect

2=10=0

38673(1)

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI PHILOSOPHI CLARISSIMI,

COMMENTATIONES IN LIBRVM AVERROIS DE SVBSTANTIA ORBIS.

AD ILLVSTREM PRINCIPEM SALERNI RVBERTVM SECVNDVM SANSEVERINVM.

OMNIA MVLTO, QVAM ANTEA emendatiora: ac reſtituta non pauca.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
MDLIX.



AVGVSTINI NIPHI COMMENTATIONES, IN LIBRVM AVERROIS DE SVBSTANTIA ORBIS, PRIMVM.

IN hoc *tractatu intendimus perſcrutari de rebus ex quibus componitur corpus cœleſte. Determinatum eſt enim corpus cœleſte componi ex duabus naturis, ſicut generabilia, & corruptibilia corpora.*

Octo in librorum prohemijs expoſitores facere ſolēt, vt Auer. ipſe ait, atq; imprimis vtilitas huius libri eſt talis, qualis generatim quidē eſt totius philoſophiæ, ſpeciatim vero tanta quanta illa libri cœli, cuius hic liber adminiculus eſt. Item Ordo huius eſt talis, qualis ille qui de cœlo. Diuiſio quoq; ex ſectione capitulorum patet. Proportio etiam conſtat. Via doctrinæ eſt ea, quæ libri cœli, hæc itaque prætermittens Auerr. Intentionem libri præſentis aggreditur. & in fine capituli primi libri inſcriptionem addit. Nomē auctoris, & quos alios in expoſitione huius ſectari volumus, adiiciemus nos. Eſt autem auctor Auerr. dogmate Maumetanus. idiomate arabs. genere Maurus, ſpecie Hiſpanus. patria Cordubenſis. fuit autem anno à prædicatione Mauchmeti. ccccc. conuerſatus eſt cū regibus, vt cū rege Maroches, & alijs. Hic multa ex græcis fragmenta collegit, & Ariſt. verba expoſuit, habuitq; ſingulum verbum tanti, vt illi pluſquam dęmoni crediderit. Et qm̄ græcos nos latini non habebamus, innixi ſumus huic homini, propter fragmenta græcorum, quæ collegit. Hunc librum expoſitum non inueni niſi à Ioanne Gandauenſi, qui huic adeo adhæſit, vt propter verba ſimplicia huius, omnes religiones ſpreuerit. Siquid itaq; boni inueniemus in eo, ſectabimur, ſiquid errati, cōfutabimus, pace eius ſemper præmiſſa. Reuerendus etiam meus præceptor, multa fragmenta in expoſitione huius collegit, quæ (vbi bona videbuntur) acceptabimus, vbi erronea, confutare non ambigam, iuxta illud Ariſt. duobus exiſtentibus amicis, ſanctum eſt præhonorare veritatem, colligam à diuerſis græcis, & latinis ea quæ videbūtur pro expoſitione litteræ, vt ab Alexandro, Themiſtio, Simplicio. & aliis. potiſsimum vero à Themiſtio, quem Auerroes in toto ſectatus eſt, videtur. n. Auerroes themiſtius expanſus. Ille. n. paraphraſtice verba Ariſto. enodauit, Auer. autem commentando, atq; ampliando. Parcatur autem mihi. primo quia Auerroem in proprio idiomate non legi, iccirco ſcio me fore erraturum multis in locis, quæ in illius idiomate puto eſſe per ſe nota. Secundo φ iuuentute ductus, multa minus pēſicultate, minusq; mature, ex ingenij iuuenilis promptitudine, ſcio me dicturum potiſsimum quum fere quater in hunc ſcripſerim tractatur & millites ipſum legerim. Ad rem itaq; condeſcendendo, Auerr. prætermittens illa octo, intentionem eorum quæ dicturus eſt accepit, tanquam prohemium. Deinde exequitur. Inquit igitur (in hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus, ex quibus componitur corpus cœleſte.) eſt igitur intentio eius tractare de rebus, hoc eſt partibus cœli. Sunt autem quæſtiones quatuor: videlicet an res ſit, quid res ſit, qualis res ſit, ꝑpter quid res talis ſit, terminaturus itaq; de cœli partibus has quatuor quæſtiones, primo ſoluens quæſtionem an res ſit, declarat cœlū habere partes, vt inde de partibus poſsit cęteras quęſtiones abſoluere. propterea addit. (declaratum eſt. n. corpus cœleſte componi ex duabus naturis, ſicut generabilia & corruptibilia corpora) quibus in verbis habet, cœlum habere partes. ſecundo ita habere partes vt compoſita generabilia, propter quod partes generales, erunt vt regulæ, pro inueſtigatione partium cœli, nam per conuenientiam & differētiam earum cum his, de partibus illis pertractabit, res. n. difficiles intelligi non poſſunt, niſi per ſimilitudinem quid ſunt, & quid non ſunt. vt. 12. meta. cōm. 39. habetur. Enitemur quæcunq; Auerr. hic dicet, eſſe dicta Ariſt. vel ex his ſequi, demonſtrare.

Innum agēs. o hæc ſcripſit cōmentaria vt ipſi ī lib. de aīa teſtatur.

Sed tamen in iſtis eſt declaratum has duas naturas eſſe per generationem & corruptionem in eis inuentas, in cœleſtibus autem per motum localem, quia enim declaratum eſt, hæc corpora moueri ex ſe et in loco eſſe: amplius autem, illud quod mouetur ex ſe componitur ex duabus naturis, videlicet recipiente, et agente, quoniam quum declaratum eſt omne motum habere motorem. amplius aliquid motum eſſe, & mouens in eodem impoſſibile eſſe, quum hoc inquam ſit, declaratum eſt, corpora cœleſtia componi ex duabus naturis.

Accepit cœlum habere partes. & generabilia habere partes, docet nunc quomodo viis differentibus, hæc duo ſint accepta ab Ariſt. generabilia. n. hæc inferiora habere partes ſcitum eſt ex motus generationis & corruptionis, cœlū habere partes, ſitur ex motu locali. primo via ſic componitur apud Ariſto. omne generabile & corruptibile, habet partes natura differētes. hæc corpora inferiora generantur & corrumpūtur. igitur hæc corpora habent partes natura differentes. Secunda via ſic ſyllogizatur. omne quod mouetur ex ſe, & eſt in loco, componitur ex duabus naturis, agente & recipiente. Cœleſtia corpora mouentur ex ſe, & ſunt in loco, igitur componuntur ex duabus illis naturis. probatͣ maior. Tū primo. quia omne motū ex ſe habet motorem alium à moto. Tum ſecundo, quia non eſt poſſibile idem eſſe mouens & motum. Ex his concluditur cœlum componi ex duabus iis naturis. Auer. primo ponit primam viam. Secundo ibi, (quia enim) tangit ſecundam viam. primo ponens minorem. ſecūdo maiorem. 3. tangens probationem maioris. vltimo concluſionem. & verba patent. Et in hoc patet error expoſitionis Ioannis, ipſe. n. credit Auerroem tangere duas rationes, ad probandum cœlum componi. & delirauit. Secundam ibi (amplius autem.) & non eſt ita, quia hæc eſt ſecunda probatio maioris, vt patet. Sed in his eſt primo dubitatio circa primam viam. Secūdo circa ſecundam. Ioannes voluit compoſitionem generabilium, eſſe adinuentam dupliciter, ex parte quidem formæ, propter operationem, vt. 8. metaphyſicæ cōm. 12. operatio

Com. 1.

Demonſtratio quòd generabilia habent partes.

Quod cœlū habet partes.

Dubitationes. Ioānis poſitio.

operatio fecit ſcire formam.ex parte vero materię,pp generationem & corruptionem. Nã quum gñatio ſit tranſitus de forma in formam, nec poſsit fieri hoc, niſi aliquid ſubiiciatur,igitur erit materia quaſi ſubiectum oĩum formarum.Sed hęc expoſitio eſt contra textum, & contra rationem.contra textum quidem, inquit.n. (ſed tñ in iſtis eſt declaratum, has duas naturas eſſe per gñationem, & corruptionem in eis inuẽtas,) ecce qũo dicit has duas naturas eſſe (inuentas per gñationem & corruptionem.) hæ autem duæ naturæ, materia ſunt & forma.quare vtrãq; per gñationem inuenitur.contra rationem vero,quia correlatiua vnica via inueniun tur.vt traditur in prędicamentis.forma & materia correlatiua ſunt,vt.2.phyſicæ auſcultationis habet cõmẽ. 2 6.quare vna via prohibentur. Aĩaduertendum itaq;, ꝙ forma poteſt dupliciter conſiderari. vno modo reſpectu materiæ, & ſic eſt conſideratio naturalis. & inuenitur per generationẽ, vt materia:alio modo prout eſt vnum entium,& actus,& ſic eſt conſideratio metaphyſica, & hac ratione fortaſsis per operationem declarat qualis eſt,& quæ, & quicquid ſit.in.8.metaphyſicæ verbum illud quod Ioãnes ait. videlicet ꝙ operatio fecit ſcire formam in cõmẽ.illo.1 2. & alibi non inueni. Cõſiderando igitur materiam & formam,vt cor relatiua, per generationem Ariſtote. vtranq; inuenit duabus propoſitionibus. prima oẽ quod fit ꝓm quicq̃ fuit,& ꝓm quicq̃ ſit.Secunda,oẽ quod fit,ſit ex ſuo cõtrario,has accepit Ari.8. & 1 2.metaphyſicæ,& primo auſcultationis phyſicæ, & alibi, & Auerro. declarauit illas.8.phyſicæ auſcultationis. cõmen.4.& primo cœli cõm. 2 4. & in cõm. textus. 5 2. primi phyſicæ auſcultationis. & 8.metaphyſicæ, cõm.textus. 4. & 12. metaphyſicæ. cõm. 6. ex prima propoſitione ſyllogizatur ſit. omne quod ꝓm quicq̃ ſit & ꝓm quicq̃ præſupponitur,componitur ex duabus naturis.ſed oẽ quod ſit,ꝓm quicq̃ fuit,& ꝓm quicq̃ ſit.igitur componitur ex duabus naturis,& hæc eſt prima.Secunda ſic ſyllogizatur. oẽ quod ſit, ex ſuo contrario,ex duabus naturis, ſit oẽ quod generatur,gñatur ex contrario, quare ex duabus naturis. Hanc viam tãgit Auer.infra nunc vero ſit acceptа intantum, & per hæc tollitur cõtradicto in dictis Auer. Ipſe.n.accipit primo cœli. cõm.2 0. & 9. metaphyſicæ.cõmẽ.7.ꝙ operatio declarat eſſentiam & materiæ, & formæ,cuius ſignũ affert,ꝙ res potioris actionis, vel operationis, collocantur in potiori ordine.12. metaphyſicæ cõm. 4 4. & 2.cœli cõm. 6 2. & ita vult per operationem declarari materiam & formam. hic vero ait eas eſſe inuentas per gñationem. poteſt dici primo, ꝙ gñatio & corruptio ſunt operationes materiæ, primo cœli cõm. 2 0.vt incіſio gladij.vel poteſt dici ſecundo ꝙ loquitur de his, vt conſiderantur in metaphyſica,hoc eſt vt ſunt partes entis in eo ꝙ ens, non in eo ꝙ ens gñale. Animaduertendum.3.ꝙ Emped. & alij plurimi,voluere cœlum nõ habere partes,ex quibus componitur, ſed eſſe ſimplex, & hoc quia non eſt in loco, compoſitum.n.dicebãt,debet moueri, & eſſe in loco. propter hæc addit,cœlum ex ſe moueri, & eſſe in loco per ſe, vt diſputat.4.phyſicæ auſcultationis. cõmen.4 3. Sed circa hæc quærunt, vtrum idem ſimplex,ꝓm idem, poſsit ex ſe moueri,hoc eſt excluſa cõpoſitione. Arguitur primo ꝙ ſic.4.cœli commen.2 2. & 4.cœli cõm.2 8. Secundo.9.metaphyſicæ. cõmen. 1 6.eſt aliqua actio immanens igitur idem eſt agens, & motum. Tertio, natura eſt principium motus eius in quo eſt. 2. phyſicæ auſcultationis cõm. 3. conſtat autem principium per excellentiam intelligi pro effectiuo, primo phyſicæ auſcultationis cõm.1.& 1 2.metaphyſicæ commẽ.2 3.& 5.metaphyſicæ cõmen.4.& alibi.igitur idem mouet ſe. Quarto,intellectus materialis intelligit ſe.3.de anima cõmen.7.& 1 5. Quinto.8.auſcultationis phyſicæ cõm.4 0.aliquid mouere ſe, ꝓm quod mouetur, vniuoce eſt impoſsibile, ſed æquiuoce fieri poteſt. Sexto, Auerro.ſecundo phyſicæ auſculta. cõmen.primo.4. cœli cõmen.2 4.& 8.auſcul.phyſicæ cõmen. 2 0.& 6 0.& Ariſt.in lib.de cauſa motuum animalium,volunt ꝙ,idem alterare ſe,eſt impoſsibile, ſed idem mouere ſe in loco, fieri poteſt. Vltimo, aqua calefacta infrigidat ſe,vt dicit Auicen. In oppoſitum,& pro contrario parte eſt Ariſto. primo de generatione, vbi dicit ꝙ idem, & omnino ſimile, nõ poteſt agere in ſe,quia tunc vt dicit Auer.ibi. cõmen.4 8. idem, & ꝓm idem, ageret in ſe, & ſi ſic, tunc nihil eſſet impoſsibile, & commen.7 3. dicunt omne motum, diuidi in partes duas ſaltem. itemq; Auerro.3.de anima cõmen.4.& 5. 1 9. & 3 0. contra auempacen. In iſto quæſito Plato vbique idem ſimplex mouere ſe contendit. immo in hoc,ſimplex ait à compoſito differre. Nam ſimplex eſt ſeipſum mouẽs.compoſitum vero per alterum ſe mouet, propter quod, vult deum eſſe numerum ſeſe mouentem. animam etiam numerum ſeipſum mouentem. Contra hanc opinionem arguunt Ariſtoteles, & Auerro.quia tunc idem eſſet mouens & motum.quod Ioannes ait pro tanto eſſe incõuenienѕ,quia tunc idem eſſet in actu, & in potentia, & hoc eſt impoſsibile.quia actus & potentia, ſunt differentiæ valde oppoſitæ primo de anima commen.6. Sed hæc deductio, (pace ſua) nulla, primo quia actus & potentia, non ſunt valde oppoſita. niſi relatiue, vt habere.9.metaphyſicæ, cõmẽ.1 1.modo idem poteſt eſſe relatiuum ad ſe.5.metaphyſicæ, quare idem poſſet ſe mouere. Secundo Auerro.8.phyſicæ auſcultationis commen.4 0. idem eſſe in actu,& in potentia ęquiuoce concedit,quod alij intelligunt idem eſſe in actu virtuali, & potentia formali.quare actus, & potentia non ſunt differentiæ valde oppoſitæ. Tertio,ipſemet.8. phyſicæ auſcultationis tenet idem poſſe ſe mouere, vt forma grauis mouet,& mouetur,& tñ idem eſt in potẽtia, & actu. Quidam Latini & acuti, tenent etiam ad mentem Ariſto. tria. primum ꝙ aliquid poteſt agere in ſe. Et vtuntur ratione quadam, quam vocant Achillem, ſic. actiuum, & paſsiuum ſunt relatiua adæquata. igitur oẽ actiuum poteſt in omne paſsiuum, & oẽ paſsiuum, poteſt pati ab omni actiuo.Sed A eſt agens ad B,& patiẽs ab F. igitur poteſt agere in ſe. Dicunt ſecundo ꝙ nihil poteſt ſe mouere, cauſando formam ſubſtantialem. hoc eſt nihil poteſt ſe generare.probant,quia nihil imperfectius poteſt cauſare perfectius. Tertio dicuntur ꝙ nihil poteſt agere in ſe actione vniuoca, probant. quia tunc duo indiuidua abſoluta eiuſdem ſpeciei poſſent eſſe ſimul in eodem. Ex iis inferunt primo generatim idem poſſe agere in ſe, & alterare ſe. nam quantitas & qualitas ſunt effectus ſpecie diſtincti à forma, igitur à forma poſſunt cauſari.tanquam ab agẽte æquiuoco. Spe ciatim dicunt ſubiectum poſſe cauſare in ſe propriam paſsionem.quia ęquiuoce ſe habent.& hoc confirmãt, quia potentia mere paſsiua, eſt contradictionis, ſubiectum, reſpectu ſuæ paſsionis, non eſt contradictionis, igitur non eſt mere paſsiua,& per conſequens eſt actiua ali-

Contra Ioãnẽ.

Forma quot modis conſideratur.

Demonſtratio Ariſto.

Solutur contradictio.

Poſitio Emped. de cœli loco.

Quæſtio prima vtrum idẽ poſsit ſe mouere.

Platonis poſitio.

Contra Platonem Ioãnis deductio.

Cõtra Ioannẽ.

Poſitio ſubtiliũ doctorum.

De ſubto ꝙ pro pria paſsione.

ua aliquantulum. Scđo ſpeciatim dicũt ꝙ tam grauia & leuia, q̃ aĩalia, mouent ſe ad vbi naturale, ablato omni impediẽte. tertio ꝙ aqua calefacta infrigidat ſe, & ſemen animatum alterat ſe. Et hoc quia in omnibus his agens & actio equiuoce ſe habent. Sed contra hoc primo declarabimus hæc eſſe contra Ariſto. & Auerroem. Secundo ꝙ ſunt ſimpliciter errata. Quantum ad primum. de mente Ariſto. dicendum primo nihil ſe-ipſum generare. vnde. 2. de anima inquit. Generat autem nihil ipſum ſeipſum, ſed ſaluat. Vbi Auer. cõm. 47. inquit. & generare eſt generare alterum, nõ ſe, impoſſibile. n. eſt, vt aliquid generet ſe. Adhoc eſt ratio Auer. demõſtratiua in metaphyſica. videlicet generans eſt, quod generatur non eſt. quare ſi aliquid ſe generaret, idem ſimpliciter eſſet, & non eſſet, quod nemo conceſſit. ſimiliter nihil per ſe, corrumpit ſe, nam corrumpens eſt, corruptum non eſt, quare idem eſſet, & non eſſet, per acidens autem nihil prohibet idem corrumpere ſe, eo ꝙ minus ad deſtruendum requiritur. nihil autem generat ſe, etiam neq; per accidens. quia ſiue per ſe, ſiue per accidens, omne generans præſupponitur eſſe. hanc etiam aduerſarij concedunt. Dico ſecundo, ꝙ nihil alterat ſe. vel auget ſe, actu intellige alteratione & auctione corruptiuis. hanc Auerro. ponit ſimul cum prima. 4. cœli cõm. 24. & 2. phyſicæ auſcultationis cõm. 1. Et Ariſtote. in libro de cauſa motuum animalium. & Auer. probat hanc. Nihil per ſe generat ſe, quod augetur generatur. nam augmentatio eſt quædam aggeneratio, vt declarat primo de generatione. cõm. 38. igitur nihil auget ſe. Similiter & de alteratione arguit, nihil eſt aptum natum generare ſe, oẽ alterans ſe, eſt aptum natum generare ſe (nam alteratio eſt propter gñationem, tanquam propter finem, eſt. n. gñatio finis alterationis, potens autẽ in finem, poteſt & in oẽ medium ad finem, & econtra potens in oĩa media poteſt & in finem. 7. metaphyſicæ. cõm. 31.) quare ſi aliquid poteſt ſe alterare, alteratione corruptiua, idem poſſet per ſe generare. & corrumpere. De motu locali, poſtea dicemus. Tunc ſpeciatim ſequitur, primo ꝙ ſubiectum non eſt cauſa effectiua ſuæ paſsionis, vt ignis, non eſt cauſa effectiua caloris, nec aqua humoris. primo quia tunc idem alteraret ſe, contra iam dicta. Secundo, quia. 8. phyſicæ auſcultationis. cõm. 4. agens dans formam, dat & accidentia per ſe quæ conſequuntur illam formam, mediante forma. igitur ſi forma daret accidentia per ſe, daret illud mediante illo quo inſunt ſubiecto, & ſic daret formam. De grauibus & leuibus quõ mouent ſe, nunc omittimus. Sed de aqua calefacta dicimus ſecũdo ꝙ ipſa non reducit ſe apud Auer. quia. 2. de anima cõmen. 115. ipſa in ſui ſubſtantia, non poteſt alterari, ſed in vaporibus quibuſdam, qui continentur in illa, illi. n. caleſiunt, qui poſtea à continente medio, vna cum aquæ aptitudine, expelluntur. Vbi vero ſubſtantia aquæ eſſet remiſſa, & frigus etiam, vt tenet Auerroes. 3. cœli cõm. 67. tunc ſi aqua reduceret ſe, generaret ſe, quia non poteſt reducere ſe, ſi generet partes ſubſtantiæ remiſſæ. Ex iis facile poſſunt ſolui captiunculæ illorum. Ad primum dicendum aliquod eſſe verum in genere, quod eſt falſum in ſpecie. 7. phyſicæ auſcultationis cõm. 2. vnde. 5. metaphyſicæ. viſus repugnat talpæ in ſpecie, non autem in genere. Nam aliter homo cæcus viſu priuari dicitur, & aliter talpa, hoc quidem ſecundum genus, illud vero ſecundum ſe. Et hoc exponit Auerro. ibi. cõm. 27. Sic in propoſito, ſecundum rationem generis, omne actiuum poteſt agere in ſe, propter rationem tactam. Tamen in ſpecie, eſt falſa de generatione, de alteratione, & de augmentatione. vnde alterans poteſt, inquantum agens alterare ſe, inquantum patiens, non, tamen & alterans, inquantum alterans poteſt. Ad rationes alias, concedantur illæ quæ faciunt pro nobis, verum ad eas contra nos dicendum. Et ad primam, ꝙ licet qualitas, & quantitas, ſint effectus æqui-uoci, tamen ab alio eſt incompoſsibilitas, in alteratione quidem, quia diſponit ad generationem, & corruptionem. In augmentatione vero, quia augmentatio eſt quædam aggeneratio. Ad aliud dicendum, ꝙ ſubiectum reſpectu paſsionis, eſt potentia puræ paſsiua ſed non omnis eſt contradictionis, ſed tranſmutabilis vt dicitur. 9. metaphyſicæ. cõm. 17. ſubiectum. n. poteſt recipere propriam paſsionem, ſecundum potentiam ad dimidium contingentis, & non ad vtrunque cœlum etiam recipit intelligentiam, ſed nõ per potentiam ad vtrũq;, ſed ſecundum dimidium, propterea dicitur ſubiectum. 8. metaphyſicæ. cõm. 12. de cæteris patet, quid ſit dicendum. Sed tota difficultas eſt de reductione aquæ. Nam calculatores dicunt, aquam reduci non quidem ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco, ſiue à forma, ſiue à qualitate virtuali. Primo, quia ſi à cotinente reduceretur. tunc à proportione minoris inæqualitatis proueniret actio, vt quando eſſet inducta maior frigiditas quàm habeat continens. Secundo, aliqua gutta addita infrigidat, vt patet in olla bulliente, igitur non medium, & ita poteſt idem alterare ſe. Tertio, tunc à ſimilibus in forma, & gradu, proueniret actio, vt quando aqua erit ita frigida in gradu, & forma, vt aer circunſtans. Quarto, tunc actio non eſſet merito contrarietatis, vt quando aer eſſet ita frigidus, ſicut aqua. Quinto, habitibus præſentibus in materia ceſſat actio, igitur cum aer infrigidauit aquam vt ipſe eſt, ceſſabit actio. Animaduertendum itaq; de mente Auerro. & aliorum, ꝙ aqua poteſt dupliciter alterari ad calorem, vel quantum ad vapores contentos in ea, ipſa aquæ ſubſtantia exiſtente perfecta, vel quantum ad ſubſtantiam, quando videlicet ipſa eſſet remiſſa in frigiditate propria, tunc. n. vt remittitur in qualitatibus propriis, & ſubſtantia remittetur. 3. cœli cõm. 67. Si primo modo, medium, & aquæ aptitudo conſtituunt vnum agens, à proportione maioris inæqualitatis. nam licet aer per ſe non eſſet agens maius, tamen cum illa aptitudine redditur maius. Si ſecundo modo, medium, & aptitudo aquæ remiſſæ, conſtituunt ſimiliter agens maius. Tunc ad primum dicendum, ꝙ aer ita calidus ſicut aqua, cum aptitudine conſtituunt vnum agens totale, proportionis maioris inæqualitatis, & ſic negatur conſequentia. Ad ſecundum dicendum, guttam illam addere aptitudini, & per conſequens facit agens proportionis maioris inæqualitatis, medium. n. cum illa gutta agunt, ſed medium actiue, illa diſpoſitiue. Ad tertium dicendum, ꝙ medium erit ſimile in gradu, & forma, ſed propter aptitudinem paſsi eſt diſsimile in potentia. Et per idem ad quartum, eſt. n. diſsimilitudo propter potentiam. Et per idem ad quintum, non. n. habitus ſunt potentes in materia, ſecundum formam, gradius, & potentiam, & propterea adhuc perdurat actio, vt fiat aſsimilatio etiam in potentijs. Et eſt mens Ariſtote. & Auer. Hæc de mente Ariſtote. Quantum ad ſecundum.

Impugnatio.

Verum ſubiectum cauſa ſit ſuæ ꝓpriæ paſsionis.

De reductione aq̃ calefactæ.

Solutiones rationum aduerſariorum.

Quæſtio de reductione aquæ

Prima poſitio.

Poſitio. Auer.

Oẽ q̃d moue-

tur, dupl'r mouetur.

dum videlicet, quid ſit dicendum ſimpliciter, accipiendum primo de mente Ariſt. & Auer. primo de anima cõm. 37. ꝙ dupliciter mouetur omne, aut ſecundum alterum, aut ſecundum ſeipſum, ſecundum alterum quidem. vt nauta, qui mouetur ad motum nauis, ſ̃m ſeipſum vero, quod per ſui naturam mouetur. Et faciunt quidã vim in verbis.

Per ſe, & ex ſe differunt.

Nam grauia, dicunt moueri per ſe, non tñ ex ſe, nam per ſe, eſt ęquale cauſæ per ſe vero mouentur, pro quanto à forma mouentur, quanquam motum habet ab alio. Non autem ex ſe, quoniam nũquã inciperet moueri, niſi remoueretur prohibens.

Moueri ſecundũ ſeipſum multiplex.

Ego vero in verbis nullam faciens vim, ſubdiſtinguo moueri ſecundum ſe ipſum, quia vel eſt priuatiue, vel poſitiue, illud.n. mouetur, ſecundum ſe ipſum priuatiue, quod mouetur, & non incipit moueri, vel deſinit moueri alio concurrente, vt animalia, & cœlum. Illud vero mouetur ſecundum ſeipſum poſitiue, quod remotis impedimentis, habet principium de motus, & vnde quietis, vt grauia, & leuia.

Vñ Auer. varius ð motu elementorum.

Et propterea Auer. varius inuenitur in quæſtione de motu grauium & leuium, non propterea, quia ſibi ipſi contradicat, vt quidam ignari credidere, ſed propter æquiuocationem verbi per ſe. Nam quandoq; vult ea moueri ab alio, quandoq; per ſe, quod ratione diuerſa verum eſt, vt alibi diximus.

Moueri ſcd̃m alterum multiplex.

Moueri etiam ſecundum alterum, eodem cõmen. ſubdiſtinguit Auerro. nam quoddam mouetur per accidens, quod poteſt per ſe moueri, vt nauta ad motum nauis, qui ſeorſum per ſe moueri poteſt. Quoddam vero, quod per ſe minime moueri poteſt, vt albedo, quæ mouetur ad motum corporis albi, quæ ſeorſum moueri non poteſt.

Nullũ indiuiſibile per ſe mouetur.

Iis acceptis, accipiendũ eſt ſecundo, nullum indiuiſibile, per ſe poſſe moueri, vt neque animam, neq; deum, neque aliud tale. Hanc Ariſto. eodem de anima primo. & Auer. declarat pluribus cõmen. vt cõmen. 38. quia vel motu alterationis, vel augmenti, ſiue decrementi, aut generatione, aut motu in locum, & hoc vel ſecundum vnum horum, vel plures horum, ꝙ non motu in locum deducit. nam ſi non mouetur ſecundum accidens, natura inerit ſibi motus, vbi motus ineſt ſibi natura & locus etiam inerit ſibi natura. Nam locus eſt finis motus, & cuicunq; ineſt medium in finem, ineſt & finis. & ſic erit corpus. Amplius ſi indiuiſibile natura mouetur, & violentia etiam mouebitur. ſimiliter & de quiete. quieſcet.n. alicubi violenter, alicubi naturaliter. hoc autem fieri nequit. nulla.n. quies ineſt violenter animæ. Rurſus, vel à medio, vel ad medium, vel circa medium. Vbi à medio erit ignis, vbi ad medium erit terra. Vbi circa medium erit cœlũ. Eadem autem ratio eſt & de medijs corporibus. Multæ aliæ rationes poſſunt colligi ex Auerroe in cõmen. illorum textuum, quas nunc omittimus.

Errata recentiorum.

Et in his perſpicuum eſt, quàm erroneę quidam dixere Ariſto. demõſtrationibus non repugnare, indiuiſibile per ſe poſſe moueri. hi.n. deſtruunt totum phyſicæ auſcultationis ſeptimum, & totum octauum & præcipuam partem primi de anima libri. Et omitto demõſtrationes ſexti, quas omnes ſophyſticas reddunt. Verum quia res hæc eget diligentiori tractatu, nunc omittitur.

Oẽ motum eſt compoſitum.

Qua è re colligitur tertium, ꝙ omne motum ſiue per ſe, ſiue ex ſe, ſiue ſecundum ſe priuatiue, ſiue poſitiue ſit compoſitum ex duabus partibus, quarum altera ſit forma. vel vt forma, altera materia vel vt materia. Vt vero iſtud tertium intelligatur, Animaduertendum

Materia bifariam.

Materiam eſſe bifariam apud Ariſto. in lib. Periher. eſt.n. materia æquale ipſi contingenti, contingens autem duplex eſt.

Contingens duplex.

Alterum ad vtrunq;, vt quod eſt ad vtrũq;, vt hominem ambulare. homo.n. dum ambulat, poteſt non ambulare, & dum non ambulat, poteſt ambulare. Alterum ſecundum dimidium, vt Cygnum eſt album. (poteſt.n. eſſe albus ſed non dum eſt albus) eſſe non album. quare & materia eſt in potentia dupliciter. vt ſecundum vtrunque vt materia rerum generabilium & corruptibilium. & ſecundum dimidium vt materia cœli. Cœlum.n. compoſitum eſt ex parte quæ eſt forma, vt ex intelligentia. Et ex parte quę eſt materia, vt ex orbe. qui materia eſt intelligentiæ, non quidem ſecundum vtrunque. Sed ſecundum dimidium contingentis, hoc eſt ad eſſe tantũ. Quare duplex materia eſt, vna quidem ad vtrunque potentia, altera ſecundum dimidium.

Materia potentia ad vtrunq; qualis.

Prima dicitur particulatim, ſignatimq́; receptiua, argumento ꝙ recipit mediantibus dimenſionibus & qualitatibus in tempore certo, ratione ſignata, diſpoſitione terminata, ab agente demonſtrato, atque particulari. propter quod Auer. materiam hanc vbiq; tranſmutabilem vocitat. omnis corruptionis cauſam, & principium contingentiæ ac potentialitatis fundamentum, & rationem.

Materia potentia ſecũdum dimidium qualis.

Secunda materia generatim receptiua eſt, quia nec mediantibus dimenſionibus, nec qualitatibus, nec in tempore certo, nec ratione deſignata, nec diſpoſitione terminata, nec ab agente demõſtrato. atque particulari, recipit omne quod recipit.

Qualiter eiuſdem rõnis hæ materiæ.

Quo fit, vt hæ ambæ materiæ vno modo ſint eiuſdem rationis. Alio modo alterius rationis. In ratione quidem potentiæ conueniunt. & quaſi eiuſdem ſpeciei potentiæ metaphyſicæ ſunt, quæ tamen differunt in ratione potentiæ phyſicæ.

Forma duplex.

Per idem forma duplex eſt, vna quidem materiæ primo modo, & hęc forma tranſmutabilis dicitur, altera forma reſpondens materiæ ſecundo modo acceptæ. Et forma hæc æterna, ac intranſmutabilis dicitur. Prima conſtituitur in eſſe per materiam, hoc eſt dependet in eſſe & conſeruari à materia, vt primo auſcultationis cõm. 83. & 12. metaphyſicæ. cõm. 37. habet. Forma ſecũdo mõ non conſtituit à materia propria, ſed ipſa conſtituit materiam, hoc eſt cœlum in eſſe, & ſibi ſpeciem & eſſe actuale præbens, vt dicitur primo auſcultationis phyſicæ cõm. 63. & 8. eiuſdem cõm. 79. & alibi pluries.

Quales ambæ materiæ.

Ex iis patet, primo ambas materias eſſe receptiuas tantum, licet differenter, nam materia tranſmutabilis recipit contingenter, ſecundum vero vtrunque materia intranſmutabilis contingenter ſecundum dimidium.

Quales ambæ formæ.

Secundo ꝙ forma primo modo & forma ſecundo modo ſunt principia agentia omnium operationum, & motuum, quæ inſunt ſubiectis ſuis, ſed etiam differenter. Nam forma tranſmutabilis, eo ꝙ recipitur in ſubiecto contingenti ad vtrunque, & ab eodem conſtituitur in eſſe, redditur potentialis & receptiua. dat.n. illi materia conditiones ſuas, quum det ipſi eſſe, propter quod dat ei tranſmutabilitatem, & corruptibilitatem, at forma intrãſmutabilis nulla ratione efficitur à ſubiecto potentialis & receptiua, & iccirco remanet pure actiua. Nam ipſa à ſubiecto non habet eſſe, ſed illi præbet eſſe.

Forma trãſmutabilis mouẽs, mota.

Tertio propter hæc forma tranſmutabilis, eſt mouens & mota, non dico vt quod & per ſe ſeorſum. ſed vt forma eſt mouens, hoc eſt principium motus, quo videlicet, graue vel leúe mouet ſe. nam in ratione formæ eſt actus, in ratione actus eſt agens. Eſt vero mota hoc eſt eſt illud quo

lud quo graue vel leue mouetur, vt in materia. nam à materia redditur potentialis & receptiua,& capax motus. Forma vero intranſmutabilis tantum eſt mouens, quia tantum forma,& nulla ratione potentialis, ac materialis.Sapide propter hæc dicit Auer.quarto auſcultationis phyſicę, ꝙ materia eſt quo graue eſt in potentia ad motum,forma vero qua mouetur. Nam materia eſt fundamentum omnis potentiæ.quod vero mouetur eſt in actu, & forma fundamētum omnis actualitatis. Tunc poteſt reſponderi ad quæſtionem. videlicet,vtrum idem poſsit ſe mouere. Patet vno modo ꝙ ſic,alio modo ꝙ non.idem.n.compoſitum in actu poteſt ſe mouere ſed ſm partes diuerſas. Idem vero non poteſt ſe mouere, quando fuerit impartibile. Rurſum compoſitum per ſe moueri eſt dupliciter: vel à ſe priuatiue,hoc eſt ꝙ nec cepit,nec deſinet ab alio moueri. & hac ratione omne quod mouetur per ſe, debet diuidi in motorem in actu, & motum in actu,vt animal, & cœlum.vtrunque.n.hac ratione diuiditur,quia vtrunque hac ratione mouetur. Alio modo poſitiue tantum, quod habet, videlicet, principium motus, ſiue incipiat, ſiue deſinat ab alio moueri, vt elementa. Et hęc non diuiduntur in motorem & motum in actu, ſed idem diuerſa ratione eſt motor, & res mota vt forma. Tunc ad rationes, ad primam reſponſum eſt, idem enim poteſt ſe mouere, ratione tamen diuerſarum partium. Ad ſecundum dico quòd loquitur de actione animæ rationalis, modo anima habet partes diuerſas. Ad tertium capiendo naturam pro forma tranſmutabili, diximus idem poſſe ſe mouere. natura enim ſic accepta mouet vt forma. mouetur autem vt in mteria. & ſic pro ratione diuerſarum partium. Ad quartum intellectus materialis intelligit ſe intelligendo alia & ſpecies, ſiue eſſentias cæterorum intelligibilium ſed de his dicemus quandoq;. Ad quintum patet ſolutio, idem enim mouere ſe, eſſeq; agens & patiens in actione æquiuoca, eſt poſsibile in forma tranſmutabili. habet.n.vim agendi vt forma, vim patiendi, vt in materia. Ad ſextum conceditur totum ad ſenſum quæſtionis.ſimiliter,& ad vltimum.

Materia quo graue eſt in potentia forma quo mouetur.

Solutio ad quæſtionem.

Ad rationes.

In hoc tractatu igitur perſcrutati ſumus de his duabus naturis, ex quibus corpus cœleſte componitur. vtrum ſint ſimiles illis naturis,ex quibus generabilia componūtur.quarum vna dicitur forma, altera materia, ſcilicet vtrum hæc materia & forma quæ ſunt hic,ſint eadem cum illis,aut diuerſa ſecundum magis & minus.

Cōm. 3. Recollegit cœlum eſſe ex partibus cōpoſitum. quē admodum generabilia corpora conſtant.Mouet nunc quæſtionem, q̃ in præſenti libro eſt pertractaturus, vt ſpecialius mentionem,quam generalius accepit, exponat. Et petit vtrum partes quas habet cœlum, ſint euſdem ſpeciei cū patribus generabilibus, eiuſdem quoq; generis,an ſpeciei differāt. Nam ſoluta q̃ne an res ſit, vt ꝙ cœlum ſit compoſitum, remanet q̃ quid res ſit, cognitio autem totius quidditatiua ex cognitione partium dependet vt.7.meta. patet.& 6 o.topicorum.Sapide itaq; Auer. petit an cœli partes d̄rantà partibus rerum generabilium. Animaduertendum autem pro verbis Auer. ꝙ differre ſecundum magis & minus.interdum ſunt ſub eadē ſpecie.vt.5.auſcul.phyſi.cōm.53. Et ſic differre ſecundum magis & minus, eſt differre numero:vel differentijs indiuiduis,qua ratione album vt duo differt à ſeipſo vt quatuor. Interdum accipitur pro differre ſecundum prius & poſterius. vt.8.metaphyſicæ. cōm.1 o. vbi dicit. formæ ſunt vt numeri. Et hac ſecunda ratione accipit Auerro. quaſi dicat.vtrum partes cœli ſint ſpecie eædem cum partibus generabilium, an differunt ſecundum magis & minus. hoc eſt per prius & poſterius quod eſt differre tum ſpecie tum genere. Ioannes textum hunc non olfecit.

Differre ſecūdum magis & minus quot modis.

Sed ſi ſint diuerſæ ſpecie tunc equiuoce dicitur corporeitas, aut ſecundum prius, & poſterius, quoniam autem hæ duæ naturæ exiſtentes in his generabilibus, & cœleſtibus corporibus non ſunt conuenientes ſpecie,manifeſtum eſt poſito corpore cœleſti ingenito,et incorruptibili Et corporibus quæ ſunt apud nos,genitis. & corruptibilibus. Cauſas.n. corporis generabilis & corruptibilis: & æterni eſſe eaſdem impoſſibile eſt, excitatum igitur eſt has duas naturas, ex quibus componitur corpus cœleſte non eſſe eiuſdem ſpeciei, neque eiuſdem generis cum duabus naturis ex quibus componuntur generabilia.

Circa hunc textum primo dicemus verum & craſſiuſculum ſenſum eius.ſecundo loco adducemus dicta aliorū,partim approbando,partim confutando.Quantum ad primum Auer. mouet quæſtionem, vtrum videlicet cœli partes ſint eiuſdem ſpeciei, cum partibus corporum gn̄abilium.Nunc ſoluit, non quidem quietatiue, ſed excitatiue, ad inducendum hoīes ad attentionem tentando rei difficultatem. Et arguit hipotheticę à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequētis ſic. ſi partes cœli differunt ſpecie. Corporcitas dicitur de cœlo,& corpore genito, aut ęquiuoce,aut analogice. ſed partes cœli à partibus generabilibus differūt ſpecie.igitur corporeitas dicitur vel ęquiuoce vel analogicæ, minorē proſyllogizat & ſubintelligit hanc maiorem,ęternum & corruptibile differunt ſpecie.Et ſub hac accipit minorem.d.manifeſtum eſt poſito corpore cœleſti ingenito, & incorruptibili, & corporibus quæ ſunt apud nos, genitis & corruptibilibus ſubintellige concluſionem acceptam. Secundo eandem minorem proſyllogizat & vult eſſe ſubintelligendam minorem. Et inquit,cauſas.n.generabilis & corruptibilis & æterni eſſe eaſdem impoſsibile eſt.Subintellige minorem hanc. Sed partes cœli ſunt corporis æterni cauſę. partes vero generabilium ſunt cauſę corporis generabilis,igitur differunt ſpecie. Et propterea conducit concluſionem, & inquit. excitatum igitur eſt has duas naturas, ex quibus componitur corpus cœleſte, non eſſe eiuſdem ſpeciei, neq; eiuſdem gn̄is cum duabus naturis. è quibus cōponūtur generabilia corpora. Sapide dixit excitatum. nam hæc non eſt quæſtionis quieta terminatio. Aut fortaſſe Auer.fecit vnum proſyllogiſmum ad probandam minorem.Et ſic litera cōponitur,cauſæ ęterni & cauſæ rei genitæ differunt ſpecie.partes cœli,& partes rerum generabilium ſunt cauſæ ęterni, & cauſæ rei genitæ. igitur differunt ſpē. De proſyllogiſmo primo accipit minorem. ibi{manifeſtum eſt poſito} Secundo maiorem ibi {cauſas.n.corporis} Tertio concluſionem ibi {excitatum igitur} & hæc expoſitio eſt magis ad verbum.Hæc de primo,quātum vero ad ſecundum tranſigamus. Quidam contemporanei noſtri differunt primo Auicennā opinatum fuiſſe materiam cœli, & materiam corporum corruptibilium eſſe eiuſdem rationis, cœlum tn̄ eſſe ęternum à motore. Dicunt.2.Auer.contradicere Auicēnæ ſolum in cauſa materiali. Nam cauſas agentes eſſe eaſdem ſpecie ęternorum & corruptibilium patet.Formā quoq; cœli eſſe alteram ſpecie & ratione à forma corruptibi-

Cōm. 4.

Syllogiſmus hipotheticus.

Primus proſyllogiſmus.

Secundus proſyllogiſmus.

Facilior expō.

Digreſſio. Poſitio cōtēporaneorum.

ruptibilium, Auer. ſibi ſuppoſuiſſe dicūt,ac pro manifeſto recipiſſe.Et ſic ſermonem Auer.ſolum de materia eſſe intelligunt. vt videlicet Auic. contradicere. tertio ſyllogiſmum Auer.ita componunt. Materia æterni & materia corruptibilis differunt ratione & ſpecie. Cælum eſt æternū & corpora noſtra gñabilia ſunt & corruptibilia.igitur differunt materia cœli,& materia corruptibilis ſpecie & ratione. Maiorem dicunt Auer. accepiſſe pro conſtanti hic. Verū dicunt ipſam declaratā fuiſſe primo cœli. cōmē.2 o. per hoc ꝙ ſi materia cœli eſſet eiuſdem ſpeciei cum materia corruptibilium,cœlum corrumperet. Declarant conſequentiā ex.8.meta. cōm.12.quia tranſmutatio eſt materiæ propria & peculiaris paſsio. Conſtat autem paſsionem nunq̄ è ſubiecto ꝓprio ſeparari, qua è re opus eſt vt cœlum aliqñ corrumpatur, aliter ocioſum eſſet aliquid. Hęc contē-*Impugnatio.* poranei noſtri. Sed pace horum, hic multifariā aberrant.Primo ꝙ non loquuntur pro verbis Auer.non.n. vere contra Auic. loquitur,cum ſit in parte excitatiua. Secūdo errant ꝙ Auer. ſupponat pro famoſo formam cœli & formam rerum corruptibilium eſſe rōne alteram. quærit.n.de partibus cœli, & non de altera parte. &expoſuit de materia & forma,vt in textu proximo diximus.Tertio formam cœli & formam horum corporum eſſe ſpecie differentes non patet,vt dicunt.Imo eſt res quæſita. Multi.n.philoſophātes formam cœli dixerunt eſſe elementariam,vt in metheoris tradit Ariſt. Et propter hoc factus eſt liber phyſi.auſcultationis. Ratio vero qua ꝓbant cœlum nō eſſe ex materia eiuſdem rōnis,nulla eſt,niſi maioribus viribus corroboreť.Concedit.n.Auic.cœlum eſſe corruptibile,ſed æternitatem habere ab intelligentia. Sed de his poſterius diligentius dicemus.verba igitur Auer.ſunt intelligenda vt di-*Dubitationes.* ximus. At tñ emergunt quæſtiones,prima nāq; eſt ſuper conſequentia Auer. partes cœli differunt ſpecie à partibus corruptibilium. igitur gñe, & corporeitas dr̄ æquiuoce de vtriſq;, hæc quidem conſequentia nulla eſt,primo quia minor differentia non arguit maiorem, ſed econtra.Secundo omne enthimema tenet in virtute ſyllogiſmi, vt fiat itaq; ſylľs, debet ſubaudiri hæc, ſi cauſæ differunt ſpecie, & cauſata etiam differunt ſpecie & gñe. Modo hæc eſt falſa. Tum, quia idem ignis ſpecie generatur ab igne, et ab excuſsione lapidis cum calibe primo metheorum.&3.cœli.cōm.56.Similiter eodem cœli.3.cōm.58.&59.dicit eādem aquam ſpecie gñari ab aere denſo,& terra rara. Et 12.meta.cōm.18. veſpæ gñantur ex corporibus equorum mortuorum &*Difficultas ſecunda.* ex ſeminibus veſparum. Secunda quæſtio eſt,quia hic vr̄ committi circulus,nam probat diuerſitatem cauſati per diuerſitatem cauſarum, & dr̄iam cauſarum ꝓpter *Declaratio rationis.* dr̄iam cantorum. Vt vero vis rōnis intelligatur.Auer. ſupponit primo oē quod eſt in gñe cōponi ex materia & forma,vel ex potentiali materiæ,& actuali formæ. *Quale oē quod eſt in genere.* Declarat hoc ipſe in lib.deſtructio deſtructionū diſputatione ſeptima in ſolutione ad quartū dubium. Patet idem.8.met. cōm.6.& Ariſt.in 10.meta.in vltimis fere verbis contra Platonē aſſumit,quæcunq; differunt materia,differunt & gñe.nec valet quod latini addūt eum intelligere de gñe phy. Nam tunc Ariſto.nihil haberet cōtra Plato.itemq; Auer.in paraphraſi Porphyrij,paraphraſi tertia idē aſſumit. Volens ꝙ genus generum in prædicamento ſubſtantiæ ſit corpus.principia quoque eſſe materiā & formam.2.cœli cōm.49. contra Auic. aſſumit dicēs ſi orbes eſſent eiuſdē gñis, tunc eſſent ge-nerabiles, quare omne quod reponitur in genere prædicamentali aut eſt compoſitum ex materia, & forma, vt ſubſtātiæ omnes prædicamentales,aut ex potētiali materiæ, & actuali formæ, vt accidentia prædicamētalia.De hoc autē dicemus qñq; in lib.deſtructionum. Et per materiam ipſe intelligit materiam tranſmutabilem,vt patet in tertia Porphyrij paraphraſi, vbi cōcludit genus generum eſſe corpus ſenſibile, hoc eſt ſubiectum corruptioni.Petit ſecundo Auer.cœlū non componi ex materia trāſmutabili, & hoc declarabiť in iſto lib.neq; ex forma trāſmutabili. Et tunc in ſecunda figura ſequiť.ig tur partes cœli & partes corporū tranſmutabilium differunt ſpecie gñe,& corporeitas dicitur aut æquiuoce,vel analogice. Syllogiſmus igitur Auer. *Qualis Auer. ſyllogiſmus.* non tenet ꝑ ſe, quia teneret in oī materia vt dicit Auer. Sed tenet per accidens. vbi videlicet differentia ſpecifica & generica & analogia ſunt idem ẜm ſubiectum, & differunt rōne. Tunc ad rationes, ad primam patet *Ad rationes.* ſolutio,ꝙ ſyllogiſmus Auer.eſt argumentum tenēs per accidens. Ad ſecundam dicendum oēs materias,e quibus ignis fit reduci per calefactionē & exiccationē ad materiam vnius rationis.Similiter ad illud de aqua dicatur. Ad illud de veſpis Auerro.8.auſcultationis phy. cōm.46.rñdit veſpes ex putri materia ortas, & veſpas ex ſemine procreatas eſſe eiuſdem ſpeciei ſubalternæ, ſed ſpecie proxima differre. Ad vltimum Auer.7.met. cōm.35.rñdit circulum in diuerſis generibus cauſæ eſſe poſsibilem.nam partes ſunt toto priores ẜm materiam, & totum partibus ẜm formam. Ioannes hic videtur *Ratio Ioan.* probare hac ratione ꝙ corpus dicať,analogice de cœlo,& corruptibili.Et ſylľs eius eſt. nulla cā eſt in eodem gñe cum effectu, ſed cœlū eſt cā corruptibilium,quare cœlum non eſt eodē in gñe cum effectu & re corruptibili. Maior Ioan. debet intelligi de cā eſſentiali,& ꝑ ſe. *Moderatio.* Nam cāæ accidētales, & accidētaliter ordinatæ poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei. vt 12.met.cōm.2.colligi poteſt.

Remanet igitur perſcrutari de eis, quibus hæ duæ naturæ, quæ ſunt in corpore cœleſti, differunt ab eis, quæ ſunt in corpore generabili & corruptibili.

Recollegit intentionem libri,& terminata queſtione an cœlum habeat partes, ordinat ſe ad queſtionem *Cōm. 5.* quid eſt,& ſermo eius patet. Et in hoc finit prohemiū.

PRINCIPIVM *quidem igiť perſcrutationis eſt ī hoc. Ariſt.n.cum inuenit indiuidua exiſtentia per ſe, hæc quæ vocantur ſubſtātiæ, transferri de vna diſpoſitione in aliam, Inuenit hāc tranſmutationem duobus modis. aut tranſmutationē in diſpoſitionibus extrinſecis à quidditatibus ſubſtantiarū exiſtentiū per ſe, quæ non facit illa indiuidua dr̄ia ſecundū illas diſpoſitiones trāſmutari in noīe,neq; in diffinitione, ſicut diſpoſitiones quæ dicuntur quantitates,qualitates,et alia prædicamēta,quæ appellantur accidentia, aut tranſmutationē in diſpoſitionibus, quæ faciunt indiuidua dr̄ia ſecundum ipſas traſmutari noīe et diffinitione, quæ tranſmutatio dr̄ generatio,& corruptio.*

Exequitur Auer. quod in prohemio præmiſerat, & *Cōm. 6.* diſtinguit primo tranſmutationem in duas.Nam altera *Tranſmutatio duplex.* eſt penes accidentia, & hæc generatio ſiue corruptio ſecundum quid dicitur, altera penes ſubſtantiam, & hæc gñatio & corruptio ſimpliciter nuncupatur.hæc diuiſio ex textu,ita poteſt ꝓbari,quia ſenſu cōſtat indiuidua eſſe exñtia ꝑ ſe, qđ addit ad dr̄iam indiuiduorū

accidentium,

accidentium, quę per ſe non exiſtunt {hęc quæ vocã-
tur ſubſtãtiæ} hoc eſt compoſita ex materia & forma,
{trãsferri de vna diſpoſitione in aliã} diſpoſitio nomen
eſt cõe ad omnem formam, & hoc dupliciter tñ, aut in
diſpoſitionibus extrinſecis à quidditatibus ſubſtantia-
rum exiſtentium ꝑ ſe, quæ non facit illa indiuidua noĩe
& diffinitione tranſmutari, vt ſunt accidentia. (Nã ac-
cidentia ſunt extrinſeca à quidditatibus ſubſtantiarum
compoſitarum. Et quia per eorũ variationem ſuba nec
amittit nomen, nec diffinitionem. Aut transferť ad ea,
quibus & nomen, & diffinitio ſubiecti trãſmutati eua-
riatur, vt gñatio & corruptio. Et igitur vis verborum

Vis diuiſionis.

hæc. Aliquod indiuiduũ ſubſtantię tranſmutať, vt ſen-
ſu conſtat. vel igiť ad diſpoſitiones exteras, quibus neq;
amittitur nomen, neq; diffinitio & hæc eſt prima, quæ
dř generatio ſm quid. Vel ad diſpoſitiones eſſentiales,
quibus & nomen deletur, & diffinitio euariatur & hæc
eſt gñatio ſimpliciter, igitur duæ ſunt formæ tranſmu-
tationis. Ioãnes hic aliã diuiſionis fingit cauſam. ait. n.

Ratio Ioan.

tranſmutatio eſt ad ens, ens autem aut ſubſtantia, aut
accidens. igitur tranſmutatio duplex. Mẽbra hæc quę
Auer. tangit Ariſt. accepit ratione & obſeruatione pri-
mo de gñatione textu {ſed non ſimplex & perfecta}.
q. 10. eſt. Vſq; ibi {maxime autem gñabitur} q eſt. 24. &
tu nota Auer. cõm. 10. vſq; ad 24. Animaduertendum

Verificatio diuiſionis.

ꝙ diuiſio verificať propter duo. primo quia tota quid-
ditas indiuiduarum ſubſtantiæ eſt forma eorum. vt. 7.
metaphy. cõm. 21. 4 4. 3 4. & quia in generatione amit-
titur forma ob id amittitur & diffinitio & quia ratio,
quã ſignificat nomẽ, eſt diffinitio amittitur & nomen.
Scđo qa tranſmutatio ſubſtantialis tanq̃ primi termini
eſt compoſiti vt. 7. meta. cõm. 31. & 12. metaphy. cõm.
18. Materiæ vero ſubti, vt primo auſcultationis phy.
cõm. 60. formæ vt quo. 12. metaphy. cõm. 14. Tranſ-
mutatio accidẽtalis tanq̃ termini primi, eſt formæ ac-
cidentalis, quæ eſt ſm quid additum enti ſimpliciter
tanq̃ ſubiecti autem, eſt indiuidui ſubiectæ vt in actu
5. phy. auſcultationis. cõm. 7. Et primo phy. auſculta-
tionis. cõm. 63. & ſic in hac ſecũda ſpecie trãſmutatio-
nis nõ perditur diffinitio. quũ remaneat indiuiduum in

Dubiũ de mixtione.

actu, & ita nec nomen. Sed ambiges, mixtio eſt tranſ-
mutatio, qm̃ materia per mixtionẽ acquirit aliquid no
ui. Et tñ neq; eſt generatio ſimpliciter. neq; gñatio ſm
qd, vt Ariſt. primo de gñatione. Auer. 3. cœli cõm. 67.

Reſponſio.

Rñdet ꝙ mixtio eſt ad mediũ inter ſubas, & accidẽtia.
nam formæ ſubſtantiales elementorum ſunt. Sed de
hoc alias. nunc vero ſatis ſit mixtionem eſſe aliquid con
gregatum ex alteratione & generatione. Et propterea
non ponit in numero.

*Quum igitur conſiderauit hos duos modos tranſmuta-
tionis, inuenit in eis communia, & propria. communia qui
dem ſunt quinque quæ inſunt tranſmutationi ſubſtantiali,
& accidentali, eſt enim commune iis duabus habere vnum
ſubiectum recipiens tranſmutationem.*

Cõm. 7.

Data diuiſione, declarat membra. & primo colligit
quinque in quibus cõueniunt, deinde ea in quibus dif-
ferunt. nam omnis perfecta cognitio conſtat ex cõi &
proprio. 6. topi. & incepit à cõmunibus, quia commu-

Dubitatio.

nia ſunt notiora proprijs. Sed dices. hæ duæ tranſmu-
tationes habent communia & propria igitur genus &
dĩam. Nam genus eſt principium conuenientiæ, pro-

Solutio.

prium principium dĩæ. Dicendum ꝙ hæc cõia ſunt
per q̃dam æquiuocationem, & illa ꝓpria per quandam
dĩam modalem. vt ſubſtantia, & accidẽs. Primũ itaq;

Primum cõe.

cõe eſt vtriq; tranſmutationi ſubeſſe ſubiectum reci-
piens illas. Iſtud cõe primum accepit Auer. primo de
generatione ab Ariſto. tex. primi cõm. & 2. metaphy.
textu. 12. cõm. vbi ait. in omni motu oportet intellige-
re ſubiectũ cõe. & primo auſcultationis phy. accepit
Ariſto. tanquam principium ex nihilo nihil fieri, quia

Supplementum Ioan.

in omni factione oportet intelligere materiã. Et Ioan.
ſupplet rationem. quia oẽ quod fit, eſt poſsibile fieri,

Contra Ioan.

& potentia nõ redigitur in nihilũ, vt patet. Et in hoc
ſupplemento dupliciter errat, primo quia conturbat
cõia hæc quinque quia poſſe præcedere eſſe, eſt tertiũ
cõe. Secundo, quia potẽtia illa fundabitur in motore.
nam res fieri põt, propter potentiam agentis ſm nos.

Philoſophus et Theologus diſcordant.

Et propterea in iſto primo cõi theologus debet à phi
loſopho naturali diſcordare. Nam naturalis philoſo-
phus eã propoſitionẽ accipit vt principiũ, cui oẽs quin

Quæ ꝓpoſitio eſt principium apud philoſophum.

que ſenſus concordat. Vt in hoc, viſu quidẽ videmus
albificationem ſupponere ſubm, auditu audimus ſonũ
ſupponere aerẽ. guſtu ſaporẽ ſupponere poma. tactu
caliditatem ſupponere ligna. Olfatu odorẽ ſupponere
corpus odorabile, & ita erit vt principiũ naturali phi-
loſopho ꝙ oẽ tranſmutationi ſubſit ſubiectũ, quia phi
loſophus ex ꝑexiſtenti cognitione facit doctrinã, do-
ctrina vero oĩs ex ante cognitis fit. Nã aut ꝑ inductio-
nẽ aut per ſyllm. At inductio principij eſt & vlis ſyl-
lus aũt ab vli. ſunt igiť principia, ex quibus ſyllus. quo-
rum aũt non eſt ſyllus, eorum inductio eſt. vt. 6. ethi.
tradiæ quare naturalis philoſophus originẽ ſumit ex

Quæ ꝓpoſitio principiũ apud theologum.

ſenſibus. Et ſic per conuenientiã ſenſuũ hoc tanq̃ prin
cipiũ aſſumeret. theologus vero qui per reuelationem
altioris principij edit propoſitione, diceret tranſmu-
tationem, ſiue mutationẽ aliq̃ eſſe, & non ſupponere
ſubiectũ. & hoc non cõtra ſenſus erit, ſed ſupra ſenſus,
ſed de his in lib. deſtructio deſtructionum.

*Amplius neceſſarium eſt non eſſe præcedere eſſe rei geni
tæ & corruptibilis, & omnino inhærere ei quod fit: non. n.
fit niſi illud quod non eſt.*

Commen 8. Secundum cõe.

Scđm cõe eſt ꝙ nõ eſſe, hoc eſt priuatio, ꝑcedit eſſe
hoc eſt formã rei genitę & corruptibilis, ꝑcedit dico,
hac rõne, vt prius ipſa inhæreat ſubto, quã forma, &

Negatio et priuatio differũt.

ſubdit cãm, quia non fit, niſi illud quod non eſt. Iſtud
ſm cõe accepit Auer. 1. phyſi. auſcul. tex. cõ. 61. Aiad-
uertendũ negationẽ differre à priuatione. vnde Auer.
primo auſcul. phy. cõ. 15. iquit. ꝙ hoc nomẽ ens, & nõ
ens pñr de. 10. pñtis, quia de quocunq; ens dř, de illius
oppoſito dř non ens. igiť inter negationẽ & priuatio-
nem hæc eſt dĩa, ꝙ negatio nõ limitat ſibi ſubm de-
terminatum. nam & lapis non videt, & hyrcoceruus
non videt. priuatio vero limitat ſibi omnino ſubiectũ,
quia non dř lapis cæcus. & tragelaphus cæcus, ſed cã-
tulus. quã è re negatio nulli ſubiecto hæret, ſed bñ. pri-
uatio ad deſignandum igitur ſe loqui de priuatione
adiicit, & omnino inhærere, & reliqua.

*Similiter autem inuenitur poſſe præcedere eſſe in ſubie-
cto neceſſario in vtroque modo factionis: quod enim eſt im-
poſſibile, non fit.*

Commen. 9.

Ioan. intelligit iſtud tertium de potentia paſsiua. in
oĩ. n. tranſmutatione ſiue ſubſtãtiali, ſiue accñtali hęc
potentia ꝑſupponitur. Et rõ Auer. apud ip̃m eſt hæc,
quia oẽ qđ eſt in actu, prius fuit in potentia. & ſic licet
actus ꝑcedat potẽtiã in diuerſis, in eodẽ tñ potẽtia eſt
prior actu. Ego vero dico quòd ſi intelligitur de po-
tentia paſsiua, tunc iſtud tertium non eſſet aliud à pri
mo vel à ſecundo. Nam ſi potentia paſsiua accipit pro

ſubiecto potenti, nõ differt à primo, ſi accipitur pro carentia cum aptitudine, tũc erit idem quod ſecundum. Nam.9.meta.cõm.3.ait, dicere aliquid eſſe in potentia ad hoc eſt, ſcd̃m quod caret illo ad quod põt. Propter quod poſſe acciperetur hic pro cõi ad potentiam actiuam, & paſsiuam, & hac rõne poſſe præcedit eſſe, quia præexigitur tã potentia in agente, q̃ in ſubiecto, & hoc eſt acceptum.3.de aĩa, textu.cõ.17.quod Auer.ipſe reſumit primo cœli. cõm.124. & ſub hoc ſenſu, valet rõ Auer.quod impoſsibile non fit. Nã quod nõ eſt poſsibile potentia in agente, & potentia in materia id non fit. Aĩaduertendum ꝙ theologi diſſentiunt in hoc tertio cõm.quia tenent potentiam in deo excedere potentiam omnis ſubiecti, & propterea aliquod eſt contingens fieri, cui nulla reſpõdit potentia in ſubiecto, ſed ſolum eſt poſsibile fieri propter potentiam agẽtis. Sed differentia hæc dimittatur ad tempus. Nã nunc vt philoſophus loquor. Et hoc modo commune iſtud tertiũ intelligendo, differt à primo: & à ſecundo, vt conſtat.

Dubitatio. Sed eſt in dictis Auer. contradictio. Nã primo auſcul. phyſi. cõm.63. inter tranſmutationem ſubſtantialem, & accidentalem talem deſignat dr̃iam, ꝙ ſubſtantialis eſt entis in potẽtia, accñtalis entis in actu, hic aũt vult in vtroq; modo factionis pręexigi potentiam, eſſe vtranque entis in potentia. *Solutio.* Soluit Auer.5.auſcul.phy.cõm. 8.vbi colligitur. ꝙ tã ſubiectum gñationis, q̃ accidentalis tranſmutationis ſit in potentia, licet rõne diuerſa, ſub̃m quidẽ gñationis eſt in potentia tam formaliter, q̃ cõcomitatiue, ſub̃m vero accñtalis tranſmutationis eſt formaliter in potentia, ſed concomitanter eſt in actu.

Amplius inuenitur eſſe neceſſario illud ex quo eſt factio illius rei, & ad quod eſt, eſſe contraria ct habere idem genus.

Cõm 10. Quartum cõe eſt ꝙ terminus è quo res tranſmutatur, & terminus ad quẽ in vtraq; tranſmutatione ſunt contrarij, contrarietate videlicet eiuſdem gñis tam ſubiicibilis, q̃ prędicabilis. colligit̃ ab Ariſt.iſtud.6.auſcul. phyſi.tex. cõ.91.& 5.eiuſdẽ.cõm.7.& Auer.p contrarium intelligit diſperatum.1.phy.cõm.41. vel contrarietatem extremi ad extremũ vel extremi ad medium, vel medij ad medium lib.1.cœli cõm.20. Addit quoq; contraria eſſe eiuſdẽ gñis, tam ſubiecti q̃ pręd icati, propter eſſe & non eſſe negatiue tenta. q̃ non ſunt eiuſdem gñis aliquo modo. Dñt noſtri contẽporanei iſtud quartum nõ differre à ſcd̃o. Sed eſſe illius explicationem, qd̃ nos nõ approbamus, cũ dicat eſſe quinque cõia & non quatuor, ſed hoc quartum differt à ſecundo rõne, quia eſt illo cõius. nam accipiendo contraria pro diſperatis, ſic ſunt communia, & cõmuniora priuatiue oppoſitis.

Et quòd illa contrarietas reducitur ad primam contrarietatem. ſ. non eſſe & formam.

Cõm.11. Quintũ cõe eſt vt termini è quo, & ad quã ſint contrarij priuatiue. Et Ariſt. declarauit iſtud quintũ primo auſcul.phy.textu cõm.60.& inde. Nec iſtud quintum ſupfluit, quia contraria priuatiua in tranſmutatione in minus ſunt, q̃ cõtraria priuatiua ſimiliter, vt cæcum & vidẽs ſunt priuatiue contraria non, tñ in tranſmutatione. *Dubitatio.* Sed dices. Motus circularis eſt trãſmutatio accñtalis, & tñ non eſt de contrario in contrarium aliqua rõne. *Reſponſio.* Auer.1.cœli cõm.65.& 86.ait hoc quintum eſſe vl̃r verum, excepto motu circulari. Vel vt dicit Auer. ibidem.cõm.87.in motu circulari eſt contrarietas ₰m partes, vt ſtella conſtituta in ortu videtur contraria ſtellæ conſtitutæ in occaſu. Similiter ſtella in imo contraria eſt ſtellæ culminanti, vt dicunt Aſtrologi.

Differunt aũt in hoc, quoniam inuenit tranſmutationem indiuiduorum in ſuis ſubſtantijs cogere ſubiectum non eſſe ens in actu, & non habere formam qua ſubſtantiatur. Si.n. haberet formam, nullam aliam reciperet: niſi illa deſtructa. vnam.n. formam habere niſi vnũ ſubiectum eſt impoſſibile. Et ſi eſſet ſubſtantia ſimpliciter exiſtens in actu tũc eſſet impoſſibile, & non receptiuum. quod.n. eſt in actu, non recipit aliquid. quod eſt in actu ſecundum quod eſt in actu.

Tactis quinque conuenientiis, tãgit vnam dr̃iam *Cõm.12.* tm̃ penes ſub̃m, volens ꝙ ſubiectum tranſmutationis *Differentia* ſubſtantialis ſit ens in potentia formaliter & concomitanter. At ſubiectum tranſmutationis accidentalis, eſt in actu concomitanter, & in potẽtia formaliter. *Põnes de mã.* Aĩaduertendum ꝙ quidam dixerunt materiam eſſe vnum elementorũ, excepta terra, q̃ nemo poſuit materiã, niſi Heſiodus, qui tñ non fuit philoſophus, ſed famoſus in ponendo leges. primo Meta. cõm.1.& 14. Alij mãm dixerunt eſſe corpus nõ quidem hoc aut illud. Sed cõe oĩbus, & hanc poſitionem quidam Auic. aſcribunt primo ſuę ſufficientiæ. capite.3.& 4. alij Plat. vt Ariſt.2.de gñatione.tex.cõm.3.& 4. ſiue Plato. ea ſit modo ſiue Auicen. iſti ſunt qui mãm ſubſtantiari per formam corporis contendunt. Et has duas põnes tangit. Et inquit {dr̃nt aũt in hoc qm̃ inuenit traſmutationẽ indiuiduorum in ſuis ſubſtãtijs cogere ſub̃m nõ eſſe ens in actu} & hoc contra primos {Et non habere formã, qua ſubſtantiatur} & hoc contra ſecundos. *Impugnatio.* Declarat hæc ambo, & primo ſcd̃o deinde primum. Et inquit {ſi.n. hr̃et formam} ſubaudi qua ſub̃atur {nullã aliam reciperet, niſi illa deſtructa} declarat cõſequentię impoſ̃itatem. hoc eſt ꝙ eſt impoſ̃e, vt habeat tm̃ vnã, & nullã aliam recipiat {vnam.n. formam habere niſi vnũ ſub̃m hoc eſt vnum ſubiectum: hr̃e niſi vnam formã eſt impoſ̃e} quia eo ipſo qd̃ eſt ſubiectũ eſt pluriũ formarũ. Et ſic non tm̃ vnã, ſed plures recipit. deinde confutat primã põnem. Et inquit, & ſi eſſet ſub̃a ſimpliciter exiſtens in actu, tũc eſſet impoſ̃e, & nõ receptiuũ, cuius conſequẽtiæ deductionem aſsignat. d. qd̃.n. eſt in actu, non recipit aliquid, qd̃ eſt in actu, ſcd̃m qd̃ eſt in actu. Sic igit̃ patet qd̃ ſub̃m gñationis eſt oĩno in potẽtia, & ſupple ſubiectũ alterationis in actu. Rem hãc accepit Auer. primo de gñatione, tex. cõm.10.& 5. phy.auſcul.tex. cõm.7. *Dicta Ioã.* Ioan. declarat hic duo, primum ꝙ ſubiectum habere tm̃ vnã foꝛ̃am & nullã aliã, eſt impoſ̃e. Et hoc q̃a ſubiectũ formarũ ſub̃aliũ ſe habet vt ſub̃m accñtiũ. conſtat aũt ſub̃m accñtium continuo eſſe, nunc ſub vno, nunc ſub alio accñte. igitur ſub̃m formarũ ſub̃alium ſil̃r nũc ſub vna eſt, nũc ſub alia forma. Scd̃o declarat ꝙ forma non ſit de eſſentia materiæ, q̃a vel duæ foꝛ̃æ eſſent ſimul in eodem actu, vel ex nihilo aliquid fieret, vt deducit. *Contra primũ.* Sed horũ duorũ primũ nullam habet neceſsitatẽ, q̃a accñtiũ q̃dã ſunt foꝛ̃æ propriæ ſub̃tis, quędam contingentes. Si igit̃ ſimilitudo eſſet neceſſaria, etiam ſub̃ta quædã hr̃ent formas proprias, quædã hr̃ent contingẽtes. Et ſic vt ſub̃m põt hr̃e duo accñtia inſimul, alterum proprium, alterũ euariabile cõtinue. ſic & ſub̃m formarũ ſub̃aliũ habebit quandã foꝛ̃am, propriam quãdam euariabilem. & ſic ſimilitudo cõcludit oppoſitum. *Contra ſcd̃m.* Scd̃m qd̃ dixit non eſt propoſitũ, quia nemo ait mãm hr̃e aliq̃ formam de ſui eſſentia, ſed bñ materiã habere formã propriam, vt corporeitatis. Modo eſſe ꝓpriũ nõ eſt de eſſentia ſubiecti. *Prima dubitatio de conſequẽtis.* Sed dubitabis circa conſequentias Auer. contra primam quidẽ, quia conſequentia vr̃ nulla. nam mã põt eſſe in actu vnius rõnis.

rationis. & recipere actū alterius, vt in actu generico, & recipere actū ſpecificum, vt Plato, & Auic. ſentiunt. Similr̃ cōſequens nō vr̃ impoſe, pōt.n. ſubm hr̃e duas formas alterius rōnis, vnā genericā, alterā ſpecificā. nā ꝓpriā, alterā euariabilē, vt ſubm accidentium diximus. Contra ſcđam vero. q.3. cœli cōm.67. materia exñs in actu elementario poteſt recipere formam miſti vltimam, nec valet ꝙ illæ elementariæ formæ remittunť quia remiſsio & intēſio nō variant ſpēm.5.phy.cō.43.

Secunda dubi.

ſecundo principaliter ambiges, quia Auer. eſt inſufficiens, quia inter has tranſmutationes nō eſt tantū hæc ſola dñia. nam.5.phy. enumerat aliā cōm.51.&55. itēq; ſubalis tranſmutatio eſt ſubita, accidentalis ſucceſsiua. 6.cōm.3.phy. & 6.phy. cōm.32. & 4.phy. cōm.129.

Tertia dubitatio.

Tertio ambiges vtrum calefactio, & albificatio ſint vel motus, aut gñationes aliqua ratione.

Solutiō ad primam.

Ad primam debes ſcire ꝙ fortaſſe non eſt inconueniens aliquod eſſe in actu vnius rationis, & recipere actū alterius, ſed vt dicit Plato, vel Auic. eſt inconueniens, videlicet, vt materia exiſtēs in actu qũocũq; recipiat formam per illum actum tanq̃ per rōnem recipiendi recipientem, ſic.n. eſſet accidens ipſa recepta forma quia recipitur in actu ẽm ꝙ in actu. Et hāc ſolutionem innuit Auer. primo de gñatione. cōm.24. Et in verbis ſuis hic, quum adiicit ẽm ꝙ in actu. Sed de hoc poſtea latius.

Ad ſecundam. Contēporaneorum poſitio.

Ad ſecundam rōnem contra idem contēporanei noſtri dñt. ꝙ ſubiectū ſubſtantiatum ꝑ formam ſubalem poteſt recipere accñtia, quia forma illa eſt facta potentialis ꝓpter materia, ꝑ quam ſubſtentať. vt.9. meta. cōm.2. At formam ſubalem non poteſt recipere quia illa potentialitas non ſufficit. tunc dicunt mām ſub actu elñtario poſſe recipere formā mixti vltimam. qm̃ actus elementarius eſt

Impugnatio.

mediũ non quidem receptiuũ, ſed diſpoſitiuum. Sed primum dictum horũ nullum eſt, qa à pari dicerē ego formam ſubalem effici adeo potentialē, vt non tm̃ apta ſit recipere accñs, ſed & ſubam. Et ſi fingis hoc nō eſſe qa non eſt facta potentialis tanta potētialitate, vt ſufficiat, tunc iſti voluntarie loquunť, & pro cā rei voluntatem ꝑbent. Amplius ſi forma vt potētialis facta ē materia ipſa poteſt accidentia recipere, tũc materia poſſet accñtia recipere qa mā erit ſummopere apta, & primo

Pō latinorum.

potentialis. Latini vt Thomas, & Egid. aliter dñt, ꝙ videlicet accñs eſt ens ẽm quid, ſubſtantia eſt ens ſimplr̃. modo eſſe ſimplr̃. ꝑcedit in ſubiecto eſſe ẽm quid. & ſic ante accñtia præcedere debet forma ſubalis. & ſic materia ꝑ habere debet formā ſubſtantialē ſi deberet recipere accñtia, hęc D. Thomas in libello de natura ma-

Quid de poſitione latinorū.

teriæ. An hæc ſolo ſit vera, poſterius dicimus. nũc vero ſcias eā non eſſe ad mentē Auer. qui vult dimenſionem ꝑeſſe oībus, neq; ad mentē Auic. in lib. ſuæ ſufficientiæ, capi.7. Sed quid ſit dicendum poſterius dicemus. nunc vero ſcias tm̃ dñiam hanc ſequi naturas rerum, nullāq; eſſe cām aliā, niſi ob diuerſas rerũ naturas.

Ad ſecundam principalem.

Ad ſcđam principalē dicendum Auer. hic enumeraſſe vnam tm̃ dñiam, q̃q ſint plures aliæ, nā habita prima dñia, ſtatim habere ꝙ accñtalis tranſmutatio ſit de poſitiuo in poſitiuum. ſubalis vero de priuatiuo in poſitiuũ. vt primo phy. cōm.52. dicit etiam Auer.5.phy. cōm.10. dato ꝙ formę ſubſtantiales eſſent cōtrarię, vt exiſtimauit Alex. adhuc gñatio differt ab alteratione. Ad ſcđam contra idem ſolutio eſt ibidē. eodem cōm.10. ꝙ videlicet eſſe ſucceſsiuum & eſſe ſubitum non ſunt dñię motus, & mutationis. nam formæ elementariæ ſucceſsiue acquiruntur, & tñ earum eſt generatio. Cui & Auic. conuenit tractatu de motu capite.13. ſimiliter augmentatio eſt motus, & eſt ſubita.

Ad tertiam principalem.

Ad tertiam principalē dicunt contemporanei noſtri ꝙ generatio ẽm quid eſt etiā ſucceſsiua. Sed Auer. loquitur in tranſmutatione ſubſtantiali ſimpliciter.

Inſtantia.

Sed dices contra, Nam Ariſto.5.phy. tex. cōm.7. diuidit tranſmutationem in gñationem, & tranſmutationem accñtalem. Et gñationē ſubdiuidit in ẽm quid, & ſimpliciter, tũc à quo differt genus, differt & ſpecies, gñatio differt à motu per Ariſto. igitur & gñatio ẽm quid à motu etiam.

Reſponſio.

Sic igitur dicēdum, ꝙ licet generatio ẽm quid & motus nō differũt ẽm rē. dñt tñ ratione. tñ Auer. non facit vim in verbis, & accepit tranſmutationem accidentalem, prout diſtinguitur à ſubſtantiali vtcunq; accepta.

Vnde natura huius ſubiecti recipientis ſubſtantiales formas videlicet primæ materię neceſſe eſt vt ſit natura potentiæ, ſcilicet quòd potentia ſit eius differentia ſubſtantialis.

Cōm. 13.

Dictum eſt ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis non eſſe ens in actu, neq; habere formam propriā. Ex hoc infert concluſionem talem, videlicet, ꝙ materia prima eſt ens in potentia, ad hunc videlicet ſenſum ꝙ potentia eſt dñia materiæ eſſentialis.

Potentia materiæ eſt eſſentialis differētia materiæ.

Concluſionem hanc ex dictis ſic ſyllogiçat. Subiectum tranſmutationis ſubſtantialis non eſt ens in actu neq; habet propriam formam. Materia eſt ſubiectum trāſmutationis ſubſtantialis. igitur neq; eſt in actu: neq; habet formam propriam & ſi ſic. igitur eſt ens in potentia eſſentialiter. Nam ex negatiua ſequitur affirmatiua, quotiens ſubiectum conſtauerit: modo materiam conſtat eſſe ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis.

Quod ex Ariſto.

Animaduertendum quoq; eſt: ꝙ qui enumerat quæ Ariſto. dicit in primo de generatione in primo textu: primo item phyſicorum, textu. cōm.60.&2. metaphyſicæ textu cōmenti.12. Et quinto phyſicorum textu cōmenti.7. facile concluſionem hanc colliget, & tu conſidera.

Dubitatio.

Sed mox ambiges: quia potentia eſt accidens vt in prædicamento qualitatis: & materia eſt ſubſtantia, quia principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. Igitur potentia non eſt eius eſſentialis differentia.

Reſponſio.

Dici poteſt primo quòd eſt proprium accidens: verum quia quotiens differentiæ rerum latuerint, ꝓprium accipitur loco differentię: vt quarto cœli commento.26. & 8. metaphyſicæ: commento.5. iccirco vo' cauit illam differentiam.

Reſponſio ſcđa.

Vel dicendum, ꝙ potentia poteſt accipi pro naturali ipſius materiæ aptitudine ſiue capacitate ad formas ſubſtantiales: & hac ratione fortaſſe accidens proprium eſt: quia omni, ſoli, & ſemper competit. Alio modo pro principio, vnde fluit illa ſiue aptitudo: ſiue capacitas. Et hac ratione erit differentia eſſentialis: vt rationale poteſt capi pro aptitudine ad ratiocinandum, & ſic eſt proprium: vel pro prĩcipio, vñ fluit illa aptitudo: & ſic eſt dñia eſſentialis.

Et ideo nulla habet formam propriam, naturam exiſtentem in actu, ſed eius ſubſtantia eſt in poſſe.

Cōm.14.

Ex hoc quod prima materia nec habet formā propriam: nec eſt ens in actu: concluſit illam eſſe eſſentialiter in potentia, nunc contra, per hoc quod eſt eſſentialiter in potentia infert illa duo contra antiquos: primo: ꝙ nullam habeat formam propriā. vt Plato & Auicenna dixerunt. Secundo quod nec ſit in actu vt ignis: vel aer, vel aqua: vt antiqui.

Circulus quo

Hæc autem ratio conuerſiua eſt diuerſa ratione: pro vt potentia eſt cauſa priuationis omnium formarum, vt ſubiectum, & priuatio potentiæ vt forma, vel alia ratione.

Et ex

Et ex hoc materia recipit omnes formas.

Cõm. 15.

Ex illo dato videlicet quod materia eſt in potentia eſſentialiter ad omnes formas, ſequitur nunc quod recipiat omnes formas, tenet enthimema, quia receptio ſupponit carentiam,& potentiam. Materia caret forma,quia nullam habet propriam,nec eſt in actu aliqua forma. Itemq́; eſt in potentia, igitur recipit omnes. Animaduertendum quod Ariſto.declarauit duo. Primum quod materia nullam habet formam propriam, per quam recipiat: vt contra Platonem ſecundo de generatione textu cõmen. 3. Secundum quod materia nec priuationem habet ſibi eſſentialem,& perpetuam, vt primo phyſicorum, textu cõm.79. quas inſimul propoſitiones Auerro. congregauit. 7.metaphyſicæ. cõm.8.Et primo phyſicorum,cõm.66.quibus conceſſis patet materiam poſſe recipere omnes.nam nec perpetua ſibi priuatio impediet:nec perpetua ſibi forma. Vnde per hoc quod prima materia recipit omnes formas differt à ſenſu & ab intellectu. Nam ſenſus & intellectus non formas ipſas recipiunt, ſed rationes formarum,intellectus quidem vniuerſaliter, ſenſus particulariter. Hæc.3.de anima pluribus locis dicta ſunt. Per hoc quod recipit omnes,differet ab elemẽtis,quoniam quanquam, vt.3.cæli cõmen.67.elementa ſint in potentia ad omnes formas mixtorum,non tamen ad omnes ſimpliciter. Et per hæc omnia colligit deſcriptio primæ materiæ.

Materia recipit formas oẽs. Quòd ex Ari.

Materia; Intellectus. Senſus. Elementa dicerent.

Sed poſſe quo ſubſtãtiatur hoc ſubiectum, differt etiam à natura ſubiecti: quod ſubſtãtiatur per hoc poſſe in hoc quòd poſſe dicitur reſpectu formæ,hoc autem eſt ſubiectum vnum entium, & elementum vnum æternum exiſtentium per ſe, quorum ſubſtantia eſt in potentia per ſe, quia ſubſtantia eſt in potentia.

Cõm. 16.

Ambiget fortaſſe quiſpiam,ſi potẽtia eſt differentia eſſentialis materiæ.igitur erit eſſentialiter potentia.Reſpondet quod differunt.nam potentia eſt relatio quædam ad formam. Materia eſt ſubiectũ vnum entium abſolute.hoc eſt ſubſtantia.Et elementum vnum æternum ſubſtantiarum, quæ per ſe exiſtunt, quarũ eſſe eſt in potentiam ſaltem ad accidentia.cum omnis ſubſtantia ſit in potentia.Differunt itaq; quod potentia ſit accidens relatiuũ. Materia vero ſit ſubſtãtia, ſaltem quia principium & elementũ æternũ ſubſtantiarum. Quòd quidem potentia ſit relatio quædam patet in prædicamentis,quod materia ſit ſubſtantia patet primo phyſicorum,textu cõm.52.quod videlicet principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ. Sed dices potentia eſt relatio ad agens, vt.5.metaphyſicæ accipitur.textu cõm.17.vbi dicit quod potentia paſsiua eſt principium tranſmutandi ab alio inquantum aliud. Vbi intelligit agens.

Potentia. Materia dicerent.

Dubitatio.

Reſponſio.

Dici poteſt quod potentia refertur ad formam: & ad agens,ſed non vna ſpecie relationis, ad formam quidẽ modo menſuræ ad menſuratum, ad agens vero modo actionis & paſsionis. Animaduertendum quod quidam dicunt Auerro. intelligere quod materia differt à potentia, per hoc quia materia non eget ſubiecto, at potentia ſic. Alij dicunt Auerro. velle materiam non eſſe in potentia ad hoc vt ſit, vt declarat Ariſtote. primo phyſicorum, textu cõmen. 82. quia tunc materiæ eſſet materia. Sed hæc omnia friuola ſunt. nam Auerro. repetit expoſitionem noſtram primo phyſicorum. textu cõmen. 70. Ioannes tribus rationibus probat materiam differre à potentia primo quia diuerſorum prædicamentorum. Secundo, quia materia ipſa manet, potentia tranſit. Tertio quod materia eſt vna, potentiæ tot quot for̃æ. Sed (pace ſua) iſte cõfundit Auer. doctrinam, nam Auer. locutus eſt hic de potentia, quæ eſt differentia materiæ. Hæc aũt non eſt potentia reſpectiua, de qua loquitur Ioãnes, cum iſta nõ ſit differentia materiæ. Sed eſt potentia abſoluta à forma particulari, licet reſpectiua ad formam vniuerſalem,& ſic ſecũda ratio nulla eſt, quia hæc potentia eſt materiæ coæua. Tertia minime valent, quia hęc eſt vna ſm rem, licet ſit ad multas formas, vt poſtea dicemus & ſic tantum prima ratio valet quam Auerroes hic accepit.

Expõnes aliorum.

Rationes Ioã.

Contra Ioãnẽ

Et ideo eſt difficile intelligere vel imaginari ipſam, niſi in comparatione ad alterum, ſicut dicit Ariſto.

Cõm. 17. Quõ materia per formã intelligatur.

Materia non intelligitur niſi per ſuam deſcriptionem ſua deſcriptio eſt potentia, quare non intelligit̃ niſi prout eſt in potẽtia, potẽtia vero eſt relatio ad formam, quare non intelligitur niſi cõparatione ad alterum, hoc eſt per formam. Hæc concluſio eſt Ariſt. primo phy.tex.cõm. 69. Et põt probari primo, quia oẽ quod intelligit̃ vel eſt actus, vel in actu: vt 9.meta. tradunt Ariſto.& Auer.cõm .20. itemq́; primo cœli cõm. 92. & 95. & 12. metaphy. cõm.14. intelligitur oẽ propter formam: ſentitur vero propter materiam. Nã intelligibile mouet intellectum.3.de anima cõm.2. & 3. Materia non mouet aliud: nec agit in alterum. 12.metaphyſi.cõm.33.ſemper enim exiſtimabitur forma mouens. 3. phyſicorum, textu cõmenti.17. quare omne quod intelligitur, propter formam intelligitur. Rurſus omne quod intelligitur per ſe eſt vniuerſale, Modo conſtat formam eſſe vniuerſale quoddam, vt primo metaphyſicæ cõmmento.27.& alibi. His conſtat materiam non poſſe intelligi niſi in comparatione ad formam. Quærere ſolitus ſum hic, vtrum potentiæ materiæ diſtinguantur & inter ſe: & à materia realiter, ꝙ ſic arguitur. primo quia primo cœli:& 4.phyſicorum, commen.100. 20. expreſſe ſoluens quęſtionem, dicit quòd ſic. Secundo idẽ. 12.metaphycæ. commento.11. Nam ſi agens vnum ſit, materia quoque vna potentia etiam effectus erit vnus. quare re ſi omnes potentiæ erunt vna, omnes formæ erunt vna. Tertio idem teſtatur hic & primo phyſico.cõm.70. Ad contrarium Auerroes hic dicit materiam pro poſſe ſubſtentari. Ioannes dicit primo quòd accipiendo potentiam pro potentia reſpectiua, ſic realiter diſtinguitur à materia, qm̃ vt dixit hæc eſt relatio, illa ſubſtantia. Dicit ſecundo ꝙ hæ potentiæ reſpectiuæ ſunt infinitæ in materia, ac inter ſe etiam realiter diſtinctæ, quia. 3.phyſicorum.cõm.10. ſi poſſe ſanari & poſſe infirmari ſunt idem, tunc ſanitas & ægritudo eſſent idem, itemq́;.12. metaphyſicæ, commento.2. Inquit numerum potentiarum eſſe pro numero formarum, & primo de generatione commẽto.22. ait quod materia vna eſt ſubiecto, at plures potentia. Ex hoc accipe ꝙ potentiæ illæ à materia realiter diſtinguuntur. Qm̃ potentiæ plures ſunt, at materia vna. Secundo ꝙ infinitæ ſint, patet primo ꝙ numerus formarum in materia receptibilium eſt infinitus, igitur & potentiæ. Secundo, quia ſi potentia oĩum formarum vna eſſet, tunc agens extrahens potentiã pro vna forma, pro omnibus extraheret. Et ex iis dicit. Tertio ꝙ eiuſmodi potentię à parte ante ſunt æternæ in materia, à parte poſt deſinũt aduenientibus formis.

Quæſtio ſecunda principalis de potentia materia.

Poſitio Ioani

formis.hęc Ioannes, & plura alia in quęſtionibus libri phyſicorum. In quæſtione vero propria hic quòd potentia diſtinguatur realiter à materia, etiam his met rationibus probat. Addit tamen vnum quartum, quòd videlicet potentia eſt relatio imperfecta. Ideo poteſt immediate fundari in eſſentia materiæ. Nam ineſt ſubiecto in actu compoſito ex materia & forma, ſed ratione materiæ, cui per ſe primo & immediate ineſt, vt in proprio fundamẽto. Circa hanc poſitionem oportet videre primo in quibus bene, in quibus male dixit. ſuntq́; adducenda omnia contra eum, deinde aliter dicemus. Quam itaq; reſpectiua potentia realiter diſtinguatur à materia, tolerabile eſt, itemque ꝙ infinite, & inter ſe, & materia realiter diſtinctę, ſimiliter tolerari poteſt. Sed ꝙ æternæ ſint à parte ante, deſinantq́; à parte poſt, fortaſſe non eſt conſonum doctrinæ Ariſto. & Auerrois. nam primo cæli contra Platonem accipitur generatim illud quòd æternum à parte ante, eſt æternũ à parte poſt, vt Auerro. generatim accipit ibidem cõmento. 138. nec valet quod Ioannes dicit, verbum Ariſtote. ſolum in ſubſtantijs eſſe verum, primo quia Auerro. 2. cœli commen. 15. probat ſex cœli differentias poſitionis eſſe ſubſtantias, quia ſi eſſent accidentia corruptibilia: & non corrumperetur: tunc natura contingẽs verteretur in neceſſariam: vbi patet eum de accidentibus loqui. Secundo, quia. 12. metaphyſicę. cõm. 41. ait quod de poſsibilibus eſſe, & non eſſe, ſolus motus eſt æternus: & tamen nec incepit: nec deſinet: modo potentia non eſt motus, quare nõ erit æterna. Tertio, quia fortaſſe plura accidentia æterna à parte ante numero differentia eſt impoſsibile eſſe eodem in ſubiecto: quando quidem omnis numeralis differentia ſit pp ſubiecta. Quod etiam adiicit videlicet potẽtiã eſſe relationem imperfectam, & iccirco non egere niſi ſubiecto, non autem fundamento, contradicit ſibi in quæſtionibus primi phyſicorum, vbi concedit ibi fundamentum, & terminum: & ratiocinabiliter quidẽ qm̃ relatio iccirco eget fundamento, quia inter accidentia eſt imperfectius accñs apud oẽs philoſophos, & quia relatio imperfecta eſt imperfectior oĩbus: quare rationabiliter egebit fundamento, & magis tanto quidem magis quanto à perfectione cadit. Hæc ſunt contra Ioannem. Propterea aliter, & dupliciter ad quęſtionem conſueui dicere. Primo ꝙ ſicut materia eſt vna numero per priuationem omnium formarum vt declarat Auerro. 12. metaphyſicæ cõmen. 14. & primo de gñatione cõmen. 5 4. ita ei inhæret vna ſiue paſsio, ſi ue affectio ſibi coæterna (vna dico numero) ſicut eſt materia quam noſtri potentiam vocant. hac. n. median te exit in propriam operationẽ: quæ eſt tranſmutatio primo cæli. cõmen. 20. Huius rei argumentum eſt ꝙ nihil agit per eſſentiam: nihilq́; recipit per eſſentiam: ni ſi deus. & intellectus materialis, deus quidem per eſſentiam agit, intellectus vero per eſſentiam recipit. Cętera vero cuncta ſiue agentia: ſiue potentia, agunt vel patiuntur per potentiam diſtinctã à ſubiecto: vel propria eſſentia. qua e re materia ipſa recipiet per potentiam, ſiue affectionem aliam ab eſſentia. Verum animaduerſione dignum ꝙ materiæ potentia bifariam eſt. vna quidem abſoluta non quidem ꝙ nulla ratione relatiua ſit ad operationem: ſed eo quod reſpicit generatim: ac indifferenter omne genus omnemq́; ſpeciem: ac omne indiuiduum formæ. & hæc eſt materiæ propria ſiue affectio ſiue peculiaritas ſiue (vt græce loquar) idiotropia. hoc eſt propria materiæ naturalitas: per quam ipſa primo & per ſe exit ad receptionem. Altera potentia eſt reſpectiua, quæ non vna ratione eſt. nam ſiquidem ad genus formarum, generalis eſt. ſi vero ad ſpeciem, ſpecifica. at ſi ad indiuidua: indiuidualis. Has quidam ſemina, ſiue inchoationes materiæ aiunt eſſe: quod nos omittimus. Vtcunque ſit, dicendum. quòd reſpectiuæ potentię indiuiduæ. & ſi numerentur pro numero & ratione formarum: non tamen ſunt æternæ materiæ, immo de nouo genitæ, ac de nouo corruptibiles, oportet enim intelligere, vt Auerroes inquit. 12. metaphyſicæ. commen. 11. quod materia per potentiam, quæ eſt eius affectio, recipit formas generales. quibus mediantibus recipit ſpecificas. quibus quoque & indiuiduas qualitates elementarias. quibus receptis in materia ipſa innaſcuntur quædam, ſiue relationes ſiue reſpectus ad formas elementarias. quibus etiam receptis deſinit primus reſpectus, & emergit alius ad formam mixti conſimilis. & homogenij, ac recepta hac forma, deſinit reſpectus qui ad eam præerat, & exurgit alius ad formam mixti perfecti. Et hanc Auerroes propoſitionem voluit primo auſcultationis phyſice. commen. 70. verum loquendo de potentiis reſpectiuis ſiue genericis, ſiue ſpecificis, nunc qui dicendum ſit omitto, quia res illa ad quæſtionem de inchoatione ſpectat. fortaſſe enim nõ ſunt alię à potentia prima, quæ eſt affectio materiæ, ni ſi ratione. Sed loquendo de potentia abſoluta, quæ eſt materiæ affectio, dici poteſt ſecundum alteram opinionem, dicentes enim affectionem ſiue paſsionem diſtingui realiter à ſubiecto, dicerent illam potentiam realiter à materia diſtingui. Dicentes vero paſsionem non realiter, ſed formaliter à ſubiecto diſtingui, dicerent etiam illam à materia diſtingui formaliter, quando quidem illa eſt in prædicamento qualitatis, materia vero in prædicamento ſubſtantiæ. Sed ambiges primo. quia ſi vna eſt potentia, qua ratione poteſt ſaluari multitudo generatorum? Nam materia vna & potentia exiſtente vna genitum vnum erit. Secundo ſi primæ elementãriæ qualites recipiuntur in materia ſine potentia reſpectiua, quare formæ ſubſtantiales nõ? Tertio vtrũ potentia reſpectiua, ſiue abſoluta, ſint relationes, an qualitates, & ſi relationes, an reales, an rationis quũ terminus earum, videlicet forma nõ ſit niſi ens rationis. Ad primam, ſaluatur multitudo generatorũ, quia potentię generales & ſpecificæ plures ſunt, & agentia plura. quod Anaxagoras nõ conceſsit. nam poſuit agens vnum. & materiam ac potentiam vnam, iccirco oportet eum dicere omnia genita eſſe vnum. Nos vero neq; agens concedimus vnum niſi generaliſſimum, nec potentiam vnã niſi generaliſsimã, & propterea dicimus genita fore plura. Ad ſecundum dicẽdum illud eſſe, quia qualitates illæ ſunt imperfectæ, ad quarũ inductionẽ ſat eſt è parte materię generalis ſiue ſpecifica potentia. è parte vero agentis, præſentia agẽtis particularis. Formæ vero ſubſtantiales quum ſint longe perfectiores, pluribus egent, eſt enim hæc naturæ regula vt imperfectius generatione pręcedat perfectum, vt nono dicitur metaphyſicæ, commen. 13. & 8. phyſicæ auſcultationis, commento. 58. vnde & materia ſuapte natura poteſt recipere formas ſubſtãtiales ſine diſpoſitionibus præuiis, at formæ ſubſtantiales non poſſunt ineſſe illi, niſi mediantibus illis. Ad tertium reſpondet Ioannes primo phyſicorum, ꝙ potentia illa

Marginal notes: *Qua cõtra Io.* — *Alia poſitio et ſecunda.* — *Materia poten tia duplex.* — *Potentia reſpe ctiua multi.* — *Ambiguitates.* — *Solutiones.* — *Reſponſio Ioannis.*

tia illa abſoluta eſt qualitas de ſecunda ſpecie qualitatis, at reſpectiuæ ſunt relationes, quæ inſunt materiæ mediante illa prima. quarum terminus eſt agens. Hæc nãq; potentię (quum ſint relationes) vt ſubiecto, materiæ inſunt. Vt vero fundamento, inſunt primæ abſolutæ potentiæ. At vt ad terminum referuntur ad agẽs.

Obiectio.

Contra obiiciunt quidam noſtri contemporanei, quia ſi terminus talium relationũ eſſet agens eſſet vniuerſale, vel vt cœlum, & deus vel particulare, vt Soc. non eſt particulare, qm̃ tale eſt corruptibile & genitum, ac potentia relatiua eſt æterna, non poteſt autem relatio eſſe æterna, niſi terminus, ſubiectum, & fundamentum ſint æterni. Si vero ſit agens vniuerſale, tunc potentiæ non eſſent infinitæ. nã termino exiſtẽte vno, relatio vna erit. Secundo forma eſt menſura materiæ, quia eſt eius perfectio & ſic ſaltem materia refertur relatione tertij modi ad formam. Tertio relatio tranſmutabilis ad tranſmutans eſt poſt tranſmutationem. 5. mataphyſicæ. cõmen. 2 o. Vlterius arguere ſolitus ſum contra fundamentum illarum potentiarum, quia eo dato, tunc principium eorum quæ recipiuntur in materia, non eſſet dimenſio. nam illa potentia eſſet prima.

Defenſio.

Sed pace horum, vr̃ ꝙ hæc argumenta nulla ſunt. Ad primam non eſt inconueniens vnum terminum eſſe plurium relationũ, vt ſi vnus pater plures haberet filios, vnica relatione numero ad omnes referretur, quandoquidem apud eos plura accidentia numero nulla ratione poſſunt vni ſubiecto ineſſe. Et hanc reſpõſionem dat ipſemet Ioãnes. 4. phyſicorum. quæſtione vltima. ſic igitur terminns illarum eſt agẽs vniuerſale, videlicet cœlum, quod quidem eſt vnum re, ſed plura habitudinibus. quæ quidem non relationes ſunt, ſed modi relatiuorum, reducibiles ad prædicamen tum, relationis. Ad ſecundam diceret Ioannes materiam ad agens, & ad formam referri alia atq; alia relatione. Ad agens quidem, modo actiui ad paſsiuum per potẽtiam illam videlicet, qñquidem potentia eſt principium tranſmutandi ab altero in quantum alterum, & ſic ab agente. Ad formam vero, modo menſuræ ad mẽſuratum, quam ob rem hæc relatio erit rationis à parte formæ, realis vero à parte materiæ. Ad tertiam diceret ꝙ reſpectus nouus bene eſt poſt tranſmutationem, at reſpectus antiquus præcedit tranſmutationem. nouus quidem eſt ad agens quia tranſmutauit, antiquus vero, quia poteſt tranſmutari. Ad vltimam noſtram diceret fortaſſe Ioannes, ꝙ nihil ante dimenſionem recipitur in materia, vt verbum illud ante, dicit ordinem temporis, at vt dicit ordinem naturæ, fortaſſe potentia illa prior eſt dimenſione. Sed dices recipitur ne illa affectio in materia ſi quidem recipitur, inſtantia. igitur mediãte alia, & ita in infinitum. Dicendũ ꝙ materia ſe ipſa recipit illã, vt homo ſe ipſo recipit riſibilitatem, niſi fortaſſe ꝑ prædicata primi modi, quę antecedunt ꝑdicata ſecundi modi.

Reſponſio.

Sed dices ſi agens vl'e erit terminus illarum, tunc relationes illę nunꝗ deſinerent, quia ſubiectum, fundamẽtum, & terminus ſunt æterni. Igit̃ relationes. Niſi quis pro Ioanne dicat. agens vl'e eſſe æternum quidem re, at gñabile & corruptibile rõne, & habitudine, Et ſi dices, vnde illa habitudo deſinet eſſe, quum nec terminus, nec ſubiectum, nec fundamẽtum deſinat eſſe? Dici poteſt ꝙ deſinit propter conditionẽ neceſſario requiſitam, hoc eſt propter actionem agẽtis particularis. Et certe res hæc eget conſideratione. cæterum trãſeamus ad ſecundam poſitionem, & dicamus ꝙ potentia materiæ abſoluta eſt dimenſio materiæ, ꝙ ſi ab illa diſtinguitur, tantum ratione diſtinguit̃, non autem realiter. probatur primo, quia materia eſt multa in potentia per dimenſionem interminatã vt dicemus, & materia eſt multa in potentia per potentiam gñalem. igitur dimenſio eſt potentia ꝭm rem. Secundo dimẽſio eſt proprium materiæ, & potentia propria eſt affectio materiæ, quare erũt idem. qua e re vnamet res erit dimenſio & potentia abſoluta, pro quãto quidem reddit materiam diuiſibilem, dr̃ dimenſio, pro quanto vero reddit eam potentem, erit potentia, & ſic ſolum ratione diſtinguunt̃. De potentijs vero reſpectiuis iam dictum eſt. His acceptis facile ſoluuntur rationes hinc inde, quas tibi relinquo, & de potentijs materiæ ſatis ſit.

Tertia quæſtio pricipalis de cognitione materiæ.

Secundo principaliter quærunt, vtrum materia difficile intelligatur vr̃ ꝙ non, quia poteſt intelligi per ſe. Tum primo, quia habet eſſentiam per ſe diſtinctam ab omni alio. Tum ſecundo, quia intelligitur circũſcripto omni alio.

Reſponſio Auer.

Auerr. 2. metaphyſicæ. commẽto primo ait ꝙ intelligendi difficultas eſt duobus modis, ex parte rei, & ex parte intellectus. Subſtantiæ quidem. n. abſtractæ à parte rei facile intelligibiles ſunt. à parte vero intellectus noſtri difficile. Materia vero, & tempus, & res eiuſmodi econtra ſunt. Nam è parte rei difficile, è parte intellectus facile concipiuntur. Tunc ad qõnem diceret ꝙ materia difficile intelligitur, difficultate ex parte rei. Vbi animaduertendum eſt ꝙ per ſe intelligibile vno modo dicitur qñ non per aliud intelligitur vt forma, Alio modo ꝙ licet per aliud intelligatur, tñ habet diſtinctam intelligibilitatem à quocunq; alio, & hac ratione, materia dici poteſt intelligibilis per ſe. non autem primo modo tunc patet ꝙ materia difficultate è parte rei difficile intelligitur, quia ratione intelligitur. Nam ſicuti per formam eſt in actu, ita per illam intelligitur, quidam quorum ſtudium eſt in contradicendo, huic obiiciunt. ꝙ omnis difficultas eſt ex parte intellectus, & nulla ex parte rei. Nam omne difficile ex parte rei, erit tale reſpectu cuiuſcũq; intellectus, & ſic reſpectu intellectus diuini: probant aſſumptum. qm̃ quod eſt tale ex parte rei. eſt tale per naturam, & quod tale per naturam, eſt tale ſimpliciter, & quod eſt tale ſimpliciter, eſt tale ad quodcũq;, quare & reſpectu intellectus diuini. propter quod dicunt ꝙ materia difficile intellgitur ex parte intellectus, & non rei. propter rõnes tactas.

Obiectio maliuolorum.

Reſponſiones Auerrois.

Auer. multis modis derideret argumẽtum iſtud. Nam. 3. cœli cõmen. 9. ait quod illud quod eſt tale per naturam, eſt tale ſimpliciter, dummodo ſit ens abſolutũ. modo intelligibile eſt tale reſpectu. Nam refertur ad intellectum. Diceret ſecundo ꝙ materia prima & vl'r res generabiles nullo modo intelliguntur ab intellectu diuino. quia. 12. metaphyſicæ commen. 51. Deus nõ intelligit niſi ſe. & ſic cõſequens deberet eſſe tale, videlicet ꝙ reſpectu cuiuſcunq; intellectus erit difficile. ad quem videlicet refertur modo intelligibilis & intellectus, quod Auerr. concederet.

Ignorantia arguentium contra Auerro.

Difficile et facile quot modis.

Verum (pace eorum) nec ipſi Auerroem, nec ſe intelligunt. propter quod animaduertendum ꝙ difficile & facile vno modo referuntur ad res corporeas, ꝙ ſic difficile idem eſt quod laborioſum, facile vero abſq; labore, vt dicimus Soc. facile fert pondus vel difficile. Et hac ratione diceret Auerroes ꝙ omnis difficultas eſt ea parte noſtri. non quidem intellectus. niſi per accidens propter ſenſuum laborem. Intelligentes quidem res paruę entitatis laboramus ſenſibus. non autem intellectu, vt. 3.

de anima.commento.6.dicit, ex parte rei nullus eſt labor, quia res ad hoc vt intelligantur nulla ratione laborant. Alio modo facile & difficile referuntur ad res intentionales, vt illud dicatur facile ex parte intellectus, ad quod ipſe habet proportionem, illud difficile ad quod proportionem non habet. Ex parte rei illud facile quod ad intellectum habet proportionem. difficile, ad quod non, vt materia. Tūc patet ꝙ duobus modis eſt difficultas, & ex parte noſtra, vt reſpectu ſubſtātiarum abſtractarum, nam ipſe ad nos, non autem nos ad ipſas proportiones habemus. & intellige de proportione exceſſus. at facile intelligimus materiam, quia ad eam proportionem habemus exceſſus, ipſa quoq; difficile intelligitur, quia nullam habet exceſſus rōnem, ſed defectus. Tunc patet quā inique Auerroem incuſant, quum & Ariſtotelis, hæc ſit etiam intentio in litera illa. inquit.n. {Forſan autem & difficultate duobus modis exiſtente, non in rebus, ſed in nobis eſt eius cauſa} vbi cōſtat verbum illud {forſan} cadere ſupra vltimum verbum {eſt} nam aſſertiue ait duobus modis eſſe difficultatem. Sed dubitatiue aſſerit illam eſſe ex parte noſtra. Huic expoſitioni Alexan. aphrodiſeus conſentit. & expoſitor Thomas, cęteriq; omnes. Ad rationes in principio quæſtionis ſolutio patet. *Quod intentio Ariſtote.*

Et quando inuenit ſubſtantiales formas diuidi ſecundum diuiſionem huius ſubiecti (diuiſio autem non eſt huic ſubiecto, niſi in quantum habet quantitatem) ſciuit quòd principium eorum quæ exiſtunt in hoc, ſunt tres dimenſiones, quæ ſunt corpus.

Cōmen. 18. Perfecit Auerr. declarationē de natura materiæ, nūc facit aliud principium, & declarat primam & principalem eius affectionem, ſiue diſpoſitionem. Et concluſio eius eſt ꝙ tres dimenſiones quæ dn̄r corpus, ſaltem more geometræ ſunt principium eorum, quæ exiſtunt in materia, enthimematice rem hāc perſuadet, duabus videlicet propoſitionibus acceptis, prima ꝙ ſubſtantiales formæ diuiduntur diuiſione materiæ. Secunda ꝙ diuiſio ineſt cuicunq; propter dimenſionem, ſiue q̄titatem. igitur dimenſio trina erit principium eorū quæ in materia exiſtūt. Vnde poteſt enthimema ad tertiam figuram ſic reduci, diuiduntur omnes formæ ob materiam, diuiduntur oēs formæ propter quantum, igitur materia eſt quanta. Sed dices plus collegit in concluſione q̄ ſit emiſſum in propoſitionibus. Nam colligit quantum eſſe principium eorū quæ in materia exiſtūt. dicas ꝙ ſyllogiſmi vis eſt hæc. Diuiduntur oēs formæ ob materiam præcedentem, & tunc ſequitur ꝙ materia præcedens eſt quanta, & ita quantitas erit eorum quæ ſunt in materia principium. Animaduertendum ꝙ tā maior q̄ minor poſſunt intelligi de diuiſione numerali, & diuiſione dimēſiua, formæ.n. diuiduntur ob materiam, & ob q̄titatem, in numero & in dimenſione. In numero quidem, vt ab Ariſtote. colligitur. 7. metaphyſicæ. textu cōmen. 8. & textu cōmen. 41. & 8. metaphyſicæ. textu cōmenti. 8. & 12. metaphyſicæ. textu commen. 49. Similiter ob quantitatem diuidi accipit Ariſtote. 5. metaphyſicæ. textu commen. 18. & primo phyſicorum, textu commen. 105. In dimenſione autem primo de anima. textu commen. 67. & 43. Igitur quomodocunq; res intelligatur, erit vera, & ad mentē Ariſtote. Sed de qua præceſsione loquitur, eſt quæſtio, ait.n. dimenſionem eſſe principium, & oē principium eſt prius, igitur quo modo prius? an ſm̄ eſſe indiuiduale? an ſm̄ eſſe genericū? vtrum ſm̄ rationem? an ſm̄ rem? nāque ſi principium, quō principium? an vt agens? an vt forma? an vt materia? vel finis? quatuor.n. ſunt principia, quatuor quoq; cauſę. Ioannes hic fingit in expoſitione huius loci. quod Auer. intelligit de priori ſm̄ omne indiuiduū, videtur.n. velle ꝙ vna met res eſt dimenſio terminata, & interminata. nā vtroq; modo ineſt cōpoſito, vt interminata quidem compoſito ineſt merito materię, vt terminata vero merito formæ. Amplius vt prima materia eſt vna numero & ſemper cum forma, ſic dimenſio vna numero & ſemper cū terminis. & tunc habet dicere dimēſiones nō tm̄ præcedere rōne terminos. ſed re. q̄nquidem ſunt vt materia. Sed mihi videtur, ꝙ quæ dicit Ioānes etiam ſi ſunt vera, non ſint tñ ad propoſitum, Auer.n. tm̄ vult habere dimenſiones eſſe priores genere ipſis formis, priores dico inquātum principium. tū diuiſionis formarū, tum diſpoſitiuum. tum ad materiam reducibile. poſterius declarabit eas præcedere numero formas. & hoc eſt doctrinæ conſonū, nam generaliora ſunt priora ſpecialioribus. igitur prius de priori gn̄e eſt agendū, q̄ de priori numero. Sed dices indiuiduum formæ eſt prius indiuiduo dimenſionis. igitur forma prior dimēſione. Fortaſſe dicet ꝙ vt forma eſt prior materia, & econtra, aliter atq; aliter, forma quidem materia prior eſt, prioritate formæ ad materiam, contra aūt materia eſt prior forma prioritate materiæ ad formam. vt dicit Auerroes. 7. Metaphyſicæ cōmen. 35. ſunt.n. ſibi inuicem cauſę, & oīs oī vult eſſe prima. Sic forma eſt prior dimenſione prioritate formæ, dimenſio eſt prior forma prioritate materiæ. & ſic patet ſolutio ad oēs q̄ones. verum poſterius latius diſputabimus.

Dubitatio. (beside "materia eſt quanta") · *Reſponſio.* (beside "ſtūt. dicas") · *Intellectus verborum Auerr.* (beside "quæ ſunt in materia principium") · *Difficultates.* (beside "Ariſtote. Sed de qua præceſsione") · *Reſponſio Ioānis.* (beside "ſunt principia, quatuor quoq; cauſę") · *Reſpōſio ꝓpria* (beside "ria. Sed mihi videtur") · *Obiectio.* (beside "q̄ de priori numero") · *Reſponſio.* (beside "ſione. Fortaſſe dicet")

Et quum inuenit in eis dimenſionibus communicari formas omnes, quarum quælibet habet quantitatem terminatam propriam, ſciuit dimenſiones terminatas vltimo actu non poſſe eſſe niſi poſtquam forma ſubſtantialis eſt in eo, ſicut eſt diſpoſitio de alijs accidentibus exiſtentibus in actu.

Secunda concluſio. quantitas terminata ſequitur formam in materia, & nullo modo præcedit eam, & ſyllogiçari poteſt ſic, proprium ineſt poſt ſubiectū, dimenſio terminata eſt propriū formæ. igitur ineſt poſt formā. De ſyllogiſmo accepti tm̄ vim minoris. quum inquit eas conuenire in communibus dimenſionibus, atq; ſingulam habere propriam. Addit ꝙ ſimili rōne ſyllogiçari poteſt de aliis accidentibus, nam cætera accidentia vt interminata præcedunt formas vltimas. at vt terminata ſequuntur illas, quia vt ſic efficiuntur propria accidentia formis. hęc cōcluſio poteſt ex verbis Ariſtotelis hinc inde colligi. nam ex ſecundo de generatione textu commeniti. 41. patet clare itemq; ſignatio, & determinatio non ſequuntur materiam quum illa tantum recipit, ſitq; infinitudinis potius cauſa tertio phyſicorum, textu. commenti. 59. 60. ac 67. Propterea non agit. 12. Metaphyſicę. textu commen. 30. nec ſibi terminum limitabit, quare lapide dixit ter minos eſſe ob formas. Sapidius quoque octauo phyſicorum, commento. 4. & 3. cœli commen. 28. & quarto cœli. commento. 22. ait agens tantum dare de accidentibus, quantum de formis quandoquidem accidentia vt terminata, ſint propria formis. etiam omnis forma habet qualitates, & quantitatem terminatas ad maximum & ad minimum. *Cōmen. 19.*

Inuenit etiam quod ſubiecta oīum accidentium ſunt indiuidua ſubſtantiæ quæ ſunt in actu quæ declarauit eſſe cōpoſita ex formis & ſubiecto, quod eſt in potentia.

Cõmen. 20. Secũdo arguit ad idem, ſubiectum, & quælibet pars ſubiecti eſt prius accidentibus, maxime terminatis, de quibus loquimur, Indiuidua ſubſtantiæ vel formæ ſunt ſubiecta omnium accidentium terminatorum, igitur ſubiecta, vel formæ ſunt priores accidentibus. Animaduertendum eſt indiuidua ſubſtantiæ eſſe ſubiecta oĩum accidentium, rõne quidem materiæ ſubiecta ſunt dimenſionum interminatarum. Rõne vero formæ dimenſionum, & oĩum accidentium terminatorũ. Nec obſtat ꝙ cœlum eſt ſimplex, & recipit accidentia. Aĩa quoq; rationalis ſimiliter, nam Auer. loquitur de accidentibus materialibus, vel fortaſſe ambo ſunt ex materia & forma ſuo modo. Verum compoſium æternum differet à compoſito corruptibili, licet.n. vtrunq; propter formam accidentia recipiat, tamen æternum compoſitum recipit illa propter formam tãquam per medium diſpoſitiuum, non autem receptiuum, ac compoſitum generabile propter formam, vti per medium & receptiuũ, & diſpoſitiuum huius differẽtiæ argumentum eſt, ꝙ forma compoſiti generabilis cum recipiat eſſe à materia, efficitur potẽtialis, & receptiua, at forma compoſiti æterni, cum det eſſe materię tm̃, non potentialis eſt, ſed purus actus, & ſic ſi diſponit ſubiectum, tribuitq́; illi naturam recipiendi, ipſa propter ſui puritatem non recipit, nec effecta eſt potentialis.

Et accepit etiam ſignum ex hoc, quod hoc ſubiectum recipit accidentia contingentia in eo quod non eſt ſimplex, quoniam ſi eſſet ſimplex actu, non poſſet recipere accidentia, pati enim contrarium eſt ipſi actui.

Cõmen. 21. Signum illud poteſt ſic componi, ſubiectum recipit accidentia contingentia non vt actus purus, igitur vt mixtum cum potentia. tale eſt compoſitum. antecedens declaratur, quia actus purus non recipit. *Difficultas rationis.* Dicens Auerroem arguere ab inſufficienti, quia licet non recipit vt actus, recipit tñ vt pura potentia. Et ſic rõ deberet eſſe hæc, ſubiectum nec vt actus purus, nec vt potentia pura recipit, & recipit illa igitur vt mixtum ex vtroq;. *Reſponſio.* Dici poteſt ꝙ Auerr. ſupponit materiam, ſiue puram potentiam nihil recipere, niſi interminatum accidens. itemq́; ſubiectum ipſum recipere illa, ꝙ ſi recipit, & non vt pura materia, vt petit, nec vt pura forma vt probat, igitur vt mixtum vtroque. *Quod ab Ari.* Hæc fere omnia colligi poſſunt ab Ariſtotele partim ſecundo de anima textu commenti quarti. & 7. partim primo de generatione textu commen. 54. qua è re bene Auerr. ſeptimo metaphyſicę, cõmento ſecundo ait, ꝙ indiuiduum compoſitum prædicamenti ſubſtantię eſt prius indiuiduo prædicamenti accidentis. Iis itaque tribus rationibus patet accidentia terminata cuiuſcunq; prædicamenti ſequi formas, ſubiectisq́; ineſſe propter formas ipſas, at ipſa interminata ſequi materiam, ſubiectisq́; ineſſe propter materiam.

Et quia inuenit omnes formas communicari in dimẽſionibus non terminatis, ſciuit quòd prima materia nunquam denudatur à dimenſionibus nõ terminatis, quia ſi denudaretur, tunc corpus eſſet ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione, et tunc formæ corporales eſſent contrariæ, & ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto, ſicut eſt diſpoſitio de formis ſubſtantialibus.

Cõm. 22. Tertia concluſio magis ſtricta eſt. perpetue vna numero dimenſio interminata eſt materię primæ coæterna, hoc eſt ꝙ nunq̃ materia denudetur ab his dimẽſionibus interminatis numero, cum quibus ſtetit ab æterno, loquor ingenue, propter ſophiſtas, quorum captiũculæ mihi patent. Probat rem enthimemate ſic, oẽs formæ quæ de nouo gñantur, communicant in dimenſionibus interminatis numero eiſdem. igitur dimenſiones interminatæ eædem numero ſunt materiæ coæternæ. Conſequentia non aliter deberet probari, q̃ vt eam de materia probat Ariſt. vbiq;. hac.n. rationis formula Ariſto. probat materiam eſſe vnam numero oĩum formarum, quia oẽs formæ communicant in materia vna numero. ꝙ ſi valet de materia etiam & de dimenſionibus valebit, verum Auer. deducit cõſequentiam ſimili rationis formula, vt Ariſt. fecit de materia. arguebat.n. Ariſt. ſi materia vna numero non prçfuiſſet, tunc gñata non eſſent ex materia. Et ſic materia fieret vna cum formis, & tunc materię eſſent contrarię ſuccedentesq́; ſibi in eodem ſubiecto, quod relinquit tanquam manifeſtum impoſsibile. Simili ratione & Auer. arguit: nam ſi denudaretur, tunc corpus eſſe ex non corpore & dimenſio, ſiue quantum ex non quanto, & ſic formæ corporæ, hoc eſt ipſæ dimenſiones eſſent contrarię, & ſuccedentes ſibi in hoc ſubiecto, vt formæ ſubſtantiales ipſæ. Ecce quo modo non mutato verbo rationis formula hæc eſt illa Ariſto. Accedit ad hæc ꝙ Ariſto. ipſe ad verbum enthimema eiuſmodi fecit tertio cœli textu commen. 64. & 29. *Dubitationes circa rationẽ.* Sed ambigunt, quia corpus ex non corpore, & dimenſionem ex non dimenſione fieri non eſt inconueniens. Imo neceſſarium, qm̃ vnumquodq; ex ſua priuatione fit, vt tradit Ariſt. *Prima poſitio.* Quidam noſtri contemporanei de intentione Ioannis petunt primo ꝙ omne generans ſit corpus, vt. 7. metaphyſicę. commen. 31. & primo cœli, commen. 22. & 33. cuius argumentum eſt, quia à ſimplici & inuariabili non prouenit nouum. 8. phyſicorum, textu commen. 46. & ſecundo de generatione textu commen. 56. quod Auer. enititur affirmare. 8. phyſicorum, commen. 15. Petunt ſecundo generans eſſe ſimul cum generato, vt primo de gñatione, textu cõmen. 45. & 78. & ſeptimo phyſicorum, commen. 10. Ex quibus ſequetur corpus eſſe ſimul cum genito in tertia figura, ſic, omne generans eſt ſimul cum genito. Omne gñans eſt corpus, igitur corpus eſt ſimul cum genito, tunc ſubaſſumendo ſyllogiſmus augetur ſic. omne exiſtens cum alio ſimul, tangit illud, & cum eo habet vltima ſimul, vt primo de generatione, textu commen. 44. & quinto phyſicorum textu commen. 21. corpus eſt ſimul cum genito, vt patuit, quare habet corpus vltima ſimul cum illo, & tangit ipſum. his acceptis arguunt. ſi corpus fieret, ſiue dimenſio ipſa generaret̃, tunc eſſet corpus ex non corpore, & ex corpore, quod eſt contradictio. Quod quidem ex corpore, facile patet ex acceptis, & ſubacceptis quia generans eſt tangens, & habet vltima ſimul cum materia in qua agit, quare materia eſt præcorporea & quanta. igitur corpus erit ex corpore, quod vero ex nõ corpore, patet etiam, quia ſiue præpoſitio {ex} dicat habitudinem termini à quo, ſiue cauſæ materialis, ſemper omne quod fit, ex priuatione fit. Sic igitur, corpus ſi fieret, & ex corpore & ex non corpore fieret. Auerroes itaq; ſupponẽs primam conſequentis partẽ, videlicet ꝙ corpus ex corpore fiat, deducit ꝙ ex non corpore, quaſi vtens breuitate. *Obiectio contra illam.* Scioli noſtri contra obiiciunt, Tum ꝙ non ſemper agens & patiens ſunt ſimul, vt Auerroes ipſemet profitetur primo de generatione, commen. 45. Tum ſecundo ꝙ de mente Ioãnis phan-

thaſma

thaſma generat ſpeciem in intellectu materiali, vbi conſtat phanthaſina eſſe quantũ, ſaltem per accidens ad ſenſorij diuiſionem, intellectus vero eſt indiuiſibilis, qua è re corpus agit in non corpus. nec valet dicere phanthaſma agere virtute intellectus agentis. quia ſic omnia agentia naturalia agũt virtute Dei. Aliter fingunt: materia recipit gñationem ab agente corporeo, igitur eſt indiuiduum, igitur quantum, & corporeũ, quandoquidem dimenſio & quantitas eſt principium indiuiduationis. 1. phyſico. cõm. 6. quare pręfuit dimenſio, & corporeitas. igitur ex corpore fiet corpus & non ex corpore etiam.

Impugnatio. Deductiones hæ revera friuolæ ſunt. Nam intentio Auer. eſt probare ꝙ dimenſio interminata vna numero ſit ſemper in materia, diceret itaq; aduerſarius ꝙ materia eſt quãta quãtitate pręcedenti, vſq; ad inſtans gñationis, at genitum corruptis oĩbus quæ præfuerũt, erit quantum, & quale, vbi, & qñ, & id genus per quantitatem ſequentem, & qualitatem, & id genus, vt diuus Thomas aſſerit in lib. de principio indiuiduationis. Et maxime ſecunda deductio eſt friuola, quum petat dubium pro approbatione alterius dubij. quia vtrum quantitas ſit principium indiuiduationis, eſt valde ambiguum.

Reſponſio ad obiectiones primas. Verum vtcũq; res ſe habeat, obiectiones contra primam deductionẽ nullæ ſunt, prima non valet quia Ioã. loquit̃ in actione corporea, Secunda minime, quia apud ipſum, phanthaſma non eſt agens ſpeciẽ vel intellectionem, & ſi eſt, erit partiale tm̃, de quo in lib. de anima.

Tertia poſitio. Tertij multo puerilius dicunt Auerr. conſequentiam patere, vbi. n. corpus vel dimẽſio interminata fit, mox ſequitur. igitur ex non corpore, ac non dimenſione, quandoquidem oẽ quod fit, ex priuatione fiat. Sed ꝙ conſequens ſit falſum & impoſsibile eſt illud qđ debet probari, ad hoc vt antecedentis inferatur falſitas. Quod itaq; conſequens ſit impoſsibile, perſuadent. Tum quod vbi corpus ex non corpore fieret, indiuiſibile efficeretur diuiſibile, quod eſt impoſsibile, vt albedinem effici nigredinem, niſi quis fingat indiuiſibile extendi, quod eſt inconceptibile. nemo. n. concipiet diuiſibile effici indiuiſibile. primo de gñatione, cõm. 9. Pręterea ſubiectum ſiue terminus à quo, & terminus ad quem non opponuntur, diuiſibile aũt & indiuiſibile opponuntur, quare vnum alteri non ſubiicietur. Rurſus fieri nequit vt indiuiſibile recipiat rem diuiſibilem, recipiens. n. diuiſibile neceſſario eſt diuiſibile. Quibus patet eſſe impoſsibile corpus effici ex nõ corpore, quare corpus non generatur, ex oppoſito enim conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis vt habetur primo priorum, tunc vltra non gñatur, & eſt, igitur eſt ęternum vnum numero, oĩbus cõe, vt materia ipſa eſt, conſequentia tenet. ex negatiua cum cõſtantia ſubiecti ſequitur affirmatio. ſecundo de interpretatione. Hæc igitur tertia deductio ſic poteſt colorari.

Impugnatio. Dico hunc tertium declarationis modũ eſſe pueriliorem, prima quidem rõ petit. nam neceſſarium eſt diuiſibile (cũ fit) ex indiuiſibili fieri, vel vt è termino è quo, vel vt è ſubiecto. quandoquidem vnumquodque quod fit, è ſuo fit contrario. Ad ſecundam dicerem ꝙ tãquam è termino è quo indiuiſibile efficitur diuiſibile, & econtra. priuatio. n. indiuiſibilis res eſt, quæ tñ è forma ipſa fit, quæ eſt res diuiſibilis. ſi intelligis tanq̃ ex ſubiecto, poteſt etiam concedi. nam actu indiuiſum poteſt effici, diuiſibile, album poteſt eſſe nigrum. nã materia actu indiuiſa poteſt effici corporea. Tertia etiam ceſſat. nam vt album põt recipere nigrum, hoc eſt id quod eſt album recipiet interdum nigrũ, ſic indiuiſum poteſt recipere diuiſionem. Deductiones igitur hæ friuolæ ſunt, & rem logicam non ſapiunt.

Poſitio ꝓpria. Videtur igitur mihi (ſaluo meliori ſemper iudicio, cõceſſaq; licentia dicendi aliter, ſi aliter occurret) Rationẽ Auer. eſſe enthimema è primo ad vltimum ſic. Si corpus ac dimenſio illa numero interminata fieret, tunc per rationem generationis fieret ex non corpore, & non dimenſione. Vltra, ex non corpore, & non dimenſione. igitur dimenſiones eſſent contrariæ in eodem ſubiecto ſibi ſuccedentes, vera ratione contrarietatis. Dico ſuccedentes vt formæ ſubſtantiales ſibi inuicem ſuccedunt in eadem numero materia, quod vltimum conſequentis eſt contra Ariſtot. in prædicamentis.

Deductio vltimæ conſequentiæ. Sed qũo vltima conſequẽtia deducatur, opus eſt conſideratione. poteſt igitur deduci primo accipiẽdo dimenſionem ſimpliciter acceptam non conſequi formam ſubſtantialem, vt proprium accidens conſequitur ſubiectum, non. n. dimẽſio ſimpliciter vt dimẽſio magis hanc quam illam ſibi formã limitat, ſed indifferenter poteſt ſtare cum qualibet, quandoquidem ſit accidens cõe, atq; contingens, vt pro parte. 4. cœli. cõm. 40. colligitur. Tunc arguitur, accipitur per intellectum dimenſio præcedens illã numero quæ p̃fuit generãdo nõ conſideratis terminis tũc dico ꝙ vel illa remanet, vel in tranſmutatione deſinit, ſi remanet pari rõne reſpectu cuiuſq; formæ, & ita ęterna materiæ ſimpliciter. Si deſinet, vel deſinet quia propria formæ præcedenti, vel quia propter aduentum formę ſequentis ſuccedit alia quantitas huic contraria, quæ ſecum ſtare non põt. non primum, qñquidem accepimus dimenſionem ſimpliciter acceptam nõ eſſe ꝓprium formæ, igitur & propter ſucceſsionem veri contrarij. Et hoc erat conſequens Auer.

Secunda deductio. Aut põt ſecundo deduci ſic. Omne accidens commune, & indifferens tam præcedenti quam ſequenti formæ corrumpitur per ſucceſſum veri contrarij, quod cum forma ſequẽti ducitur vt primo de gñatione. cõm. 24. & ſecundo eiuſdem cõm. 27. & primo phyſicorum textu commenti. 60. Sed dimenſio ſimpliciter accepta eſt accidens commune ac indifferens tam ſequenti quam præcedenti, vt nunc petimus, quare vbi deſinet eſſe, deſinet propter contrarium. Et hæc deductionis ratio patet.

Et hoc totum conuenit ſenſui videtur enim quòd forma caliditatis agente in aqua augeatur & creſcat in dimenſionibus et vicinet̃ dimenſionibus aeris, quum igitur peruenit ad maximam quantitatem aquæ, tunc ſubiectum eius denudatur à forma aquæ, & quantitate dimenſionum aquę propria, & recipit formam aeris, & quantitatem dimenſionum propriarum formæ aeris, & ſimiliter facit contrarium forma frigiditatis in aere, ſcilicet quòd dimenſiones aeris non ceſſant diminui donec ſpolietur à ſua forma, & recipit formam aquæ.

Cõmen. 23. Conſuetudo eſt ſapientum poſt demonſtrationes inducere exemplũ ſenſibus conforme, vt ratio demõſtratiua reddatur magis ſenſata & quaſi geometrica. vt primo cœli. cõm. 22. & 8. phyſicorum. cõm. 22. & 65. Auer. igitur nunc enititur exemplum inducere cõforme ſenſatis & patet. Animaduerſione tñ dignum Auer. exemplum hoc ad verbum accepiſſe ab Ariſtot. 4. phyſicorũ, textu commen. 84.

Qõ de minimo naturali 4. Sed ambigunt cõtra exemplum. Nam videtur ipſe cõcedere maximam

raritatem, cum qua poteſt ſtare forma aquæ, & mini-
mam ſimiliter, cum qua forma aeris, & ita dat mini
mum & maximum, quod omnib⁹ ſophyſtis diſplicet.
Et quanquam rem hanc perſæpe legendo pluribus te
tigerim locis quædã tñ & nũc, & potiora tangere, non
Argumenta cõtra Auerro erit inutile. Cõtra itaq; hæc ſequitur primo motũ eſſe
in inſtanti vt alterationem, augmentationem, & eiuſ-
modi. quodlibet.n. minimum acquiritur in inſtanti,
ẽm quod fit tranſmutatio. Hoc aũt deſtruit Ariſto. 6.
phyſicorum. Tum ꝙ vnus motus eſt altero velocior,
Tum ꝙ in eodem nunc eſſet motus, & quies. Secũdo,
tunc rei permanentis daretur vltimum. Nam applice-
tur agens condenſans. minimo cõdenſato in iſtanti qđ
eſt præſens, patet ꝙ nũc in hoc inſtanti eſt minimum
illud & immediate poſt hoc non erit, igitur fuit illud
vltimum. Tertio, oẽ agens naturale citius agit in par-
tem propinquam q̃ in remotam. igitur inductio non
fit per minima. Quarto, ſi primum minimum induci-
tur in inſtanti. quæro de ſecũdo, an in tpe inducetur,
an in inſtanti, ſi in tempore, pari rõne in primo, igitur
per partem poſt partem, ſi in inſtanti, cum inſtãs non
ſit inſtanti immediatum, tunc inter primum & ſecun
dum tempus mediabit, quæram itaque in tpe medio,
cur agens naturale non impeditum approximatũ paſ-
ſo ſufficienter diſpoſito nõ agit. Multa quoq; alia poſ
ſunt addi, quæ doctus vir ex his facile diiudicabit. Ani-
maduertendum ꝙ, vt de maximis & minimis eſt mul-
Prima poſitio. tiplex poſitio, ſic de motu. Sophiſtæ itaq; oẽs tenent
nullius rei naturalis dari minimũ, vel maximum, hoc
eſt nec in quali nec in quanto, & tunc iſti tenens quẽ-
libet motum eſſe ſucceſsiuum & continuũ, & augmẽ
tum eſt, quia continua motus ſucceſsio eo fit, ꝙ forma
ſucceſsiue & continue fluit per partem poſt partem,
vt in motu locali, ob vbi quod ſucceſsiue fluit. In al-
teratione ob fluxum qualitatis. In augmentatione ob
Secũda poſitio. quantitatem. Alij motum localem & alterationem ſuc
ceſsiuos & continuos eſſe concedunt ob qualitatem,
& vbi, quæ per partem poſt partem fluunt, at motum
quãtitatis eſſe per minima, quia augmentatio eſt quę-
Diui Tomæ poſitio. dam aggeneratio. Expoſitor Thomas opinatur quali-
tatis eſſe minimum quo ad quantum. non autem quo
ad gradum, ſiue quale. Tunc dicit Motum localem
eſſe ſucceſsiuum, & continuum propter vbi, quod ſuc-
ceſsiue & continue fluit, itemq́; alterationem eſſe ſuc-
ceſsiuam, & continuam quo ad gradus, non aũt quo
ad partes ſubiecti, quum fiat per minima. De augmen
tatione vero, cum ſit quædam aggeneratio, dicit vt de
Vltima poſitio. gñatione. Alij ad mentem Auer. opinantur oĩum eſſe
minimum in quali & quanto præter, vbi, & ſic conce-
dunt minimam qualitatem in gradu, minimã in quan
to quo ad ſubiecti partes, minimam quo ad quantita-
tem aggeneratam, & minimum de quolibet gñato,
Tunc de motu, dicunt ſolum localem eſſe ſucceſsiuum
& continuum, cæteros aũt fieri per minima & ſucceſsi
uos, non cõtinuos. huius cauſam ait Auer. 8. phyſico.
cõm. 23. ꝙ oĩum eſt dare minimum in quantum natu-
rale præter magnitudinem & quantitatem quarum vt
ſic non datur minimum, conſtat aũt motum localẽ
fieri ſupra ſpatio vt quãto & magnum quare ſolus ip-
Iudicium poſitionum. ſe eſt continuus, & ſucceſsiuus. Quare harum ſit ve-
Quid minimũ in quali & qd in quanto. rior, nunc nõ determino, verum probabiliter ſuſtineo
vltimam opinionem, quam videtur Auer. hic tenere.
Vbi animaduertendum gradum eam formæ particu-
lam appellari ab Auer. quam agens naturale non im-
peditum cum oĩbus aliis poteſt mom̃etanea actione
producere, propter quod minima qualitas in gradu,
vel minimum in quali, dicitur veluti caliditas, vt vnũ.
Minimum in quanto Auer. appellat totum illud vel to
tam illam partem ſubiecti, quantam agens naturale
non impeditum cum cæteris neceſſariis poteſt momẽ
tanea actione qualificare, vt minimum corpus cale-
factum. Ex iis ſequitur ꝙ minimũ in quali hoc eſt gra
dus formæ æque cito introducitur ab imbecillo agen *Correlarium pulcrũ.*
te, vt à pollenti. nam in minimum æque poſſunt, vt per *Agẽs: Pollens. Deficiens.*
diffinitionem minimi patet. Secundo animaduerten-
dum ꝙ agens imbecillum & pollens non differunt pe-
nes effectum primo productum. vt Sophyſtæ opinan
tur. Nam vtrunq; primo æque cito poteſt in minimũ,
ſed penes multitudinem productorum inequali in tẽ
pore. Nam pollens agens poſtquam momentanea a-
ctione produxit primum minimum, producit ſecun-
dum non multo tempore intercepto, at imbecillum
poſtquam produxit primum, maiori tpe elapſo produ
cit ſecundum, quare agens pollentius erit, qđ inęquali
tempore producit plura, vel in minori æqualia, vel eſt
aptum natum producere. Quo fit vt ſolus motus in *Solus localis cõtinuo ſucceſsiuus.*
loco ſit cõtinue ſucceſsiuus. Nam ille ſolus fit per par-
tem poſt partem continue ſucceſsiue, quia fit ſupra ſpa
tio in eo quod quantum. Alij omnes cum fiant per mi
nimum poſt minimum mediate ſunt ſucceſsiui, non
aũt continui, niſi per rationem generis. Ad primam *Reſponſiones.*
itaq;, concedo ꝙ quilibet motus, excepto locali, fit ſu
bito, licet totus motus à primo minimo vſque in vlti-
mum, in quo ſubiectum ipſum quieſcit, fiat in tempo-
pore, vt ſi debeat calefieri à lignum, quęlibet eius pars
minima calefit in non tempore, totum tñ in tempore,
multis videlicet calefactionibus numero & minimis.
ſic igitur calefactio minimi fit ſubito. inductio quoq;
gradus minimi fit ſubito, calefactio vero omnium mi
nimorum inductio & omnium graduum alicuius fit
in tempore. Et pro hoc valet ratio Ariſt. probat enim
motum eſſe ſucceſsiuum, non autem continuũ. Nam
alteratio minimi eſt æque velox. alteratio vero tota,
quæ eſt omnium minimorum, non omnis eſt æque ve
lox. Similiter ſi tenetur continuum componi ex in-
diuiduis, ſequitur ſimul eſſe motum, & quietem, at
ſecundum Auerroem qui tenet quòd primum mini-
mum generatur ſubito, ſecundũ quoque inter vtrũq;
tempore intercidente, non ſequitur. Ad ſecundum ne
gatur conſequentia, quoniam primum inſtans appli-
cati eſſe, eſt primum non eſſe illius. Et ita negatur ꝙ
in hoc inſtanti, quod eſt præſens, ſit, quia illud eſt pri-
mum applicati eſſe, quod eſt primum non eſſe mini-
mi. Sed dices vel applicatur enti, vel non enti. ſi non *Dubiũ.*
enti, applicatio nulla erit, non enti enim nihil appli-
catur. ſi enti, igitur primum inſtans applicationis, ſi-
ue applicati eſſe non erit primum non eſſe illius. Secũ
do omnem corruptionem pręceſsit alteratio. Si igitur
nunc primo minimum corrumpitur prius alterabitur,
igitur primum inſtans applicati eſſe, non eſt primum
non eſſe illius eſt. Dici põt ad primũ ꝙ applicatur en- *Solutio.*
ti & non enti. Enti quidem in potentia, & non en-
ti in actu, quod ſatis eſt. Ad ſecundum oẽm corruptio-
nem præceſsit alteratio, capiendo corruptionem per
rationem generis. vt. 6. phyſicorum. commento. 16.
At per rationem ſpeciei non eſt verum. vel fortaſſe eſt
verum, non quidem in eadem, ſed in diuerſo à paſſo,
qđ ſatis eſt. Ad tertiam Auerroes negaret illam
maximam,

maximam. Nam apud eum agens naturale æque cito producit effectum in partem propinquam, vt in remotam infra ſphæram actionis. Si dices, melius applicatur parti proprinquæ quam remotæ. igitur citius aget, negaret antecedens, nam infra ſphæram actionis æque melius applicatur parti & toti. Ad quartam diceret Auerroes quòd ſi argumentum intelligit de minimo in quanto, agens alterat primum minimum in non tempore, deinde illud primum minimum alteratum virtute agentis, alterat ſecundum, & ſic vſque in finem tamdiu, quamdiu durat vis agentis. Si de minimo in quali, hoc eſt de gradu ſi agẽs applicatum primo minimo producit primam minimam qualitatem, & in ſecundo inſtanti mediato producit ſecundam, & ſic conſequenter. Si dices qd reſiſtit ſibi ne continue actio procedat. Diceret illud eſſe tam ex limitatione agentis quam ex limitatione rei producendæ quam quoque ex ordine productorum naturali. Reſiſtit igitur paſſum, ne producto primo continuo producantur ſecundum & tertium & reliqua in virtute ordinis naturalis conſurgentis ex limitatione agentis & rei producendæ. Sic igitur non ignoranter Auerroes in exemplo accepit eſſe minimam & maximam raritatem. Alia vero quæ dici ſolent, dimitto dicenda in libro cœli & libro phyſicorum, & alibi.

Inſtantia,
Reſponſio.
Dubĩ.
Reſponſio.

Dimenſiones igitur ſimplices, quæ appellantur corpus ſimplex non denudantur à prima materia, ſicut nec alia accidentia cõmunia omnibus corporibus contrarijs, aut duobus eorum ad plus. Verbi gratia diaphaneitas in qua communicant ignis & aer.

Cõmen. 24.
Multiplex differentia accidentium.

Hæc eſt finalis & intenta concluſio. Et quæ dicit patent. Verum animaduertendum quòd accidentia ſunt in multiplici differentia, quædam ſunt cõmunia omnibus generatim, tam videlicet mixtis quã ſimplicibus, vt dimenſio & nõnullæ nominibus ignotæ qualitates. Et hæ poſſunt conſiderari vel ſimpliciter vt interminata, vel vt propriis terminationibus ſunt ſtabilita. Vt quidem interminata, inſunt quidem compoſitis, verum ratione materiæ. vt vero terminata, inſunt compoſitis, ſed ratione formæ. Quædam ſunt communia mixtis tantum, vt albedo, nigredo, & id genus. Quæ quidem vt interminata, ſunt quidem in mixto, ſed ratione elementariæ materiæ. vt vero terminata, ſunt in mixto, ſed ratione formæ mixti. Quędam etiam ſunt communia tantum ſimplicibus ſiue omnibus ſiue pluribus, vt diaphaneitas, vel raritas, quæ vt interminata elementis inſunt, ſed ratione primæ materiæ, vt interminata inſunt compoſitis, ſed ratione formæ elementariæ. Quædam ſunt propria vni ſpeciei, & cuilibet indiuiduo eius tantum, vt propriæ affectiones, quæ omnino inſunt compoſitis, & ratione formæ. De accidentibus itaque communibus tam mixtis quam ſimplicibus, non eſt dubitandũ quòd illa vt interminata manent eadem in generato & corrupto, quia vt ſic non habent contrarium vt probauit hic. At de accidentibus communibus tantum ſimplicibus omnibus ſimiliter, &.n. manet eadem in generato & corrupto, ac materia ab eis nunquam abſoluitur. Si de accidentibus communibus ſolam mixtis, Ioãnes dubitat an maneant eadẽ in generato & corrupto. verũ apud Auer. dicendum eſt ꝙ manent eadem in generato, & corrupto, quando generatum & corruptum ambo ſunt mixta, at quando è mixto fit ſimplex non manent, & propterea non ſunt materiæ coæterna. qñ.n. ex viuo fit cadauer, eadem cicatrix numero in vtroque manet. vt Auicenna inquit primo ſuæ ſufficientiæ. capite. 7. non aũt quando reſolueretur ad elementa, cum cicatrix non ſit cõmune illis. Vbi vero accidentia ſint propria, illa deſinunt deſinente roma, incipiuntq; ea incipiente. Circa hæc quærunt, primo vtrum dimenſiones interminatæ ſunt materiæ coæternæ, ac eædem numero in generato, & corrupto præcedẽtes omnes formas ſubſtantiales. Latini fere oẽs, quorum princeps eſt diuus Thomas, dimenſiones interminatas aiunt materiæ præeſſe ſm rationem, ac coæternas eſſe ſimiliter ſm rationem. eaſdem quoq; numero ſm rationem, non quidem indiuidui ſpeciei vltimæ, ſed generis. Autumat enim diuus Thomas ꝙ qualis ordo eſt in formis talis eſt & in accidentibus, in formis aũt hic eſt ordo ꝙ forma corporis præcedit omnes alias minus vniuerſales. ideo accidens conſequens formam corporis eſt prius accidentibus aliarum formarũ. vnde quia forma corporis ſecundum rationem eſt interminata, ideo & dimenſio ſecundum rationem eſt interminata, itemq; quia illa forma corporis ſm rationem eſt æterna, & quantitas ſimiliter. Sic igitur dimẽſio interminata, eſt materiæ coæterna ſecundum rationem, quomodo vniuerſale habet eſſe ætern ũ apud Auerroem, non autem ſecundum rem. Verum quia vna eſt forma corporis, & huius indiuidui realiter, & non differunt niſi ratione, ſequitur ꝙ realiter dimenſio interminata ſequitur hanc formam indiuidui, licet ſm rationem præcedat illam. Pro hac poſitione inducamus omnes rationes. primo omne accidens fundatur in compoſito. dicit.n. Ariſto. in prædicamentis ꝙ omnia alia à primis ſubſtantiis, aut ſunt in primis ſubſtantiis, aut prædicantur de primis ſubſtantiis. vnde ibidem concludit ꝙ deſtructis primis ſubſtãtiis impoſsibile eſt aliquid aliorum remanere. Secũdo Auer. ii. de aĩa. commen. 4. ponens differentiam inter formas ſubſtantiales & accidentales vult accidentia fundari in ente in actu. Tertio. 7. metaphyſi. Ariſtot. & Auer. ibidem cõm. 4. aiunt ſubſtantiam eſſe priorem accidentibus definitione & tempore, & conſtat definitionem ſumi à forma, maxime apud Auer. igitur forma compoſiti eſt prior omnibus accidentibus illius. Quarto, ens per ſe eſt prius ente per accidens, ſed cõpoſitum ex forma ſubſtantiali. & materia, eſt ens per ſe, & compoſitũ ex dimenſione & materia eſt ens per accidens, quia compoſitum accidentale, igitur prius materia recipiet formam ſubſtantialem ꝗ dimenſionem, ꝙ ſi vnica tñ eſt forma ſubſtantialis in cõpoſito. vt Auer. 1. phyſi. cõm. 63. & 59. & 66. videtur dicere, tunc erunt hæ rationes firmiores. Quinto, ſi dimenſiones eſſent realiter materiæ coæternæ. tunc forma ſubſtantialis adueniret primæ materiæ mediantibus dimẽſionibus, & ſic non ĩmediate perficeret materiam primam. Sexto, corrupto priori in quo eſſentialiter ĩmediate fundatur poſterius, corrumpitur & ipſum poſterius, ſed forma ſubſtantialis manet inter materiam & formam accidentalem. & ſic eſt prior eſſnĩaliter ꝗtitate. igĩ corrupta forma deſinet dimenſio. Septimo accñtis eſſe eſt ineſſe, igitur eadem inhærentia nõ manẽte, nec accñs manebit idem, ſed corrupta forma ſubãli non manet eadẽ inhærentia dimẽſionũ, igitur nec eadem dimẽſio. Octauo, in gñato quãdoq;

Quinta qõ de dimenſionibus interminatus.
Poſitio Tho.
Reſpõſiones ꝓ diuo Tho.

quantitas eſt maior quam in corrupto vt quando ex
aere fit ignis.vt dixit Auer.tunc ſi eadem dimēſio ma-
net in generato, quæ p̄fuit in corrupto,illa pars ma-
ior vel eſt eadem oīno cum præcedenti, aut alia.non
eadem,quia tunc idē præciſe eſſet maius & minus re-
ſpectu eiuſdem. ſi alia, igitur in generato eſt aliqua
pars noua quæ non præfuit in corrupto.Tūc arguitur
qñ aliqua ſunt eiuſdem rationis quicquid eſſentialiter
competit vni,competit omnibus.2.cœli.cōm. 49.igiť
ſi illa pars quantitatis eſt generabilis, tota etiam gña-
bilia erūt quum ſint eiuſdē rationis,& corruptibile &
incorrutpibile faciāt differre ſpē.10.meta.Nono ſi aliq̄
pars de nouo generatur, cum non ſic maior ratio de
vna quam de alia, igitur quælibet, & ſic non eſt æter-
na tota.Decimo relatio noua aduenit propter nouum
fundamentum,ſed æquale,ꝙ inæquale ſunt nouæ re-
lationis,igitur adueniunt nouo præſente fundamento
accipiatur igitur aer tripedus, qui ſit nunc inæqualis
alteri quadrupedo, & rarefiat tripedus, nunc certum
eſt eum effici de nouo æqualis.igitur in eo eſt nunc no
uum fundamentem,hoc eſt quantitas noua. Vndeci-
mo, aut quantitas terminata & interminata ſunt vna
quantitas, aut duæ,ſi vna,igitur non ſemper maneret
quantitas interminata. ſi duæ, tunc in eodē ſubiecto
eſſent duæ quantitates. Duodecimo, quod generatur
non eſt in loco in eo quod generatur. materia prima
generatur. igitur non eſt in loco in eo quod genera-
tur.& per conſequens nō eſt quanta in eo qđ gñatur.
Decimotertio corrupto ſubiecto īmediato accidētis,
corrumpitur & accidens, ſed in corruptione cōpoſiti
deſinit eſſe ſubiectum immediatum omnium accidē
tium.igitur oē accidens corrumpitur.minor patet, qa
non manet niſi materia prima,ſed materia prima non
eſt īmediatum ſubiectum alicuius accidentis,quū non
īmediate terminet dependētiam alicuius accñtis (ma
teria.n.de ſe non habet actualitatem, per quam poſsit
determinare dependentiam accidentis.)Decimoquar
to,materia prima eſt in potentia pure paſsiua reſpectu
oīum formarum.igitur in potentia contradictionis.
Igitur non magis ſibi limitat dimenſionē,quā illius pri
uationem.Decimoquinto,oīs forma materialis educi
tur de potētia mãæ,dimēſio eſt forma materialis, igiť
eſt educta de potentia materiæ & per conſequens nō
æterna materiæ,ex iis ſumunt dimenſionem eſſe æter-
nam ſm rationem,& præcedere formas ſm rationem.
Poſitiones aliæ. Animaduertendum quoque eſt, alios dicere aliter ad
Auer.mentem:ſophiſtæ.n.dicunt æternam eſſe aliquā
dimenſionem in materia, & tamen nulla vno nume-
Iuditiū pōnum. ro dimenſio eſt æterna. veriores aiunt dimenſionem
eſſe materiæ æternam ſecundum ſpeciem. non autem
ſecundum numerum.Nam vt quantum ex quanto,ita
exiſtens ex exiſtente, formatum ex formato. materia
enim nunquam eſt abſq; forma, ſed ad hoc vt exiſtēs
fiat ex exiſtente, non oportet ponere vnam aliquam
formam ſubſtantialem manere eādem in generato &
corrupto,ſed ſufficit formam continuari vſq; ad inſtās
introductionis formæ genitæ.igitur ad hoc vt corpus
è corpore fiat, non oportet ponere aliquam vnā nu-
mero dimenſionem manere in vtroq;, ſed vſq; ad in-
ſtans introductionis nouæ dimenſionis, & hoc eſt di-
menſionem eſſe æternam ſecundum ſpeciem, non au
tem ſecūdum numerum. Alij etiam ad mentem Auer.
aiunt primam materiam poſſe capi vt in potentia ad
formas, è quibus reponitur in ſpecie, & ſic eſt Subie-
ctum & materia. Alio modo vt in potētia ad diuiſio-
nem in partes. quarum vna eſt extra alteram.& ſic eſt
corpus & dimenſio,illa enim aptitudinalis diuiſio,eſt
dimenſio, quæ actuatur per formam primo, ſecun-
do per quantitatē propriam illi formæ, & inde reddi-
tur corpus in actu.Hæc expoſitio accipitur ex verbis *Poſitio Auer.*
Auer.4.phyſicorum commento.15.Mihi vero ex ver
bis & rationibus Auer.hincinde collectis videtur eſſe
dicendum, dimenſionem interminatam vnam nume
ro eſſe materię coæternam.Imaginandum eſt enim ꝙ
ſicut materia eſt vna numero oīum formarum per pri
uationem omnium formarum, ita dimenſio trina eſt
vna numero per priuationem terminorū,& ſicut ma-
teria vna numero præcedit tempore omnes formas,
ita dimenſio omnes terminos, & vt materia nunquā
ſeparatur à forma, ita dimenſio interminata nunquā
à termino.Quod dimenſio vna numero ſit in materia
coæterna, & præcedat omnes formas,verba Auerrois
& rationes eius demonſtrant. addunt vero ꝙ dimen
ſio præcedit omnes formas, & omnes terminos ſecū-
dum indiuiduum.non aūt ſecundum ſpeciem,nā nul-
lum ſempiternum eſt tempore prius altero.Colorant
hanc poſitionem noſtri ſic,ꝙ ex vno pugillo terrę fiūt
decē aquæ,& non ꝙ terra ſit poroſior aqua,nec quòd
partes iaceant propinquius, ſed qm̄ in pugillo terræ
plus eſt de materia quā in illo aquæ,& ſic materia vt
materia præhabet multum & paucum, & quum hæc
non inſit niſi per dimenſionem.igitur præeſt dimēſio,
quod erat intentum, ſed quoniam dimenſio intermi
nata poteſt accipi dupliciter, vel vt in potentia ad ter
minos,& in actu dimēſio. Imaginando videlicet eam
eſſe actu dimenſionē, ſed potētia ad terminos,vel ima
ginando eam nec eſſe actu dimenſionē, nec actu ter-
minatam, quo modo dicimus in ligno eſſe calorē po-
tentia quidem ad eſſe caloris,& ad terminum caloris,
& tunc ad mentem Auerrois de dimenſione intermi-
nata emergunt duæ poſitiones. Prima vult ꝙ dimen *Poſitiones duæ ad mentē Auer. de dimenſione interminata.*
ſio illa vna numero materiæ coæterna ſit dimenſio in
potentia ad eſſe actu & ad terminos.Imaginatur enim
ꝙ ſicut calidum. (12.Meta.cōm.18.) non inducit ca-
lorem in materia extrinſecum, ſed facit calidum in po
tentia eſſe calidum in actu, ſic generans nō inducit di-
menſionem extrinſece, ſed eam quæ præfuit in poten
tia perficit in actu.Pro hac poſitione eſt etiam cōm. *Prima poſitio.*
15.quarti phyſicorum.Itemq́ue & ratio. tertio cœli.
cōm.17.in fine,vbi ſumit ꝙ illud quod eſt prius ſubſtā
tia eſt ſubſtātia,igitur dimenſio in actu non eſt prior
formis ſubſtantialibus, quia tunc eſſet ſubſtantia. &
tunc rationes Auerrois hic ſunt efficaces,vbi enim di-
menſio non præeſſet in materia vna numero in potē-
tia, vtique corpus fieret ex non corpore, hoc eſt ex
nihilo,ꝙ eſt contra philoſophos.ſimiliter & dimenſio
ex non dimenſione, hoc eſt ex nihilo, quum non prę-
eſſet nec in actu nec in potentia,quo ſtāte,tunc forte
dimenſiones eſſent contrariæ,ſe ſuccedentes ſm crea
tionem in materia.vt dicunt ponentes creationē for-
marum,& hoc modo Auer.13.metaphy. cō.18.vide-
tur intelligere illas. Secunda poſitio vult ꝙ dimen- *Secūda poſitio.*
ſio vna numero (vt dictum eſt) præcedit formas gña-
biles inquantū eſt actu dimenſio, ſed potentia ad ter-
minos.Nam vt materia eſt actu per ſe actualitate en-
tis,prout eſt extra ſuas cauſas,ſic dimēſio eſt actu di-
menſio propter actualitatē materiæ actualitate entis.
vt vero materia eſt in potentia ad eſſe actu actualita-
te formę,

te formæ,ſic dimenſio eſt in potẽtia ad terminos quibus actuatur diſtincta.vñ per dimenſionẽ materia eſt in loco nõtñ in tanto,vel tãto loco.Amplius eſt in potentia ad plures formas, habet quoq; numerũ & menſuram.non aũt certum vel numerum vel menſuram. habet & extenſionẽ, non aũt ſub certo numero & mẽſura.Pro hac poſitione facit cõ. 4 o.quarti cęli. & 29. tertij cœli & tex.hic,& rationes illius vt diximus.harũ aũt poſitionum dñia tota procedet propter materiæ differentiam.nam Auer.interdum videtur materiæ tribuere actualitatem aliquam vltra illam formæ ſaltem entis.interdum vero nullam, ĩmo præter formam nihil eſſe.Sed vtcunq; , reſpondetur ad rationes pro poſitione Thomæ.Nã ſecunda poſitio,q̃ hic proxime dixi,videtur magis ad mentem Auer.mouit.n.3.phyſicorum qõnem.cõm.69.vnde eſt ꝙ augmẽtum quãtitatis non poteſt creſcere in infinitum, ſoluit ꝙ mundus conſtat ex tota ſua materia,tota quoq; quãtitate, iccirco cum augmentum erit vſq; ad mundi molem, non poterit noua quantitas gñari, ſic igitur dimenſio apud eum erit ingenerabilis & tanta quãta ab ęterno. Amplius ſi per dimenſionem interminatam non intelligit quantitatem actu actualitate & entis & dimẽſionis.tunc non tm̃ dimenſio in potentia eſſet coæterna materię,ſed oĩs forma.Nam.12.Metaphy.agens nihil aliud facit, niſi ꝙ extrahit formas in potentia exiſtentes in materia ad actum.vt cõm.18.& ſic labor Auer. hic fuiſſet nullus.Rurſus.4.phy.cõm.84.Auer.declarat augmẽtum effici propter noui termini acquiſitionem.non aũt ob nouam ipſam quantitatem. Propter hæc videtur quod Auer.velit ꝙ dimenſio interminata ſit actu dimenſio, & actualitate entis,& actualitate quantitatis,ſitq́; vna numero per priuationem terminorum vt materia priuatione formarum, æterna vt materia ipſa etiam.eſt vero in potentia nõ quidem ad dimenſionẽ,ſed ad terminos,veluti materia eſt in potentia nõ ad materiam,ac ad eſſe entis,ſed ad formas atq; ad eſſe prædicamentale.Et qm̃ accidens oẽ inhęret alicui ſubiecto,vr̃ velle ſubiectum dimenſionis eſſe materiam & eſſe compoſitum , cõpoſitũ quidem eſt ſubiectum cui inhæret,materia vero rõne cuius inhæret,iccirco corrupta forma remanet dimenſio. verum propter verba Auer.hinc inde contrarias,alias hęc poſitio melius pertractabitur. Pro ſolutione vero ad argumenta,aĩaduertendum eſt ꝙ dimenſio interminata

Neceſſaria pro ſolutione argumentorum partis contraria. Primum.

præcedit formas indiuiduales generabiles,tã prout ſunt indiuidua gñum,quam ſpecierum,forma.n.aĩalis quæ primo inducitur in embrione limitat ſibi certam quantitatem q̃ niſi præcederet dimenſio interminata, terminabilis vero per illam,forma animalis illa non reciperetur.terminata autem ac effecta illa in actu per terminos quos ſibi limitat forma animalis, adhuc eſt interminata reſpectu formæ hominis. vnde tot ſunt dimenſiones interminatæ quot formæ , tot quoque terminationis & termini verum vna prima eſt materiæ primæ coæterna cõis omnibus.cæteræ ſunt materiis ſecundis proprię generabiles ac corruptibiles,iuxta rõnem materiarũ ſecundarum.

Secundum.

Secundo aĩaduertendum,quod dimenſio interminata præcedit formã terminantem accidentaliter, non aũt eſſentialiter,qa tota neceſsitas ponendi dimenſiones interminatas p̃cedere formas eſt vt dent materiæ diſpoſitionẽ q̃titatiuam , formæ vero eſſe partibile & tranſmutabile. niſi enim materia eſſet quantitatiue diſpoſita non poſſet recipere plures formas ſimul, poſſetq́; forma montis recipi in materia grani milij ,itemq́; niſi materia eſſet quantitatiue affecta,formæ ipſæ non eſſent diuiſibiles tranſmutabiles ac generabiles. ſic igitur præcedunt ipſo generari ac corrumpi.Hæc aũt formæ non cõpetunt per ſe,ſed per accidens , quare dimenſiones præcedunt accidẽtaliter & nõ eſſentialiter, ſub eſſe quoq; imperfecto & diſpoſitiuo , non aũt ſub eſſe perfecto & ſpecifico.

Tertium:

Vlterius aĩaduertendum ꝙ de forma corporis de genere ſubſtantiæ ſunt duæ poſitiones. Quidam tenent eam,eſſe materię coæternam & actu pręcedere omnia,actu dico actualitate entis & corporis. Alij tenent ꝙ illa præeſt in materia in potẽtia,& nullo modo in actu , vt de dimenſione diximus. De qua re poſterius dicemus.

Ad rationes.

Tunc ad rationes.Ad primam diceret prima poſitio de forma corporis ꝙ dimenſio interminata fundatur ſemper in compoſito , quia dimenſio illa interminata æterna ineſt cõpoſito ex prima materia & prima forma corporis . & ſic conſequẽter de aliis ſuo ordine. At qui negant formam corporis,dicerent ꝙ omne accidens perfectum & prædicamentale fundatur in compoſito , ſed accidens imperfectũ poteſt fundari in materia , & pręcedere formas, non quidem eſſentialiter, ſed accidentaliter.Per idem ad Secundam.accidentia.n.perfecta fundantur in ente in actu. imperfecta vero fundari in ente in potẽtia, & accidẽtaliter nihil ꝓhibet.

Dubiũ. Reſponſio.

Sed dices in quo differũt imperfecta accidentia à ſubſtantialibus formis.Poteſt dici ꝙ formæ fundãtur in materia & ratione materiæ entis in potentia & rõne entis in potentia, at accidentia imperfecta fundantur in ente in actu,ſed rõne entis in potentia & materię.Ad Tertium Auer.reſpõdet. 7.Metaphy.cõm.4 . ꝙ ſatis eſt vt ſubſtantia ratione materiæ præcedat accidens, vt eſt in propoſito. ſubſtantia enim pręcedit dimenſionem ratione materię quod ſatis eſt.Ad quartum cõcederent ꝙ ens per accidens ſit poſterius ente per ſe,& cõpoſito per ſe,modo compoſitum per ſe eſt materia cũ forma corporis. Vel dicendum ꝙ ens per accidens põt præcedere accidentaliter diſpoſitiue ens per ſe,& hoc eſt ſatis . Ad quintum, dicerent ꝙ forma ſubſtãtialis ĩmediate perficit materiam primam in rõne ſubiecti receptiui,ſed mediantibus diſpoſitionibus quantitatiuis,& qualitatibus per accidẽs in rõne medij diſpoſitiui . Ad ſextum dicerent ꝙ cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ , forma quidem materiæ,& ecõtra materia formæ, vt dicit Auer. Et ideo corrupta forma ſimpliciter deſinit materia & dimẽſio & totum,at hac forma corrupta alia ſuccedit, & inde eſt materiæ & dimenſionum perpetuitas , qđ ſatis eſt.Ad ſeptimũ dicerent ꝙ remanet ſemper eadẽ inhærentia per ſe & prima.nam dimenſio vt dimẽſio interminata primo & ꝑ ſe ineſt materiæ. Licet forma deſinat,vt diximus.Ad octauum dicerent ꝙ eadem numero dimẽſio eſt in gñato & corrupto, nõ quidem poſitiue,ſed per priuationem terminorũ.vt de mã dictũ eſt,eſt tñ altera atq; altera terminata,ꝑꝑ differentiã terminorũ , & ſic cõcederent ꝙ aliqua pars in actu eſt in generato,quę non pręfuit in corrupto. Tunc ad formã dicerent ꝙ dimenſio interminata, & dimenſio terminata vel illa pars,quæ eſt in gñato nõ ſunt eiuſdẽ rõnis,nec diuerſæ rõnis,ſed nõ ſunt differentis ſpeciei. vt homo in potentia & homo in actu,non.n.differunt ſpecie,quia quę differunt ſpẽ ſunt in actu, nec ſunt idẽ ſpecie propter idem,ſed nõ ſunt differentes ſpecie.illa

enimmet dimenſio interminata, quæ præfuit in materia, efficitur terminata & in actu, & ita poteſt dimenſio interminata eſſe ęterna, & terminata corruptibilis. & tñ non differunt ſpecie, etiam illud. 10. metaphy. intelligitur in ſubſtantiis non accidentibus. Ad. 9. dicerent quod æterna eſſet tota, tota tñ non eſt æterna, vel nulla pars eſt æterna, ſed æterna eſt tota ſecundum perfectionem totius. Ad decimum dicendum, ꝙ fundamentũ illius eſt quantitas in actu terminata, & hæc eſt noua, tñ dimenſio interminata accepta per priuationem terminorum eſt æterna. Ad vndecimum dicendum ꝙ ſunt vna ſicut potentia & actus, & duæ vt perfectibile & perfectio. Et hæc duo ineſſe vni ſubiecto non eſt inconueniens. Ad duodecimũ materia nõ eſt in loco terminato, ſed eſt in loco interminato, & ſic materia eſt quanta interminate & nõ eſt quanta terminate. Ad decimumtertium. Materia prima poteſt terminare dependentiã accidentis imperfecti, licet nõ ſit in actu. Ad decimumquartum. Quidã concedat ꝙ mã ſit in potentia contradictoriis etiam ad dimẽſionẽ interminatam, & ꝙ illa eſt corruptibilis, licet nunquã corrũpetur, qa in accidẽtibus nihil prohibet. 12. meta. cõm. 41. vel dici poteſt quod materia eſt potentia pure paſsiua reſpectu formarum in actu, nõ aũt reſpectu formarum in potẽtia. Ad decimum quintũ. Dimenſio eſt forma materialis non terminata in potentia ad vlteriorem actũ, non perfecta. Ideo nõ eſt educta de potentia materiæ, ſed coęua. Multæ quoq; alię ſunt rõnes pro hac poſitione, & contra, quæ ex his facile poſſunt ſolui. ideo omittanĩ, quid vero ſit dimenſio interminata, quoq; mõ inſit materię, & an ſit dimẽſio actu an potentia dictum eſt. Reliquum quæramus de dimenſione terminata, vtrũ ſit res noua diſtincta realiter ab interminata, & quid ſit terminus. Qđ noua res ſit, patet primo, qa generaĩ ſimul cum forma. interminata vero eſt æterna ſaltẽ illa quę eſt prima, & oĩbus formis cõis. Scđo hęc in diuerſis eſt diuerſa. illa eſt vna, vti materia ipſa. Tertio terminata eſt propria formę. Interminata mãæ, & quæ differunt ſubiecto differunt re & eſſe. Pro altera parte vĩ ꝙ actus non ponat in numero cũ potentia, itẽq; perfectio minime cũ perfectibili. Res hæc tota pendet ex differẽti opinione de termino dimẽſionũ.

Sexta qõ de dimenſione terminata.

Eſt aũt terminus bifariã, eſſentialis alter & ſic ſuperficies eſt corporis terminus. Linea ſuperficiei. punctum vero lineę, & de hmõi termino Auer. non loquiĩ. Alius eſt terminus accidẽtalis, ſed intrinſecus, & de hoc multiplex eſt poſitio. vt Egidius nr̃ Romanus vir doctiſsimus narrat.

Prima poſitio.

Prima põ quidem vult formam eſſe terminum dimenſionũ. Nam vt prima materia ẽm ſe eſt interminata. terminatur aũt per aliam atq; aliam formã, ſic ipſa dimenſio per ſui eſſentiam eſt interminata, terminatur vero vt eſt cum alia atq; alia forma. ẽm. n. formæ exigentiam qñq; maior, quandoq; minor efficitur quantitas. Quare patet dimenſionem interminatam præcedere formam. terminatam vero ſequi. Itemq́ue patet etiam materiam per dimenſionem interminatã occupare locum, Per terminatam vero tm̃ vel tm̃ locum, Vnde cum hæc terminatio fiat à forma. patet ꝙ occupare tm̃ vel tm̃, competit materiæ rõne formæ. Occupare vero locum ſimpliciter, competit materię rõne dimenſionis. Tunc iuxta hanc poſitionem dicendum qđ dimenſio interminata & terminata ſunt idem re ac in ſubiecto, differunt rõne & modo. Ipſa enim dimenſio ẽm ſe accepta eſt interminata, vt vero huic vel illi formæ coniuncta, eſt terminata.

Impugnatio.

Sed hæc poſitio ſic ſimpliciter accepta, ſtare non poteſt. Primo quia vel quantitas terminata præciſe eſt dimenſio, vel dimenſio cum forma. Si præciſe dimenſio, ſic nullo modo diſtinguitur à dimẽſione interminata. Si eſt dimenſio cum forma, ſic aggregatum per accidens, & ſic non reponetur in ſpecie. Secundo tunc quantitas terminata non ſequetur formam, quia non ratione quãtitatis, cum illa præcedat, nec rõne formæ quia idem non ſequitur ſe, nec ratione congregati, quia illud non eſt vnum per ſe. Tertio tunc quantitas terminata non fundaretur in compoſito, quia nulla eius pars fundatur in illo. Quarto tunc totum punctum quãtitatis erit ſubiectiue in prima materia contra ipſum Auer. ſecundo de anima. cõm. 4. & 7. meta. cõm. 2. conſequẽtia patet. nam forma eſt in materia prima & dimenſio ſimpliciter ſimiliter, & ſic totum. Quinto ſi forma eſt terminus dimenſionum, vel eſſentialis vt punctus lineæ, vel vt actus potentiæ, vel vt differentia generis vel gradus latitudinis, & patet quod nullo horum modorum, nec vt modus intrinſecus dimenſionum, quia eſt alterius prædicamenti. Sexto quod non eſt quantitas non videtur formaliter cauſa occupandi locum maiorem vel minorem. Forma non eſt formaliter quantitas, quare minime eſt cauſa occupationis loci. Septimo ſi dimenſio ignis ſepararetur à forma ignis & poneretur in aere vel aqua, quantum locum occupabat dum cum igne erat, tm̃ occuparet & nunc. vt Auer. dicit de cubo quarto phyſi. cõm. 76. Igitur non à forma ſubſtantiali eſt terminus dimenſionum. Poſitio itaque hæc ſic ſimpliciter intellecta, videtur erronea, & contra Auer.

Secũda poſitio.

Secunda poſitio quam etiam approbat Egidius noſter eſt ꝙ per quantitatem interminatam intelligitur dimenſio ẽm ſe, per terminatam vero ipſum vt cõiunctam huic vel illi raritati ſiue denſitati. Vnde quod occupet locum materia ipſa habet ab interminata dimenſione, ꝙ vero tm̃ vel tm̃ locum, à raritate vel denſitate, quare raritas vel denſitas terminus eſt illius. Tunc patet ad quęſtionem, ꝙ dimenſio terminata & interminata ſunt idem realiter & diſtinguuntur ratione. nam dimenſio ſimpliciter eſt interminata ipſa, & vt raritati vel denſitati coniuncta, eſt terminata.

Impugnatio.

Sed nec hæc poſitio ſtare poteſt. primo per omnes rationes nunc factas, quæ ſunt contra hãc, vt contra illam. Secundo, quia Auer. hic ait quòd accidens commune duobus vel pluribus ſubiectis habet terminatum & interminatum, vt raritas & denſitas. Tunc arguitur, quod de ſe eget termino, non eſt alterius rei terminus. denſum & rarum egent, termino igitur non ſunt alterius rei terminus.

Tertia poſitio.

Tertia poſitio vult ſuperficiem eſſe terminum trinæ dimenſionis, & propterea ꝙ trina dimenſio abſolute ſit interminata. vt vero coniũcta huic vel illi ſuperficiei, ſit terminata. Tũc ad quęſtionem patet. ꝙ dimenſio interminata & erminata ſunt idẽ realiter & differũt ratione, vt prius. Hunc modum videtur tangere Auerroes. 4. phyſico. cõm. 15.

Impugnatio.

Sed nec hæc poſitio poteſt ſtare. Primo per rationes communes. Secundo, quia vnam et ſuperficies eſt communis generato & corrupto, ac indiget ipſa termino. Tertio, quia ſuperficies non eſſet niſi terminus corporis, ſed quis eſſet terminus longitudinis quis latitudinis quiſúe altitudinis, ex hoc non habetur. Quarto, quia ſuperficies eſt quantitas non corruptibilis niſi diuiſione, etiã & terminabilis per termi-

Quarta pō. num proprium. Quarta poſitio eſt, quod dimenſio interminata & terminata accipiuntur vt vniuerſale & particulare. nam ſicut magis vniuerſale per minus terminatur, ita interminata dimenſio per terminatam. Tunc patet ambas eſſe re eaſdem. differre vero rõne. *Impugnatio.* vt vl'e & particulare. Sed hæc ſtare minime poteſt. Primo quia tunc dimenſio non haberet eſſe reale, niſi vt vniuerſale. Secundo tunc non vna numero dimenſio eſſet materiæ coæterna, ſed vna ſpecie. Tertio tũc non tñ ſignanter trina dimenſio eſſe materiæ coæterna, ſed cæteras res gñatim acceptæ & ẜm rationẽ conſideratæ. Quarto, quid ſuperadderet dimenſio terminata ipſi interminatæ? nihil ſanè, niſi deſignationem indiuidualem & dimẽſio interminata eſſet vniuerſale tñ. *Poſitio quinta antiqua.* His acceptis nos olim ad quæſtionem hanc dicere ſoliti eramus, terminum dimenſionum eſſe aliquid, & non eſſe de genere quantitatis, quia tunc eſſet eſſentialis, nec eſſe ſubſtantiam, vt diximus, quia non forma, nec eſſe qualitatem, quia non raritas, nec per idem poni poteſt ſitus, vel actio, vel paſsio, vbi, vel qñ. Propter quę dicebamus ipſum eſſe in gñe relationis, hoc eſt extenſionem, quæ eſt dimenſioni acquiſita per accidens, mediante raritate vel dẽſitate. Imaginabamur enim quantitatem, vt quantitas eſt, habere certam extenſionem, quæ eſt quædam partiũ diſtantia, vel earum iuxta poſitio, quã quantitas habet ſuapte natura, ob qđ vbi ſepararetur à raritate vel dẽſitate adhuc retineret illam, licet ſit variabilis penes dñam rari & denſi, prout.n. alteri vel alteri coniungitur raritati, vel denſitati, efficitur relatio illa maior vel minor, ſi peteres, vnde hæc variatio ineſt ipſi dimenſioni? Reſpõdebam propter motum rarefactionis, vel condenſationis. In rarefactione enim vel cõdenſatione ſunt tres motus, duo per ſe, alius per accidens. Primus quidem eſt alteratio, ad raritatem rarefactio, ad denſitatẽ cõdenſatio terminata, quæ ſunt qualitates ſequentes calidum & frigidum. 7. phyſicorum. cõm. 11. & 15. Alius eſt motus localis ad maiorem, vel minorem locum. Tertius eſt ad partium diſtantiam, vel propinquitatẽ quæ eſt relatio partium inter ſe comparatarum. quæ etiam interdum raritas & denſitas appellantur, vt. 4. phyſicorum. cõm. 84. quũ prope principium dixit ꝙ rarum & denſum ſunt contraria in quantitate, accipit enim rarum & denſum relatiue & nõ qualitatiue. Ibidem etiam dixit ꝙ motus de raritate in dẽſitatem, eſt motus de maiori quantitate ad minorem, vbi terminos per accidens intendebat. Quare terminus ille cõpetit quãtitati tanquam ſubiecto, variatur tñ propter qualitates, quæ ſunt raritas, & denſitas. Videtur aũt hoc ad mentem Auer. nam. 4. phy. cõm. 76. accipitur ꝙ ſi cubum ſeparatum poneretur in aere vel aqua tãtundem faceret latera diſtare, & ſic extẽſio ineſt quã- *Impugnatio poſitionis antiqua* titati etiam per ſe, ſi ſepararetur ab oĩ alio. Sed mihi videtur nunc quod poſitio hæc deficiat. primo quia hic terminus eſſet extrinſecus, & terminata ipſa quantitas eſſet aggregatum per accidens. ſecundo, omnis relatio requirit fundamentum, & terminum, modo fundamentum illius non videtur eſſe niſi raritas vel denſitas qualitatiue, & quũ non poſsit relatio ineſſe abſq; fundamento & termino, tunc cubum ſeparatum non *Põ propria.* faceret latera diſtare. Propter hęc & alia multa, vñ mihi eſſe dicendum de quantitate, vt de qualitate. v. g. de calore. Nam vt calor variatur propter gradus qui faciunt intenſum & remiſſum, ſic dimenſio variatur pp gradus extenſionis, ſiue faciant longum ſiue latum, ſiue altum. Vt igitur terminus caloris eſt gradus intenſionis, ſic terminus quantitatis eſt gradus extenſionis. nam vt gradus intenſionis eſt id quo calor dicitur tm vel tm intenſus, ſic gradus extenſionis eſt, quo dimenſio eſt tm vel tm extenſa ſiue in lõgum ſiue in latus ſiue in altum, igitur terminus quantitatis eſt gradus extenſionis, & per conſequens dimenſio terminata eſt dimenſio ſub tanto gradu. iccirco ſicut idem calor numero eſt à principio vſque ad finem intẽſionis, ſed variatur penes terminos, hoc eſt gradus, ſic vna eſt oĩum dimenſio. ſed variatur penes terminos, hoc eſt gradus extenſionis. igitur vt calor & calor cũ tot gradib⁹ ſunt idem realiter, ſic dimenſio interminata, & ipſa ſub tot gradibus extenſionis ſunt idem re, & differunt penes connotatum. Ex quo patet terminum nõ eſſe extrinſecum à dimenſione, quia non alterius eſt prædicamenti, nec intrinſecus, quia non de eſſentia eius. Verum aĩaduertendum ꝙ terminus eſt multiplex, Eſſentialis vnus vt corporis ſuperficies, ſuperficiei linea, lineæ punctus. Siſr & differentia generis, & definitio ſpẽi vt ſcis, Fundamentalis alter vt forma. eſt.n. forma origo & fundamentum oĩs terminationis cõcomitãs, vt raritas vel denſitas, & reponẽs ipſam ineſſe vltimo, & ſic poſſunt oẽs iſti modi conuenire, dicentes.n. formam eſſe terminum accipiunt terminum pro origine & fundamento terminationis. dicẽtes vero raritatem vel denſitatem, accipiunt pro termino cõcomitatiuo, penes quem põt euariari terminus vltimus. Capiendo terminum pro vltimo ſic gradus extenſionis eſt terminus. Secũdo aĩaduertendum ꝙ iſte terminus vltimus eſt naturaliter competens ipſi quantitati, non quidem eſſentialiter, ſed ſeparabiliter, quia ſeparata forma ab illa qualitate, adhuc põt ipſa quãtitas detinere illũ. Verum prout alteri vel alteri formæ & raritati coniungit euariatur gradus extenſionis vel minorationis. Nam naturaliter eſt duplex, eſſentiale & ſeparabile. ſcđo cęli. cõm. 100. & 9. Quare patet cubum ſeparatum à forma & qualitate adhuc detinere terminum ſuæ magnitudinis, vt dixit Auer. Ipſum quoq; huic vel illi formæ & raritati vnitum etiam euariari penes maius vel minus. quod ſi dicatur Auer. velle ſuperficiem eſſe termi- *Inſtantia.* num, loquitur dicas in exemplo. Nam ſuperficies nõ *Reſponſio.* poteſt eſſe terminus niſi corporis & eſſentialis, de quo nunc non loquimur. Per hæc ad argumenta in principio patet ſolutio. Poſt hæc quærũt de termino quali- *Septima q̃o de termino qualitatis.* tatis interminatæ. eſt.n. qualitas interminata, quæ pluribus vel oĩbus corporibus cõis eſt ẜm indiuiduum vt diaphaneitas quæ vna numero eſt cõis aeri & aquæ. Hic differenter reſpondent doctores. Sed id mihi vñ, quod de dimenſione. eſt.n. terminus vno modo eſſentialis vt differentia generis, definitio ſpeciei, & id genus. Alio modo fundamentalis, vt forma eſt oĩum accidentium terminus, pro quanto per ipſum oĩa reponuntur in eſſe actuali & terminato. Alio modo eſt terminus ille qui reponit rem in eſſe vltimo, nec tñ intrinſecus, nec extrinſecus, quiq; terminus conſtitutionis nuncupatur, & hac rõne gradus intenſionis vel remiſſionis eſt terminus qualitatis, nec.n. eſſe intenſum eſt extra rationem qualitatis nec intra, ſed eſt, vt dicunt, modus intrinſecus eius. Impoſsibile eſt.n. vt duæ formæ numero limitent ſibi duas qualitates ẜm eundem gradum intenſionis punctaliter. hæc de termino accidentium dicta ſint ſatis.

Et quia illa forma, ſcilicet dimenſionis, non terminate exiſtit in prima materia primitus, & ſuccedit ſibi in ea, tum impoſſibile ſit hoc ſubiectum recipere duas earum in eadem parte exiſtente terminatæ quantitatis. ideo impoſsibile eſt à ſubiecto denudare formam, vel ſubiectum denudari à forma, niſi per formæ deſtructionem.

Cõmen. 25.

Nouum eſt hoc capitulum & tertiũ videlicet, ſed quid in hoc intenderit non vna rõne dicunt. Contẽporanei noſtri volunt Auer. nũc confutare poſitiones veterũ, vt vel illam Empedoclis, vel illam Auicen. Empedocles. n. opinatur quod generatio & corruptio fiant ob litem, & amorem. Auicenna vero ꝙ generatio fiat ab intelligentia agente per hoc ꝙ ponit formas in materia, & non extrahit illas, apud quem generatio eſt poſitio formæ in materiæ, ac quodammodo creatio. vt recitat ipſe. 7. metaphy. cõm. 31. & 12. eiuſdem. cõm. 18. Auer. vero contra hos inſurgit, & declarat generationem fieri per hoc ꝙ agens extrahit formas de potentia ad actum, ipſumq́; compoſitum generando. Ioannes vero vult Auer. declarare naturam formæ, nã declarata natura materiæ conſentaneum erat nunc naturam formæ declarare. Ego vero dico omnia hæc declarari hic, ſed finalis eius intentio eſt declarare ſecundã cauſam gñationis & corruptionis: ſunt. n. cauſæ generationis & corruptionis materia p̃diſpoſita dimẽſione, & formarum contrarietas ſm ſe vel ſuas qualitates. Nam hoc vltimo loco intulit, eo ꝙ iſtud eſt finaliter intentũ. Aſſumit itaq; primo ꝙ impoſsibile eſt formã materialem eſſe abſq; ſubiecto, & ſubiectum eſſe abſq; forma, niſi per formæ deſtructionem. hoc probat enthymematice, dimenſio interminata præcedit in mã, & formę ſuccedunt ſibi inuicem in mã dimenſionata. igitur formã non põt eſſe abſq; ſubiecto: nec cõtra ſubiectũ abſq; forma. Prima pars enthymematis eſt lõgis verbis deducta. Secũda vero in litera ꝓbatur, ꝙ impoſsibile eſt ſubiectum recipere duas formas ſimul in eodẽ puncto materię deſignato quantitate terminata.

Dubitatio literæ.

Sed dices. vr̃ ꝙ prima propoſitio ſuperfluat, & ſcd̃a ſufficiat. Nã poſito ſolo ꝙ formę ſuccedãt ſibi in mã, & ꝙ impoſsibile ſit illas ſimul recipi in eodem puncto materiæ: ſequitur ꝙ forma non poſsit eſſe abſq; materia & materia abſq; forma, quia detur oppoſitũ ꝙ forma poſsit eſſe ſine materia, & materia abſque forma, tunc non ſibiinuicẽ ſuccederent, ſed diu ſeparatæ ſtarent.

Solutio.

Dici põt ꝙ prima propoſitio non facit ad conſequẽtiã, ꝙ accepta ſola ſcd̃a valet per regulam gñalem ex oppoſito conſequentis, inferendo oppoſitũ antecedentis, ſed facit ad propoſitionem illam ſm. vnde vis ſyll̃i eſt hypothetice ſic. Si formæ ſuccedũt ſibi, forma non põt eſſe abſq; materia, nec contra. Nam detur ꝙ ſtent ſeparatę tunc non ſuccedunt, quũ ſucceſsio ſit mutua formarum cõtiguitas rei ad rem nullo tpe interpoſito. Sed formæ ſuccedunt ſibi, qa pręcedit dimẽſio, quæ eſt cauſa, quare formę recipiantur in mã ſucceſsiue, vt prædixit. igĩ forma nõ põt ſine mã, nec materia ſine forma eſſe, & ſic in verbis nihil ſuperfluum eſt. Et hãc expoſitionẽ ignorauit. Ioan. Animaduertendũ ꝙ hanc concluſionẽ accipit Auer. ab Ariſto. primo de generatione. tex. cõm. 17. vbi probauit vnius formæ generationem eſſe alterius corruptionem. & econtra.

Neq; etiam eſt poſſibile ipſam fieri in ſubiecto, niſi per agens extrahens illam de potentia ad actum.

Cõmen. 26.

Secundo aſſumit gñationem effici non per creationem, ſed per formæ extractionẽ. Iſtud põt eſſe ſuppoſitio. & põt ex nunc dictis probari, cũ. n. neceſſe ſit ſubiectum quantum præeſſe, forma non creabitur, cum creatio fiat nihilo præſuppoſito. fit igĩ per extractionem, quũ oẽ qd̃ fit vel creatione vel extractione edaĩ. Amplius ſi mã quãta præeſt, vel p̃eſt vt in illa reponaĩ forma, vel vt ex illa extrahatur. Sic vt in illa reponatur, tunc generaretur forma per ſe, & ita illa eſſet per ſe exiſtẽs, qd̃. 12. meta. cõm. 18. eſt deſtructũ. Si vt ex illa extrahatur, habetur propoſitum. Propoſitionẽ hanc quoque accepit Auer. 7. metha. cõm. 23. 28. & 31. Animaduertendum de gñatione præfuiſſe duo extrema & medium.

Poſitiones de generatione.

Anaxa. Clazomenius generationem poſuit totaliter ad intra cũ generationem dicat latentis formę manifeſtationem. Alexan. Temiſtius, Auicẽna, & pleriq; græci dicũt generatione eſſe ex toto ad extra vt ꝙ formæ oĩ ex parte in materia ab agente reponantur. efficiuntur. n. formę ab agente & in materia reponuntur. Ariſto. vero (vt. 12. meta. cõm. 18. narrat Auer.) mediauit. voluit. n. compoſitum per ſe effici ac formam & materiam per accidens, Iccirco productum ſm partem præſupponitur vtpote ſm materiam, & quantum ad hoc cũ latitatione conuenit. ſm partem aduenit vt ſm formam, & quantum ad hoc cũ poſitione & creatione concordat. ab vtriſq; vero differt, quia partes fiũt per accñs, compoſitum vero per ſe fit, rem hanc apertius in. 12. metaphyſicæ aperiemus.

Vnde neceſſe eſt has formas eſſe contrarias, adeo quod altera corrumpat ſuam contrariam & ſubiectum recipiat formam ſimilem.

Cõmen. 27.

Tertio ex dictis aſſumit formas eſſe contrarias non quidẽ vera ſpecie contrarietatis, ſed vt altera corrumpat ſuam contrariam, hoc eſt contrarietatem quæ eſt inter duo ſeſe corrũpentia, quę eſſe poteſt in ſubſtãtiis compoſitis & ſimplicibus, qua rõne ſubiectũ ipſum iure recipiet formã, qua agenti perſimile derelinquatur. Ex dictis ſyllogiçatur res hæc ſiç, quæcunq; ſibiinuicẽ ſuccedunt eodẽ in ſubiecto, ſunt contraria, formæ generabiles ſibiinuicem ſuccedunt eodem in ſubiecto, per nunc iã dicta. igĩ ſunt contrariæ modo & rõne dicta. Maior patet, nã non poſſunt formæ ſibiinuicẽ ſuccedere niſi per corruptionẽ prioris. Et per hoc ꝙ agẽs extrahit cõtrariã primę. Ioan. hic dicit tria. dicit. n. primo ꝙ materia recipit plures formas ſimul, & plures ſucceſsiue. recipit quidem plures ſimul ꝑꝑ materiæ partes pro vt alia materiæ pars romę, alia Sueſſæ diſponiĩ. partes vero ipſius materiæ præſunt ꝑꝑ dimenſiones interminatas p̃cedentes, quare hæc fuit neceſsitas dimenſionũ interminatarum. ſucceſsiue vero quia vna contrariatur alteri, & ſubiectum eſt vtriſq; cõe.

Ioannis dicta.

Dicit ſcd̃o qd̃ forma iccirco alteri cõtrariaĩ formæ, ꝑꝑ agẽs contrarium, quod videlicet inducit diſpoſitionem contrariam. cõtinentur. n. formæ æqualiter in potentia agẽtis & materiæ. 12. metaphy. cõm. 36. Dicit tertio, quod iccirco non oportet fieri reſolutionem vſq; ad materiã primam, vt multi autumãt, quia tunc gñatio vnius nõ eſſe corruptio alterius. eſſent. n. motus diſtincti, & non ſimul.

Impugnatio.

Sed hæc quæ Ioan. ait, non ſunt neceſſaria, primum quidẽ non, qa teneri põt mãm ſimul recipere plures formas, non quidẽ ꝑꝑ partes actu præcedẽtes, ſed quia ipſa eſt multiplex ĩ potentia. efficitur autem actu plures ob dimẽſiones terminatas ſequentes. quare ſola materiæ multiplicitas erit ſufficiens vt plures actu formæ in eadẽ recipiantur materia. Scd̃m minime valet. nã ſolaris radius vnus nũero exñs ꝑ vnã qualitatẽ

numero

numero, videlicet, calorem cœleſtē, liquefacit cæram, & condenſat lutum, itemq; ex vaccino cadauere apes ex equino veſpes generat, vbi conſtat illud effici ob materiæ differentes diſpoſitiones, quæ præerant. Tertium etiam nō valet quia generatio & corruptio oīno ſunt mutationes, vel motus diſtincti ſūt, tñ vnus, ꝓpte rea quia ad vnam principalem ordinantur formá vltimá. Hæc igitur quæ Ioãnes ait, non ſunt auſcultanda. quid vero ſit dicendum in his, iam ex litera patet.

Vnde formæ elementorum ſunt contrariæ, & ideo paſſiua dicuntur quodammodo eſſe contraria, & quodammodo eſſe ſimilia.

Cōmen. 28. Siue iſtud ſit quartum, & vltimum aſſumptum ſiue ſint duo, prima pars ab Ariſto. accepta eſt ad verbum ſecundo de generatione, tex. cōm. 49. Secunda vero primo eiuſdem. tex. cōm. 51. & ambæ ex dictis ſyllogiçantur ſic, quæcunq; mutuo ſe corrumpunt & ab agente extrahuntur de potentia ad actum, ſunt inuicem contraria, & agenti in principio contraria, in fine ſimilia. Elementariæ formæ mutuo ſe corrumpunt, ac ab agente extrahuntur de potentia ad actum, igitur ſunt contrariæ, & ſubiecta eorum in principio agenti ſunt diſsimilia, & in fine ſimilia. Hæc ex dictis colliguntur. Quæres hic & diligenter vtrum formæ ſubſtantiales elemētorum ſint contrariæ, & videtur quod ſic per verba Auer. hic primo. Secundo per verba eiuſdem primo phyſi. cōm. 52. & ſecundo cœli cōm. 33. Ad oppoſitum eſt Auer. 5. phyſi. cōm. 10. & ſic in dictis Auer. eſt maxima contradictio. Circa hanc qōnem Alex. pluribus locis maxime in libro de ſenſu opinatus eſt elementarias formas eſſe inuicem contrarias, petit. n. primo quod formæ elementariæ ſunt qualitates, vt ignis calor & ſiccitas, atq; frigiditas & humiditas, & in cæteris id genus. Et rōnes Alex. ad hoc ſunt plurimę. vt in lib. deſtructio. d. recitamus, ꝙ vero dicat Ariſto. in prędicamentis ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, Alex. intelligit de ſubſtantia perfecta. Accepit ſecundo ꝙ qualitates ſunt contrariæ, & ſic in prima figura formæ elementariæ ſunt contrariæ. Hęc eſt poſitio Alex. quam diffuſe recitamus in lib. deſtructio deſtructionum. Sed contra hanc poſitionem arguit Auer. 5. phyſi. cōm. 10. & potiſsimum contra minorem. videlicet ꝙ formæ elementariæ ſint qualitates, quia quod eſt accidens vnius, non poteſt eſſe ſubſtantia alterius, ꝙ. n. vere eſt, nulli accidit, primo phyſi. tex. cōm. 27. modo eiuſmodi qualitates ſunt accidens mixtis, igitur non poſſunt eſſe ſubſtantia elementorū. Ioan. 5. phyſi. qōne vtrum ſubſtantiæ ſit aliquid contrarium, ait Alex. nunquam illud ſenſiſſe. nam dicit Alex. in lib. de ſenſu ſic. qūo igitur ſi aquæ quidem eſſe eſt in humiditate & frigiditate. Ignis aūt in caliditate & ſiccitate, & reliqua. Ecce qūo Alexan. loquitur cōditionaliter & non aſſertiue, & ſic cogitur Ioan. improperare Aue. Et nō ſolum Auer. ſed Them. in. 5. etiã phyſicorum. qui de Alex. idem ſentit, & ſimplicium, ſimiliter & oēs græcos, Videtur quoq; & ipſe mãcus, quum neq; verba Alexan. omnia legerit eo in lib. quē allegat. Ariſto. in lib. de ſenſu concluſit ſubſtantias nō eſſe contrarias. vbi Alexã. in capitulo de ſapore, circa finē, mouet qōnem, quomodo igitur ſi aquæ quidem eſſe eſt in humiditate & frigiditate, ignis vero eſſe eſt in caliditate & ſiccitate, non contrarium aquæ igni ꝑm ꝙ aqua & ignis? Vbi ſoluit qōnem, & tu vide. Ecce ꝙ Alex. ſupponit qualitates eſſe formas elementorum & ſuper illo fundat qōnem ſuam, & ita Ioannes vel non vidit lib. illum, vel inique locutus eſt contra tantos philoſophos. Etiam pręterea in lib. de aīa Alex. idem apertiſsimis verbis ait, ꝙ circa initium tibi facile erit videre. Sunt quidam qui volunt (& ego cū eis alias fui) Alex. æquiuoce loqui de qualitatibus, cū enim formæ elementorum ſint innominatę, interdum per qualitates alteratiuas nuncupantur, vt Alex. fecit. Interdum per motiuas, vt Auer. qui vbiq; grauitatem & leuitatem voluit eſſe formas elementorum, qua etiã rōne Auer. ipſe. 8. meta. videtur excuſare eum cōm. 5. Verum quid ſit ſentiendum, nunc ſcribimus in lib. d. d. Hęc nunc, ſatis tunc patet ad argumenta per ipſum Auer. 5. phyſi. cōm. 10. elementa. n. eſſe contraria ꝑm qualitates eſt verum propria rōne contrarietatis, ipſa eſſe contraria ꝑm formas, eſt verum contrarietate quę eſt inter corruptiua & incompoſsibilia. Hæc de contrarietate formarum elementorum, & ſic completur ſecunda cauſa corruptionis, & generationis, quæ eſt formarum contrarietas.

Octaua qō eſt de cōtrarietate formarum elementorum.

Poſitio Alexã.

Impugnatio.

Quid Ioann.

Contra Ioann.

Vnde ſi aliqua corpora ſimplicia ſunt, quorum forma caret contrarijs, contingit quod illæ formæ ſint nec generabiles, nec corruptibiles, nec habentes ſubiectum cōmune. Declaratū eſt igitur quod cauſa corruptionis entium & factionis eorum eſt contrarietas exiſtens in ſuis formis & cōmune ſubiectum, quod nullam habet propriam formam, ſed eſt potentia recipiens numerum ſecundum formam diuerſas in ſpecie, & numerum ſecundum formas diuerſas numero, & quæ ſunt ſecundum magis & minus.

Hactenus declarauit ſecundam cauſam generationis & corruptionis, videlicet formarum contrarietatem, nunc (vt mihi videtur) probat illud per ſignum, & locum à contrario. hoc modo, quia formæ quarū ſubiecta carent contrario ſunt ingenerabiles & incorruptibiles, imo nec habent ſubiectum cōe, & materiã cōem in qua recipiantur, ſed ſunt ſimplices. Animaduertendum primo ꝙ rō hæc eſt Ariſto. in primo cœli. cōm. 20. per quam concluſit cœlum eſſe incorruptibile, quia videlicet caret contrario. Secundo animaduertendum ꝙ iſtæ duæ ſunt cauſæ gñationis & corruptionis. videlicet ſubiectum cōe dimenſione affectū, & formarum contrarietas. Sunt aūt hæ cauſæ conuertibiles ꝑm conſequentiam. nam vbi non eſt contrarietas non eſt tranſmutatio. oīs. n. tranſmutatio eſt de termino contrario in terminum contrarium, vbi non eſt tranſmutatio non eſt materia cōis dimenſione affecta, niſi materia ſit ibi ocioſa, vt dicit Auer. primo cœli. cōm. 20. Contra etiam vbi non eſt materia, ibi nec eſt contrarietas. nam vbi non eſt materia, non eſt tranſmutatio, & vbi non eſt tranſmutatio, non eſt contrarietas. Hæ igitur cauſæ ſunt duæ inuicem affirmatiue, & negatiue conuertibiles. Ex iis infert intentum, ꝙ videlicet duæ ſunt cauſę gñationis & corruptionis, vna eſt contrarietas formarū vel in ſe vel in ſuis qualitatibus. Secunda eſt ſubiectum cōe, ꝙ nullam habet propriam formam, inſeparabilem, ſed eſt potentia recipiens numerum ꝑm formas diuerſas in ſpecie, & numerum ꝑm formas diuerſas numero, & quæ ſit ꝑm magis & minus, & hoc eſt intentum, quaſi dicat ꝙ licet ipſa ſit vna numero, eſt capax oīs multitudinis tã ꝑm indiuiduum q̃ ꝑm ſpeciem, & ꝑm extenſum in amplū vel minus extenſum. vt. 12. meta. cōm. 14. & 1. de gñatione. cōm. 29. Animaduertendum eſt ambas hás cauſas ex verbis Ariſto. reperiri. vt. 7. meta. tex. cōm. 22.

Cōmen. 29.

Vbi

Vbi ait materiam eſſe rem propter quã vnumquodq; poteſt eſſe, vel nõ eſſe, itemq; tex. cõm. 53. idẽ adiicit. & in. 9. tex. cõm. 17. ait potentiam materiæ eſſe cõtradictionis. videlicet tam ad eſſe q̃ ad non eſſe. Et in ſecundo de generatione tex. cõm. 51. idem ſimiliter. Ex quibus primum conſtat primo vero philoſophicæ auſcultationis. ex cõm. 60. & primo cœli. tex. cõm. 20. Secunda cauſa generationis & corruptionis accipitur, vt ꝙ generatio è contrario ſit in cõtrarium, & ꝙ vnũquodque ſuo è contrario corrũpatur. Sed dices Auer. vbiq; infert, ſi cœlum eſt ex materia quantitate inter minata affecta, eſt generabile & corruptibile. modo ſi cauſæ generationis & corruptionis eſſent duæ, Auer. argueret ab inſufficienti, vt Egidius reſpondet vbiq;. Ad hoc reſpondet Auer. primo cœli. cõm. 124. ꝙ omne poſsibile ab intrinſeco infert poſsibile ab extrinſeco, & econuerſo, hoc eſt ꝙ hæ duæ cauſæ ſunt conuertibiles. habere. n. materiam quantã cõem infert habere contrarium, & econuerſo. ſunt igitur duæ cauſæ totales ſeſe inferentes, & propterea non arguit ab inſufficienti.

Dubitatio.

Reſponſio.

Et cauſa huius totius eſt, quod hoc ſubiectum recipit primitus dimenſiones interminatas, & quia eſt multum in potentia.

Cõmen. 30. *Varia textus introductio.*

Ioãnes cauſam hanc refert ad id quod proxime dixit. accepit. n. materiam entem vnam numero recipere formas diuerſas ſpecie & numero, cuius rei Ioan. vult nunc Auer. tradere cauſam ob id videlicet quod materia prærecipit dimenſiones ante formas, quibus efficitur multa in potentia. Hanc expoſitionem contemporanei noſtri ſectantur, verum volunt duas eſſe cauſas cur materia plures recipit formas in ſimul, quas ambas dedit Auerr. prima, quia materia ante formarum receptionem prædiſponitur dimenſionibus, altera eſt, quia ipſa eſt multa in potentia. Ioannes opinatur vnam eſſe cauſam tm̃, videlicet quia dimenſio prę cedit, propter ꝙ & materia multa efficitur potentia. Animaduertendum ꝙ de potentia materię duas recitauimus põnes. vna ꝙ potentia & dimenſio ſint vna res, & dicerent ratione. Altera ꝙ potentia & dimenſio ſint duæ res, duæq; paſsiones materiæ competentes ordine quodam. Prima poſitio habet dicere. vt Ioannes ait, ꝙ materia prima per dimenſiones & recipit formas ſimul, & eſt multa potentia, eo ꝙ dimenſio & potentia vna eſt res. Secunda poſitio habet dicere materiam recipere plures formas ſimul & ſucceſſiue, & propter dimenſionem, & propterea quia multa potentia. nam propterea quia eſt multa potentia, eſt apta recipere plures formas tm̃, non tñ ſimul vnde ſi materia nullas haberet dimenſiones, reciperet plures formas, ſed ordine quodam. quia vero prædimẽſionata, apta eſt recipere plures ſimul. Egidius vero vult Auer. redire ad proximum capitulum, præaccepit. n. dimenſiones interminatas eſſe materię æternas, nunc Auer. illud probare autumat. Et oẽs hæ expoſitiones ſtare poſſunt, & ſunt poſsibiles. Verum mihi videtur ꝙ cum Auer. duas eſſe cauſas gñationis & corruptionis accepiſſet, nunc compareti nter ſe illas, & vult potiorem, ac (vt ita loquar) totaliorem cauſam generationis & corruptionis eſſe habere ſubiectum ſiue materiam cõem dimenſione interminata diſpoſitã, & multam potentiis. Et hoc accipit vt patet in litera. Declarabit aũt poſtea ꝙ quia materia eſt præquãta & multa potentia: generationes ſunt & plures ſimul & ſucceſsiue, ſed propter quid hæc ſit generationis principalior cauſa & totalior, Auer. non dicit. Vẽ aũt mihi hoc eſſe primo quia principalius eſt quod eſt intrinſecum vt pars, q̃ quod extrinſecum. Secundo principalius eſt, quod nulla cauſa poteſt impediri, q̃ quod leui è cauſa impeditur. nulla. n. cauſa poteſt facere quin materia quanta & multa potẽtia ſit capax corruptionis, ſed ꝙ contrarium applicetur contrario ſæpe accidit impedimentum. ſic igitur patet materiam quantam & multam potentia eſſe potiorem generationis & corruptionis cauſam quã cõtrarium ipſum.

Declaratio poſitionis horum

Egidij expõ.

Propria expõ.

Cõparatio cauſarũ gñationis

Quoniam ſi non haberet dimenſionem, non reciperet in ſimul formas diuerſas numero, neque formas diuerſas ſpecie, niſi in temporibus diuerſis, ſed in eodem tempore non inueniretur niſi vna forma, & cum hoc quod eius materia eſt vna numero.

Accepit præhabere dimenſiones interminatas eſſe cauſam ꝙ materia poteſt ſimul plures formas numero & ſpecie recipere. hoc probat ducendo ad impoſſibile ſic, ſi materia non ꝑhaberet dimenſiones interminatas. tunc non reciperet plures ſimul, ſed in diuerſis temporibus, ait Auer. conſequentiã tenere vno hoc, videlicet, ꝓſuppoſito ꝙ materia ſit vna numero oĩum. vbi. n. materiæ eſſent multæ per ſe, & non ꝑpter dimenſiones, poſſunt formæ ſimul effici, quia vna efſici in materia A. alia vero in materia B. & in aliis aliç. Sed vnde valeat enthymema, nõ par eſt ambiguitas. Egidius ſic deducit enthymema. oẽ receptum per mo dum recipit recipientis. 3. de aĩa. cõm. 7. igitur ſi dimẽ ſio non eſſet materiæ coæterna, ſed reciperetur de no uo poſt formæ receptionem reciperetur modo & rõne indiuiſibili ob ſubiectũ quod inuenit indiuiſibile, quare ipſa dimenſio remaneret de ſe indiuiſibilis, & inde ipſa materiam partibus careret, & ſic nonniſi tm̃ vnam reciperet formã. Sed hæc deductio videtur ambigua. primo quia Auer. 2. cœli. cõm. 3. & in fine huius capitis vult dimenſionem cœli recipi in cęlo poſt ſaltẽ ẽm naturam ipſam intelligentiam, & tñ vult cœlum eſſe ſubſtantiam extenſam. & ſic licet quantitatis in ſubiecto recipiatur indiuiduo, non propter hoc erit ipſa & ſubiectum indiuidua. Ego vero diu & ſæpe ſuper excogitans opinor tandem Auerro. nolle vt Ioan. & Egidius credunt, ꝙ videlicet vna dimenſio numero præſit, & coæterna materiæ, quia hoc ſatis probauit ſupra, & nos ibidem, ſed tm̃ vult habere dimenſiones ꝑeſſe, vel eandem numero cum priori, vel ſaltem aut ſpecie aut genere, & ad hoc videlicet enthymema. Si materia non eſſet ꝑquanta ſine quãtitate formæ ꝑcedentis, ſiue quantitate vna numero æterna materiæ, nõ poſſet recipere plures formas ſimul, qm̃ omnes materiæ eſſent in vno indiuiſibili vt in pũcto, & ſic ei non poſſet agens applicari. Et propterea probauit en thymema ſolũ accepto & ſuppoſito ꝙ materia ſit vna numero oĩum formarum. Nam vbi eſſent plures & in locis diuerſis, poſſent fortaſſe eſſe per plures generationes vt vna in materia A. alia in materia B. & in cæteris ſimiliter, & hanc declarationem ignorauit Ioãnes. Sed de vnitate materiæ multa legendo diximus in primo phyſi. & in qõne ſingulari ſcripſimus. Verum hæc pauca animaduerte ꝙ Auer. 12. metaphy. cõm. 14. voluit materiam eſſe vnam numero oĩum. Sed dices vnũ numero non reperitur in pluribus. 1. meta. cõm. 28. 31. & 46. Cui Auer. reſpondet ibidem, vnũ numero eſt bifariam, vel actu, vt Soc. & callias, quilibet. n. horum eſt

Cõm. 31.

Dubitatio circa rõnẽ Ariſt. Egid. deductio.

Impugnatio.

Propria deductio.

De vnitate materia.

Dubĩ.

Reſponſio.

eſt vnum numero propter formam vnam,& hoc non eſt cõe pluribus. vel priuatione & potentia, vt materia. eſt.n.materia vna numero quia caret formis indiuiduis,quibus enumeret.cõis vero quia caret vna forma, qua conſtituta ſit ineſſe vno numero.ait aũt hoc non eſſe dictum ab Ariſt.ſed bene colligi poſſe ex verbis eius. *Ioan. poſitio.* Sed ex quibus verbis colligitur? Ioan.ait primo Meta.tex.cõm.17. vbi dicitur.in fundaméto naturę nihil eſſe diſtinctum,& 7. Meta.tex.cõ.8.dicitur ꝙ materia nec eſt quid, nec quale,nec quantum,nec aliquid aliorum prædicamentorum,quibus diuiſum eſt ens. *Impugnatio poſitionis Ioan.* E qbus vult.Ioan.rem hanc colligi. Sed Ioan.parum fuit in re hac ſollicitus.Propterea videtur mihi ex aliis rem hanc colligi.Vnde.8.meta.inquit. nèq; omnis materia eſt,ſed quorum gñatio eſt, & trãſmutatio. Vbi Auer.cõm.14.inquit,& ex hoc verificatur ꝙ prima materia rerum gñabiliũ & corruptibilium eſt vna ſcilicet quia omnia gñabilia & corruptibilia alterãtur adinuicem. Itemq;.10.meta.tex.cõm.24.dicit,materia.n.negatione oſtẽditur.vbi Auer.idem colligit, idẽ primo de gñatione.tex.cõm.22.& 29.& 54.ſic igitur Ioan.male collegit verba Ariſto. *Difficultates circa vnitatem materiæ.* Sed hic ſunt difficultates. prima, quia ſimiliter erit vnum numero ipſum vl'e.nam vl'e eſt ens in potentia. Signum eſt quia ſcire vl'e eſt ſcire in potentia.Secunda, materia eſt cõis pluribus,igitur prædicatum, & ſic contra Auerro.primo meta.cõm.17. Tertia cuilibet enti poſitiue competit vnitas poſitiua, quia eadem eſt rõ entis & vnius entis. 4.meta.Materia aũt eſt ens poſitiuum, quia ſubſtantiæ pars.Quarta,tunc eſſet vna numero priuatiue,& plures numero. vna quidem,quia caret pluribus formis quibus diuiditur. Plures vero quia caret vna, qua indiuiduetur. Quinta tunc per idem dici poſſet vna, ſpecie priuatiue,& vna genere,quia caret pluribus formis ſpecie, & genere quibus diuiditur. *Solutiones.* Ad primam ſoluit.12.meta.cõm.14. ꝙ cõitas vniuerrſalis & materiæ differunt, quia cõitas vl'is eſt extra aĩam in potentia,qm̃ ratione formæ,quæ potentia eſt vl'e, ſed vnitas materiæ eſt propter priuationem, quæ eſt ens in aĩa. Ad ſecundam ſoluit. 7.huius.cõm. 23.34. & 8. meta. cõm. 6.& 9. eiuſdem.cõm.12. ꝙ materia põt ſumi vt pars, & ſic non prædicatur niſi de ſeipſa. alio modo vt totum vt pro materiali, ſiue corporeo,& ſic de oĩbus gñabilibus prædicatur,materia itaq; nõ prædicatur in quid,nec in quale,cũ non ſit quidditas,nec pars quidditatis,ſed additum illi,& ſic prædicatur in quale quodammodo,quia pręd icat aliquid extra eſſentiam. Ad tertiam dicendũ ꝙ vnitas numeralis materiæ põt comparari ad ſubiectum remotum vtpote ad eſſentiã materiæ,& ſic dicitur poſitiua,aut ad ſubiectum,proximum,vtpote ad priuationem,qua mediante intelligitur materia vna,& ſic vnitas eſt priuatiua. Ad quartam Auerrois concedit totum,ꝙ videlicet materia ſit vna numero,& plures numero,quia communis pluribus, & hoc in ente potentia, quia in ente in actu eſſet inconueniens vt eſſet plures numero, & ſic per idẽ vna ſpecie & plures ſpecie dici poteſt per priuationẽ. vt de vno numero diximus.Hęc pauca ſatis.Animaduertendum quoq; eſt rationem Auer. hic eſſe fere ad verbum Ariſto.12.metaphyſi.texto. commento. 49. & tu vide verba eius.

Et ſi non eſſet multa potentia, non denudaretur ab illa vna forma, quam reciperet, & eſſet forma in ſubſtantia illius ſubiecti, & iſtud ſubiectum eſſet impoſsibile vt denudaretur à ſua forma omnino, aut corrumperetur illa forma & alia forma generaretur.

Cõmen 32. Declarat nunc ſecundum,videlicet, ꝙ cauſa generationis & corruptionis eſt eo quia materia prima eſt multa potentia,vel ꝙ habeat multas potentias re diuerſas vel ratione. Et arguit hypothetice à primo ad vltimum ſic. Si materia non eſſet multa potentia, nõ denudaretur ab ea vna forma, quam ſemel recepiſſet pro ſui eſſe, & ſi non denudaretur ab illa, illa eſſet in ſubſtantia illius, ita ꝙ nec materia poſſet ſeparari ab ea, nec ea derelinquere materiam, & alia ſuccedere. hoc.n.eſt intelligẽdum per eſſe in ſubſtantia materię, eſſe.n.in ſubſtantia alicuius eſt, vel id quod eſt definitio vel pars definitionis illius. vt in lib. Poſteriorũ, & hoc modo non accipitur hic, vel id quod eſt inſeparabile ab illa, vt intelligentia Orbis, eſt.n.cœlo propria ac in illius ſubſtanta, pro quanto inſeparabilis. *Fundamentum rationis.* Vnde videtur mihi ꝙ oĩs Auer. rõ ſuſtentatur in hac poſtulatione.videlicet ꝙ impoſsibile eſt materiam eſſe abſq; forma.vt.2.phy.cõm.12.& 3.cęli.cõm.29.declarat. hac enim accepta ſequitur.ſi materia non eſſet multiplex, potentia cum non poſsit eſſe abſq; forma. ſemper haberet vnam formam, & ſic illa eſſet in eius ſubſtantia.

Et quia iſtud ſubiectum non recipit multas formas inſimul, vel ſucceſſiue, niſi ex hoc quod recipit tres dimenſiones primitus, manifeſtum eſt quod ſi ſubiectum aliquod ſit, quod non recipit niſi vnam formam, ſemper quod eius ſubiectum ſit vnum numero ſimpliciter, & quod nulla multitudo eſt in eo omnino, neq; in potentia neq; in actu, & quod non diuiditur ſecundum formam, neque forma per eius diuiſionem.

Cõmen. 33. Videtur primo ꝙ Auer.circa dicta faciat conſequẽtiam in ipſo, de qua ſecundo topicorum, vel magis econtrario,quam dicimus conſequentiam per contrapoſitionem, hoc modo, videlicet materia non recipit multas formas inſimul vel ſuccelſiue, niſi ex hoc ꝙ recipit tres dimenſiones primitus.igitur ſi ſubiectũ recipit tm̃ vnam formam ſemper, erit vnum numero ſimpliciter,ita vt nulla multitudo ſit in ea oĩno, neq; potentia, neq; actu adeo ꝙ nec illa per formam, nec forma per illã diuidetur. vis iſtius eſt vel conſequentię in ipſo vel econtrario. Nam vbi præſentia nautæ eſt cauſa ſalutis nauis, abſentia erit cauſa ſubmerſionis. Similiter ſi, quia dimenſiones præcedunt,materia recipit multas formas, vbi non recipit niſi vnam,dimenſiones minime præcedent, & vbi non præcedunt,non recipit plures. *Contra Ioan.* Et in hoc tex,apparet contra Ioannem ꝙ ſola cauſa,cur materia recipit formas multas ſiue ſimul, ſiue ſucceſsiue, eſt quia primitus recipit tres dimenſiones.Hęc.n.eſt cauſa cur materia effecta eſt multa fm potentias, & eſſe multum fm potentias eſt cauſa cur materia eſt multiplex ſecundum contingentiã, præaccipere.n.dimenſiones & eſſe multiplex fm potẽtias duæ ſunt cauſæ multitudinis formarum & contingentiæ, ſed ſunt ordine quodam, quia præhabere dimenſiones eſt cauſa quòd ſit multiplex ſecundum potentias,quod vlterius eſt cauſa cõtingentiæ & multitudinis, & ita ſequitur quòd vbi non eſt multitudo ibi materia non eſt multiplex ſecundum potentiam, & vbi non eſt multiplex ſecundum potentiam, materia non recipi primitus dimenſiones, & ſic eſt conſequentia econtrario, quaſi à contradictorio conſequentis.

Et quod cauſa in hoc eſt, quia non recipit quantitatem primo ante receptionem formarum, quia ſi reciperit eſſet diuiſibilis ſecundum formam, & forma diuiſibilis ſecundum eius dimenſiones, ſcilicet per, ſubiecti diuiſionem, & finiti eſſent actus ſecundum finitatem illius quantitatis, & eſſet poſſibile in ea formam recipere magis & minus partem & totum.

Cõm. 34. Repetit cauſam conſequentiæ nunc dictæ, vbi animaduerte, ꝙ ex hoc ꝙ dimenſiones precedunt in materia ante formas, & non dico eædem numero vel eędem ſpecie, quinque contingunt. Primo ꝙ materia eſſet diuiſibilis ſecundum formam, hoc eſt ſm ſpeciẽ, & in plures numero materiam. diuiſio.n.ſm formam eſt diuiſio ſpecifica. vt dicunt metaphy. Secundo ꝙ forma eſſet diuiſibilis ſecundum eius dimẽſiones, hoc eſt per ſubiecti diuiſionem, & hoc eſt dicere numeraliter. differunt.n.formæ numero ob materiarum partitionem, vt nunc petit ex primo phyſicorum. textu commen.15.& quinto metaphyſi.textu.commẽ.18. Tertio, actus recepti in materia ſunt finiti ſecundum finitatem illius quantitatis. Et hoc tripliciter intelligitur, vel ꝙ formæ receptæ eſſent finitæ dimenſiue, quomodo omne corpus ſub ratione corporis eſt finitum.primo cœli.cõm.39. vel finitæ vigore. vt in principio tertij capitis huius dicetur, vel duratione, quia ſunt genitæ & corruptibiles. vt 12. Metaphyſi. textu.commen. 41.& 8. phyſico.commen.79. Quarto etiã formæ receptæ ſuſciperent magis & minus vel extenſione vel vigore vel perduratione. Quinto etiam reciperet formæ receptæ partem & totum, hoc eſt acciperent nomen totius vel partis, comparatione tamen habita inter eas, vel per totum intelligit excedens, & per partem exceſſum, vt eſt manifeſtum, & vtroq; modo eſt bonum, & ſunt fere idem. hęc enim, quinque contingunt formis ipſis receptis in materia hoc vno ſuppoſito, videlicet, quòd dimenſio interminata præcedat eas, & iam declarata ſunt hæc omnia, & plura alia declarari poſſunt ex dictis. Quæres fortaſſe cui primo cõpetit diuiſio, dimenſioni, ne an materiæ, ſiue ſubſtantię materiali. Reſpondet Ioannes ꝙ primo dimenſioni. Nam in omni genere eſt dare vnum primum quod ſit cauſa cæterorum. 4. Metaphy.textu.cõm.4.& 10.eiuſdem textu commenti.& quarti. Quare in genere diuiſibilium erit vnũ primo tale, quod cæteris erit cauſa eſſendi tale, & illud eſt quantitas. primo phyſico. commento.15. Sed dices contra quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati ſecundo phyſicorum. Materia ſiue ſubſtantia materialis eſt cauſa ſiue ſubiectiua ſiue effectiua dimenſionum. igitur primo, cauſa diuiſibilitatis. Licet hæc queſtio cõpetet Metaphyſicorum.& 6.phyſicorum. Attamen pro nunc dicendum ꝙ diuiſibile poteſt conſiderari in ratione prædicati per ſe ſecundo modo prædicatorum per ſe, & ſic quantitati. ſiue dimenſioni primo ineſt, vel in ratione effectus naturalis, hoc eſt vt eſt vnus effectus naturæ, & ſic prima eius cauſa erit materia, vel ſubſtantia materialis per rationem noſtram.

Quæſtio cui primo cõpetit diuiſibilitas Ioan reſponſio.
Replica.
Defenſio.

Si igitur aliqua forma eſt quæ non recipit magis & minus, neque diuiditur per diuiſionem ſubiecti ſui, neque ſubiectum diuiditur per diuiſionem formæ, ſcilicet per eius diuerſitatem, manifeſtum eſt quod in ſubiecto iſtius formæ non exiſtunt dimenſiones primitus. ſed poſtquam forma exiſtit.

Ad declarationem cauſę nunc poſitæ infert conuerſum, hoc eſt ex oppoſito conſequentis oppoſitum antecedentis. dicebatur enim ſi in materia præcedit dimenſio ante formarum receptionem, forma eſt diuiſibilis ſecundum magis & minus, & diuiditur per diuiſionem ſubiecti, & ſubiectum per diuiſionem formæ ſpecificam, & reliqua. igitur ab oppoſito conſequentis, vbi forma non eſt diuiſibilis ſecundum magis & minus, nec diuidit per diuiſionem ſubiecti, nec ſubiectum per diuiſionem formæ ſpecificam, dimẽſiones non præcedunt formam, ſed potius ſequuntur formam, veluti dimenſiones in actu, & terminatæ ſequi ſolent. hanc rationem tenet intelligentia cũ orbe, ipſa enim precedit dimenſiones ſaltem natura, & ſic omnis dimenſio cœleſtis eſt terminata, & ſemper in actu. *Cõm. 35.*

Sed ambiges per talem obiectionem noſtram. Nam apud Auer. intellectus materialis, quem poſsibilem vocant, accedit ab extra & copulatur cogitatiuæ, & mediante illa conſtituit hominem in eſſe ſpecifico, vbi patet ipſum non eſſe cauſam & priorem dimenſionibus, ſed tantum ante terminatas, & ſic non valet, eſt forma indiuiſibilis, igitur ante dimenſiones. propter intellectum datum, qui eſt indiuiduus, & tamen non pręcedit omnes dimenſiones hominis. Hanc inſtantiam conſideratu, quia eſt ardua, dici tñ poteſt ꝙ intellectus materialis poteſt cõſiderari reſpectu totius ſphęræ humanæ, & ſic eſt prior natura homine, & omnibus accidentibus hominis. quia ſimpliciter ſempiternus eſt. Vel poteſt comparari reſpectu huius hominis, & hunc præcedit hac ratione ꝙ primo ineſt cogitatiue, & ſimul cum ea rationalem conſtituit aĩam, quæ poſtea ineſt homini. ad quam omnia indiuidui hominis accidentia contingunt ſequi, & ſic ſubiectũ primum eſt cogitatiua, q̃ græci dianoeã vocant. Huic vero primo ineſt & antequam ſibi competant accidẽtia aliqua, dico prius ſm naturam & non ſm tempus, deinde conſtituta rõnali aĩa, ineſt materiæ & conſtituitur homo, & ſic nihil eſt contra Auer. ſed de hoc latius alibi. *Dubitatio.* *Solutio.*

Et intelligo poſt ſecundum eſſe, non poſt ſecundum tempus, ſicut eſt diſpoſitio in omnibus accidentibus in prima materia, ſcilicet quod non inueniuntur in ea niſi vt habet formam exiſtentem in actu.

Contra dicta ambiges quia non videtur formam eſſe priorem accidentibus ſemper, quia forma cœli non eſt prior accidentibus cœli, quia ab æterno omnia ſunt ſimiliter & forma materialis videt̃ eſſe ſimul cum accidentibus tempore, igitur non prior. Rñdet ꝙ duplex eſt prius ſm eſſe, hoc eſt ſm naturam, & ſm tempus, & qm̃ natura dicitur de quatuor cauſis, quadruplex eſt prius natura prout quatuor ſunt cauſæ. Tunc dicendum ꝙ forma eſt prior accidẽtibus prioritate naturæ, & cauſæ & non temporis. Aeterno vero non repugnat habere prius natura, licet repugnat habere prius tempore, & talem rationem habet materia cum forma, quia accidentia terminata non recipit niſi recepta forma. Ex quibus patet dimenſiones cęli omnes eſſe terminatas tantum, & ſemper in actu, quia forma eſt indiuiduas, & ęterno tempore perficiẽs cœlum. Sed dices. cœleſtes dimenſiones omnes conueniunt ſpecie. igitur eſt aliqua dimenſio à qua ſumitur ratio ſpeciei, & hæc eſt prior dimenſione in actu, igitur eſt dimenſio in potentia prior. Dicerem quòd dimenſiones cœleſtes omnes ſunt terminatæ, quia ſemper *Cõm 36. Dubitatio.* *Reſponſio.* *Dubiũ pulchra.* *Solutio.*

ſemper in actu ſunt, & per conſequens conueniunt ſpecie, non quidem prædicamentali & vniuoca, ſed æquiuoca & tranſcendenti.vt.2.cęli.cōm.4 9. de intelligentiis loquitur Auerroes, & ſic non oportet præintelligere dimenſionē aliquam potentialem è qua colligatur ratio ſpeciei.

Vnde putauit Auicenna quod diſpoſitio trium dimēſionum exiſtentium in materia ſimpliciter, ſcilicet non terminatarum, eſt diſpoſitio dimenſionum terminatarum in ea, quapropter dixit neceſſe eſſe formam primam exiſtere in prima materia antequam dimenſiones exiſtant in ea.

[Cōm.37.] Quid ſit materia & quod forma expoſuit itemque duas declarauit eſſe cauſas generationis & corruptionis, materiam videlicet dimenſionibus in potentia affectam, & formarum contrarietatem, ſiue per ſe, ſiue per accidens propter qualitates. *[Poſitio Auic.]* Nūc errores antiquorum refellit, & incipit ab errore. Auicennæ qui opinabatur ante dimenſiones interminatas primā formam ineſſe primæ materiæ hoc enthymemate, videlicet dimenſiones interminatæ ita ſe habent vt terminatæ. igitur vt ante terminatas ineſt forma materiæ, ſic ante interminatas ineſt prima forma primæ materiæ, antecedens declaratur. nam dimenſiones terminatæ & interminatæ ſunt vnius generis & naturę, quia ambo accidentia, quæ per ſe in eo ꝙ talia inſunt ſubiecto in actu.2.de anima.& 7.metaphy. hæc eſt poſitio & ratio Auicennæ. primō tractatu ſuæ ſufficientiæ.capite.2.de qua in quæſtione.

Ex quo accidunt ei multa impoſsibilia, quorum vnum eſt formam non diuidi per diuiſionem materiæ, quapropter non recipit diuiſionem. Et ipſam eſſe æternam nòn diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti. Et ipſam non habere contrarium ſibi ſuccedens in eodem ſubiecto. quod ſi ita eſſet, tunc materia nullam reciperet formam præter iſtā ſibi primam.

[Cōm.38. Impugnatio.] Obiicit contra Auicennam per quatuor impoſsibilia. primo ꝙ illa prima forma.quam Auicenna vult eſſe corporeitatem de genere ſubſtantię, eſſet ſimpliciter indiuiſibilis. ſecundo ꝙ eſſet æterna.3.ꝙ non haberet contrarium ſibi in eodem ſubiecto ſuccedens. 4. quòd materia nullam aliam reciperet formam pręter illam corporeitatis primam. *[Declaratio Ioannis.]* Has conſequentias Ioannes in quæſtionibus huius lib.deducit, & petit ſibi primo ꝙ omne quod recipitur per mediū aliquod in aliquo ſubiecto recipitur per naturam & modum illius medij, vt q̃m albedo eſt indiuiſibilis & recipitur mediante ſuperficie diuidua. ideo & ipſa etiam diuiditur, hoc eſt dicere, omne quod recipitur per mediū partibile partibiliter recipitur, & quod per medium impartibile, ipſum etiam impartibile erit receptum. Tunc arguit. prima forma recipitur per eſſentiam materiæ primo, tāquam per medium, quæ eſt impartibilis, igitur eſt impartibilis. trina dimenſio recipitur in materia mediante hac prima forma impartibili ac indiuidua. igitur per petionem erit impartibilis. quare totum compoſitum erit indiuiduum, ac impartibile, & hoc fuit primum. Tunc ſequitur. Secundum ꝙ tale eſſet impoſsibile moueri, & æternum, q̃m mobile & generabile eſt diuiſibile. Tunc tertium quia æterna haberent contrarium. omne.n.habens cōtrarium eſt corruptibile. Tunc quartum quòd nullam aliam reciperet formam, niſi illam, quia ſi reciperet cum ſit impoſsibile ſecundam recipi niſi prima corrūpatur, tunc eſſet corruptibilis. Hæc deductio an valeat, poſterius dicimus. Nunc pro literæ craſsiuſcula expoſitione ſatis. *[Quæſtio. 9. de forma corporis.]* Sed circa hæc de forma hac prima corporeitatis oportet quærere: Contemporanei noſtri expoſitione diui Thomæ, & quibuſdam Auer. *[Poſitio contemporaneorū noſtrorum.]* verbis conſtituunt poſitionem vnam, quam Ariſto. & Auer.etiam confitentur. Accipiunt quidem primo ab Auer.3.cœli.cōm.6 7.in vnoquoq; mixto eſſe quatuor formas elementarias, quæ quia remittuntur poſſunt eſſe in vno mixto. Vltra has nullam aliam ponunt in mixto niſi ſpecificam, quæ eſt vna in ſubiecto, ſed gerit vicem oīum formarum, è quibus prædicata ordinantur eſſentialia. Verbi cauſa in homine anima rationalis, hæc quidem re & ſubiecto eſt vna, verum gerens vicem ſubſtātiæ, ab ea ſumitur genus & prædicatum ſubſtātiæ. Gerens vicem corporis conſtituit materiam in eſſe & genere corporeo, ab eaque prædicatum ſumitur corporis. Gerens vicem mixturæ conſtituit corpus in eſſe mixto, ab eaque mixti prædicatum accipitur & in cæteris idem, quare vna eſt forma tantum ſubiecto, ſed plures gradibus & rationem. Et hoc quia perfectior, ſemperque continens imperfectiorum vires, ac illarum colligens potentias. Qua ratione & via impoſsibile eſt dari corporis formam aliam à forma ſpecifica, & ꝙ non detur id pluribus rationibus poteſt declarari. *[Reſponſiones.]* Primo, quælibet forma naturalis indiget diſpoſitionibus qualitatiuis, & quantitatiuis ab agente inductis.primo cœli, cōm.2 2. quare hæc, vel non erit, vel erit generabilis. *[Rñſio ſecūda.]* Secundo, omnis forma naturalis extrahitur de potentia materiæ ad actum.8.meta.cōm.13.hæc non extrahitur. igitur non eſt in materia. *[Tertia.]* Tertio, æternum non eſt forma rei generabilis, primo meta. cōmen.31. & 3 5. idem.& 3. metaphy. cōm.9. intranſmutabile non eſt pars rei tranſmutabilis. *[Quarta.]* Quarto, vel illa corporis forma eſſet in materia ab agente, vel ſine agente, ſi ab agente, eſſet extracta de potentia materiæ, & ſic genita, ſi ſine agente, igitur eſſet de ſubſtantia materiæ, quia vbi eſſet materiæ contingens, eſſet ipſa materia in potentia contradictionis reſpectu illius, & ſic aliquando expoliaretur illa. & 1 o.metaphyſi. tex. cōm. 1 7.& 1 9. *[Quinta.]* Quinto omne compoſitum eſt nouum. 1 2. metaphy.cōm.3 9.igitur illa non eſt materiæ æterna. *[Sexta.]* Sexto, Auer. hic per quatuor impoſsibilia confutauit Auicennam.& ſupra dixit impoſsibile eſſe vnum ſubiectum habere plus vna forma. Idem primo phyſi. cōm.63.& 6 9.& 6 6. & 7 metaphy.cōm.8. *[Septima.]* Septimo, compoſitum iſtud ex materia & forma corporis eſſet in genere, igitur generabile.2.cœli cōm.49. *[Octaua.]* Octauo, oē compoſitum ex materia formaq; eſt corruptibile. nam Auer. contra Auicennam infert, ſi cœlum eſſet compoſitum ex materia & forma eſſet corruptibile. primo cœli cōm.2 o.& 9 5.& alibi. *[Nona.]* Nono, non poſſet probari intelligentiam eſſe liberatam à materia, quia Auer. vbique illud probat, quia ſi eſſet in materia, eſſet corruptibilis. modo per hanc poſitionem illa conſequentia nulla eſt. *[Decima.]* Decimo, Auer.probabit ꝙ intelligentia cœli eſt indiuidua ac impartibilis, quia recipitur ante dimenſiones, igitur à pari hæc corporis forma. *[Vndecima.]* Vndecimo, Auer.dicit primū eorū quæ in materia recipiuntur ſunt dimēſiones interminatæ.igitur non forma corporis. *[Duodecima.]* Duodecimo tunc elementū diuideretur in partē morā & mouentē in actu contra Auer.3.cœli.cōm.2 8.& 4.cœli.cōm.2 2.& 4 phyſico. cōm.7 1.vbi aūt daretur forma corporis materia prima

ma

ma eſſet in actu per illam,& formā elementi eſſet mouens, quare elementum diuideretur in partem motā in actu,hoc eſt materiam actuatam forma corporis.& motorem,hoc eſt formam elementi. *Decĩa tertia.* Decimotertio, vt arguit Thomas. tunc nulla eſſet via inueniendi primā materiam. Ariſto.n.in probando materiam eſſe, ſemper petit ens in actu recipere non poſſe ſubſtantiā vt primo phyſico. cõm.52. & 12. Metaphy. tex. cõm.6. vbi autem conceditur formam corporis coæternam materiæ,ens in actu recipiet. & ſic poſſet teneri materiam eſſe ens in actu. Ab his & ſimilibus patet,formā corporis non eſſe materiæ coæternam itemq́; in ſimplici corpore eſſe vnam tm̃ formā ſpecificam. In mixto vero quinque, quatuor quidem elementarias ſub eſſe remiſſo, & quintam ſpecificam, quæ gerit vicem cæterarum. Hæc eſt poſitio, & rationes poſitionis.

Deductio conſequentiæ, & impoßibilium. Tunc facile iuxta hanc poſitionē impoſsibilia Auerr. deduci poſſunt, Auer.n.accepit dimenſiones prærecipi in materia vt formæ efficerentur diuiduæ ac partibiles. Tunc ſequitur primum forma corporis non recepta eſt mediante dimenſione,igitur eſt indiuiſibilis. & intellectus.igitur æterna. igitur in ſubiecto nullum compatiens ſecum contrariū. igitur eius materia nullam aliam prẹter eam recipiet,accepta.n.prima conſequentia, cæteræ oēs ſequuntur ex illa,ſi.n.forma corporis eſſet indiuidua & intellectus vt motor cœli. tūc oēs aliæ conſequentiæ patent. *Poſitio Ian.* Ioan.vero in.7.phy.in primoq́; de aĩa.& alibi plures alias adiicit formas.reperit.n.in vno mixto ſex gradus operum, quæ apparētia vocat. In elementis tria. Primum eſt accidentibus ſubeſſe,& hoc fluere à forma ſubſtātiæ,credit,quæ eſt materiæ proxima, conueniens mixto & elemento, poſt hoc reperit extēdere ſubiectum, & oē quod recipitur, & hoc fluere à corporis forma, quæ eſt poſt formam ſubſtantiæ & hæc mixto cõpetit & elemento.has ambas formas ponit materiæ coæuas,ob quas ſemꝑ materia eſt ſubſtantia & corporeas ſubſtans accidentalibus & dimenſionibus. Poſt hoc eſt pati vel agere per qualitates elementarias, & has fluere ab elementariis formis elementis & mixtis opinatur, verum in elemētis illæ forę ſunt principales & ſpecificæ in mixto prę-paratoriæ & diſpoſitiuæ. Has aūt gñabiles & corruptibiles ponit. Verum materiam ab eis nunquam exſpoliari.2.phyſi.poſt hoc eſt viuere, quo aĩata cuncta viuūt,& hoc fluere à vegetatiua anima ponit. Poſt hoc eſt ſentire & mouere, & hoc ineſt propter ſenſitiuam aĩam. vltimo ratiocinari quod hoĩbus tm̃ ob rõnalem aĩam competit. ſic igitur in elñtis tria apparentia reperiuntur & tres forĕ re diſtinctæ,triaq́; prędicata eſſentialia. In mixtis quatuor,in plantis quinque,in aĩalibus ſex,in hoĩbus tandem ſeptem. Nunc rationes pro hac poſitiones, quas facere ſolitus ſum adducam.

Reſpõſiones pro poſitione Ioan. Reſpõſio prĩa. & Secunda. Et primo ad hanc poſitionem ſunt verba Auer.primo Metaphy. cõm.17. Ad idem poſſunt duci verba Ariſt. *Tertia* & Auer.2. Metaphy.cõm.10.& 5. Metaphy.cõm.15. *Quarta.* vbi animam eſſe formam in ſubſtantia in actu ait. Et ibidem, cõm.30 partes definitionis vult eſſe partes definiti. igitur definitum plures habet formas.7.Metaphyſi. cõm.42. ait à primo genere vſq; in vltimā differentiam eſſe partes in potentia,quod Auer.cõm.43. exponit, quia ſunt formæ vniuerſales primo phyſico. *Quinta.* cõm.5. & 28.definitionem cõponit ex entibus in rei *Sexta.* veritate ait, qđ non eſſet niſi ſint plures formæ. Itēq́; *Septima.* 3.cœli.cõm.28. & 4.cœli cõm.22. & 4.phy.cõm.71. voluit mixtum diuidi in mouēs actu & motum actu, quæ pars mota non poteſt eſſe niſi corpus.6.phyſico. cõm.32.& nonniſi corpus vnum,& nõ poteſt eſſe vnū niſi per formam vnam.2.de aĩa cõm.7. Quare vltra formam mouentem eſt forma rei motę. Nec valet qđ Thomas ait,ꝙ forma ſpecifica põt conſiderari vt motor,& vt forma qua ipſum mixtū exiſtit, & ſic motor & motū diſtinguuntur rõne tm̃,quia tunc nõ eſſet differentia inter formam elementi & mixti. *Octaua.* Vltimo pro hoc facit Auerro.12. Metaphy. commen.14. Idem ratione oſtenditur,qm̃ quales & quot operationes & motus tot & tales formæ.vt.12.Metaphyſi.tex. cõm. 48.ꝙ ſi hæc negetur, tollitur demonſtratio Ariſt.qua probat numerum intelligentiarum.

Declaratio rationum Auer. apud Ioan. At tunc iuxta hāc poſitionem reſtat declarare conſequens Auer.contra Auicenn.& quomodo ſtant cum hac poſitione, vult itaque Ioan. Auicen.voluiſſe formam corporis tempore præceſsiſſe tres dimenſiones,& propterea diſpoſitio trium dimenſionum cum forma corporis eſt vt diſpoſitio dimenſionum terminatarum cum formis, quia ambę formas tempore ſequuntur. Et contra hūc ſenſum conſequentiæ Auer.valent, quia vbi forma corporis tempore præcedit dimenſiones, erit ipſa indiuiſibilis, atq; ex materia & ipſa forma erit cõpoſitum etiam indiuiduum. Et tunc cætera ſequuntur vt *Inſtantia.* ſcis. Et ſi dicas hunc intellectum non conſonare Auic. vt in lib.ſuę ſufficientiæ.capite.2.& 3.patet.dici poteſt *Reſponſio.* ꝙ Auicen.abſolute profert formā corporis eſſe priorem dimenſionibus,modo prius abſolutæ intelligitur ſm tempus.igitur ſaltem Auer.cõtradicit intellectui, q̃ apparet primo aſpectu ex verbis Auic.ſiue velit illum, ſiue non. Et hoc ſufficit Ioan. 7. phyſicorum.

Tertia poſitio et noſtra q̃nque. Tertia poſitio ĩter has mediat.ambæ.n.ſunt extremę, & vult ꝙ de cõpoſitis loqui poſſumus dupliciter vel ſimplicibus elementis vel mixtis. ſi in elementis, erūt concedendæ duæ formæ ſubſtantiales, altera corporis de genere ſubſtantiæ. quam ſequuntur dimenſiones in potentia ſaltem nā, hæc.n. eſt materiæ coæua, ingenita,& incorruptibilis, vt ipſa materia qm̃ neque in ſe,neq; ſuis in qualitatibus contrarium habet, quia diſpoſitionibus certis non indiget ad hoc vt ſit in materia.poteſt.n.ſtare cum diſpoſitionibus oĩum generabilium propter ſuam generalitatem, & hæc vna cū materia cõſtituunt indiuiduum generis remoti, quod eſt corpus. Altera eſt forma ſpecifica per quam elñtū reponitur in ſpecie, vt ignis per ſuā propriam. aer ſilr. & cætera ſilr. Vbi in mixtis loquimur. tunc concedēdæ ſunt hæ formæ.prima eſt illa corporis, quæ eſt oĩbus cõis. ſecunda eſt elemētaria,quæ ſunt quatuor ſub eſſe refracto. tertia eſt ſpecifica,per quam reponitur in ſpecie & ita ſex. *Neceßitas corporeitatis.* Neceſsitas vero formæ corporis eſt primo vt euitetur creatio. ipſa.n.eſt vt ſemen materiæ,quod inchoationē vocant generalem confuſam potentialem quæ continet in potentia oēs formas ſpecificas. Illæ.n.extrahunẽ per agentia ex tali habitu confuſo, per hoc quia agentia diuerſa diuerſimode materiam diſponunt,vbi nāque hęc non præſupponeretur, formæ ſpecificæ nihil præſupponerent formæ, & ſic crearentur. Secundo ponitur vt diſponat materiam. eſt.n.materia valde remota à formis,quare eas recipere non poteſt,niſi ſit apta recipere,aptitudo aūt & appetitus ſunt propter formam. Tertio propter dimenſiones. Nam dimenſio eſt coæterna materiæ vna numero, non poteſt autem accidens vnum numero eſſe

æternum

Quod ad mẽtẽ Auer.

æternum niſi propter formã. Propter has itaq; neceſſitates hęc poſita eſt. Hanc formã fortaſſe ſentit Auer. 3.cœli cõm.61. Ariſto.n.in tex.ait. oportet aũt forte ſenſibilium quidem ſenſibilia, ſempiternarum autẽ ſempiterna. corruptibilium aũt corruptibilia eſſe principia, ſupra quibus verbis Auer.ita ſupplet, & intelligendum eſt propinqua nõ remota, quia principia rerum ſenſibilium remota non ſunt ſenſibilia, vt prima forma & prima materia, & reliqua, modo non poteſt per primam formam ĩtelligere, niſi formam corporis, non.n.dimenſionem, quia illa eſt accidens, itemq; eſt ſenſibile cõe, & ipſe ait, primam formam eſſe inſenſibilem. Et.2.auſcultationis phyſi.cõm.15.inquit, & forte intendit ꝙ forma dicitur duobus modis de habitu & priuatione exiſtente, in prima mã.iſta.n.priuatio quodammodo non eſt priuatio ſimplex, ĩmo eſt ſicut forma materiæ.& certum eſt eũ nõ loqui de priuatione pro carentia tñ, ſed de ea quæ eſt quaſi forma materiæ, quod intelligi non videtur, niſi de corporeitate ſubſtantiali, hæc.n.eſt quædam priuatio generalis, de qua omnes formæ æducuntur. hanc & Albertus cognomento Magnus & aſſerit & cõtẽnit, vt quinto Metaphyſi.tractatu.2.capite.2.&3. Itemque & 11. Meta. tractatu.1.capi.8. & alibi. hanc & groſſa teſta Linconienſis & in primo phyſi. & in lib. de luce lumineq;, & multi recentiores etiam approbarunt. Quod autẽ ſubſtantiæ formam non detur, hac coniectura affirmant, ꝙ Auer.in paraphraſi Porphyrij genus generũ vult eſſe corpus, & corruptibile, nam & ſubſtantia & corpus ſunt fere æquiuoca æternis & corruptibilibus. iccirco eis forma vna in re non correſpondet, ex qua indiuiduũ gñis ſubſtantiæ conſtituaẽ, quare prima forma eſt corporis corruptibilis, quia corpus ſiue indiuiduum corporis corruptibilis conſtituitur, non ꝙ forma illa corporis ſit corruptibilis, ſed qm̃ diſponit ad generationem ac corruptionẽ vt diximus. Intermediæ vero formæ vt elementariæ, quæ ſunt elementis ſpecificæ ac propriæ, in mixtis ſunt, ſed vicem habentes formæ vnius generis, quia ab eis conſtituitur mixtum, quod eſt indiuiduum corporis mixti, qđ eſt infra corpus corruptibile.& ſupra animatũ, & has eſſe actu in mixto concedit. Auer.3.cœli.cõm.67. Ab iis intermediæ vſque in ſpecificam vltimam vt in homine vegetatiua & ſenſitiua apud Auer. non ſunt aliæ à rõnali, quia vegetatiua continetur in ſenſitiua, vt in ſuo toto virtuali, ſenſitiua aũt pars eſt aĩę rõnalis, nam intellectus accedens ab extra copulatur parti ſenſitiuæ, quæ dianoea græce dicitur, apud Auer. cogitatiua, & inde rationalis anima redundat. In brutis aũt vegetatiua & ſenſitiua vnam faciunt tm̃. nam vegetatiua eſt virtute contenta in ſenſitiua. Hanc rẽ Auer. primo de aĩa concedit cõm.91.&92. cui & Auicen.6.naturalium conſentit parte vltima.capite penul.itemq; & Albertus & Thomas, & Egidius, & oẽs fere. Sed dices cur vegetatiua cõtinetur virtualiter in ſenſitiua, & corporeitas & elemẽtariæ formæ nõ, ſed oportet vtraſq; actu eſſe? Dici põt, quia opationes vegetatiuę ordinant ad operationes ſenſitiuas, ſunt etiam eiuſdem ordinis, quia vtræq; corruptibiles, & eiuſdem coelementationis. at operatio formæ corporis cum operatione ſenſus differt ordine, & ſunt in connexæ. ordine quidem quia operatio corporeitatis eſt æterna. Illa ſenſus eſt corruptibilis. Sunt vero inconnexæ, quia neutra ordinatur ad opus alterius, cum quantitas non ſit de principiis actiuis, quæ eſt operatio corporeitatis, Similiter ſe habet ſenſitiua & cũ elementariis formis. vt.3. cœli colligitur.com.67. Ex his patet, ꝙ quãquam nulla harum poſitionum ſit neceſſaria, nec certa ad mentem Ariſt. & Auer. quia quælibet partem defendit ſuam. Hæc tñ vltima videtur ſonorior, ac probabilior, minuſq; apparentiis contraria, & propterea pro nunc hanc defendam, ꝙ ſi alibi videbitur aliter etiam alias defendere non recuſabo. hac.n. iuuentute vel potius adoleſcẽtia placet mihi difficiliora magis ſuſtinere. Vt vero conſequentiæ Auer. deducantur, quæ in tex. videntur directæ huic contrariæ, & cæteræ rationes cõtra hanc perſoluantur, oportet nonnulla petere. Primo ꝙ mediũ quo aliqua res in ſubiecto recipitur eſt duplex. Vnomodo diſpoſitiuum, Alio modo receptiuum ſiue ſubiectiuum. Subiectiuum quidem, quod eſt ratio recipiendi, recipiens vt ſuperficies reſpectum albedinis. diſpoſitiuum id medium eſt quod eſt ratio recipiendi non recipiens, veluti eſt lumen ratio recipiendi colores intentionaliter, & non recipiens. vt.2.de aĩa. com. 67. qua etiam ratione intelligentia eſt rõ recipiendi cœlo dimenſiones, & cætera accidentia, & non recipiens.2.cœli cõm.3. Similiter & intellectus agens, qui eſt quaſi lumen, eſt ratio recipiendi res intelligibiles, & non recipiens.3.de anima.cõm.5. Hanc diſtinctionẽ Auer. primo dixit de generatione.34. Hæc eſt prima petitio. Secundo petimus, duplex eſſe accidens, terminatum & interminatum, vt ſuperius patuit. & vt Ariſto.primo de generatione.tex.cõm.24.& in.2.tex. cõm.27. illam diſtinctionem innuit. Hæc duo differũt, primo quia accñs terminatũ recipiť in ente ĩ actu, ꝓut ens in actu eſt medium receptiuũ, quo recipiť tale accidens in ſubiecto. vnde & propter hoc terminatur dicitur, pro quanto videlicet recipitur ſ͡m exigentiam formæ, quæ terminus dicitur. vt.5. Metaphyſi. cõm.22.& de hoc Auer. intendebat.2.de anima cõm. 4.& 7. Metaphyſica. cõm.2.& 4. dum ait accidens fundari in ente in actu. Interminatum vero recipitur & in ente in actu, & in ente in potẽtia. In ente in actu quidem prout ens in actu eſt medium diſpoſitiuum. In ente in potentia vero, vt ens in potentia eſt medium receptiuum, propter quod interminatũ dicitur, quia potentia per oppoſitum actui interminata & infinita dicitur. vt.3.phyſi.cõm.59. & 60.dicitur. Et propterea differt à forma ſubſtantiali. forma.n.ſubſtantialis non recipitur in ente in actu nec vt in medio receptiuo, nec diſpoſitiuo. Secundo differunt ꝙ accidens terminatũ recipitur in ente actu ſpecifico & vltimo, quia ſolus hic eſt cæterorum terminus. At accidens interminatum in ente in actu in completo & potentiali. Hæc ex prima patet. Petimus tertio, ꝙ ſi aliqua forma ſubſtantialis eſt medium diſpoſitiuũ alicui in ſubiecto ad hoc vt vel ſuam propriam recipiat operationem, vel aliquod accidens eidem proprium, non eſt propria & eidem ſpecifica, vt qm̃ oris humani diſpoſitio eſt medium riſus diſpoſitiuum, ideo non eſt forma hominis propria hæc ex differentia ſecunda patet. Tunc per hæc facile inter Auer.& Auicen. differentiæ annotantur. Auer. quidem voluit corporeitatem ſubſtãtialem eſſe medium recipiendi ipſi materiæ, non quidem receptiuum, ſed diſpoſitiuum. Auicen. vero opinatur corporeitatem eſſe medium recipiendi receptiuũ ſiue ſubiectiuum, per quod videlicet materia ipſa erit ꝓpriam in ſuam operationẽ, quę eſt gñatio & corruptio

primo

Albertus.

Linco.

Quod non detur forma ſubſtantiæ.

Dubitatio pulchra.

Solutio.

Quæ poſitionũ probabilior.

Rões Auer: quomodo intelliguntur. Medium duplex.

Accidens duplex.

Differẽtia accidentales.

Deductio conſequentiarum.

primo cœli.cõm.20.& ſentit Auer.cum ait.materiam non habere formam propriam per quam ſubſtantiatur, hoc eſt efficitur ſubiectum recipiens.vt Plato ſentit, & Auicen. primo ſuæ ſufficientiæ. capite.2. Ex hac differentia ſequitur primo ipſum Auicen.dicere ꝙ diſpoſitio dimenſionum interminatarum eſt vt diſpoſitio terminatarum.nam apud ipſum recipiuntur mediante corporeitate veluti medio receptiuo. Sequitur ſecundo, ꝙ corporeitatis ſubſtantialis ſit materiæ ꝓpria, qua materia eſt materia in eſſe vltimo & ſpecifico,vt per dicta patet. Hæc Auer.non ſequuntur. Tũ ꝙ corporeitatem non ponit eſſe medium receptiuum. Tum ꝙ eam ponit medium diſpoſitiuum, ſic itaque Auer.ab Auicen.differt non quidem quantum ad poſitionem, qm̃ ambo ponunt corporeitatem præcedere,ſed quantum ad modum ponendi.

Ad rationes, quibus probatum eſt non dari formam primã corporeitatis.

Per hæc ad rationes primæ poſitionis. Ad primam iam patuit ſol.ꝙ videlicet propoſitio illa maior eſt vera de formis ſpecificis.hæ.n.limitant ſibi certas qualitates & quantitates,Genericæ vero & maxime generaliſsimæ, vt corporeitas propter eius potentiam et confuſionem, nullas ſibi limitant.

Ad rationem ſecũdam.

Ad ſecũdam dicas vt nunc diximus, ꝙ antecedens eſt audiendum de naturali forma ſpecifica,& non generica, nam generica, cum ſit æterna. non extrahitur de potentia materię, ſed bene ſpecifica.

Ad tertiam.

Ad tertiam dicas ꝙ antecedẽs intelligitur de æterno ſimpliciter, hoc eſt quod nec corrumpitur per ſe nec per accidens, nec eſt diſpoſitio ad corruptionem, vel generationem,vt ideæ ſunt qualis non eſt corporeitas cuius natura eſt diſpoſitio ad generationem formarum vt diximus.

Ad quartam.

Ad quartam dicendum corporeitatem non ineſſe materiæ ab agente naturali, ſed eſt coæua materiæ, & effecta ab efficiente materiam. Et non propter hoc eſt de eſſentia vel ſubſtantia materię, vt calor non eſt extractus de potẽtia agentis in igne, ſed ſimul cum igne factus.nam agens quantum de forma præbet,tñ de accidentibus, nec materia eſt in potentia condictionis ad eam, quia non recepit illã mediante dimenſione interminata,ſed potius dimenſionem mediante illã. vt quinto primæ philoſophiæ poteſt colligi.cõm.23.de medio recipiendi.

Ad rõnem quintam.

Ad quintum Ariſt.& Auer.intelligunt, oẽ compoſitum eſſe nouũ, qñ compoſitum eſſet ex materia & forma ſpecifica cõſtitutum,vel intelligũt omne compoſitum eſſe nouũ, vel eſſe præparans ad nouum. cuiuſmodi eſt tale compoſitum quod diſponit ad generationem.

Ad ſextam.

Ad ſextam dicendum Auer, ſupponere ad mentem Auicen. vel tanquam ſequens ad illius mentem,ꝙ illa corporeitas ſubſtantialis ſit ſpecifica,vt diximus. quia ipſe voluit materiam eſſe ſubiectum recipiens hanc ob formam, eſſeq; materiam propter illam, vnde ſequebatur ipſum dimenſionem interminatam eſſe terminatam,& tunc erit apud eum corporeitas propria & ſpecifica forma materiæ.Hoc itaq; accepto de poſitione Auic. intulit corporeitatem eſſe indiuiſibilem, quia ſpecifica & recepta ante dimenſiones, & tunc facile eſt cætera inferre, quia vbi hæc eſt ſpecifica indiuiſibilis, erit intellectus, non habens contrarium, & æternus, & vnus, vt intelligentia Orbis.Auer.itaq; non poſitionem, ſed modum ponendi confutauit,vt patet per verba Auer.Simili ratione dum Auer.ait,vnum ſubiectum non habere niſi vnam formam, intelligit de ſpecifica & vltima,aut forte intelligit vt verba ſtant.nam vna forma nõ poteſt habere niſi vnum ſubiectum, ꝙ ſi eſſet,vt Auer.ait vna forma haberet duo ſubſtantia, formam videlicet corporis quæ recipit & per quã materia recipit & ipſam materiam. Auer.aũt non ponit eam recipere, ſed diſponere.Qua rõne ſequitur Auic. illud quod intulit primo phyſi.ꝙ forma oĩs adueniẽs eſſet accidens, quia adueniret poſt ſpecificam.

Ad ſeptimam & octauam.

Ad ſeptimum dicendum Auerro.intelligere.primo de compoſito ex forma ſpecifica, cuiuſmodi eſſet cœlũ apud Auicen.vel intelligit oẽ cõpoſitum ex materia & forma eſſe generabile ſaltem diſpoſitiue.vt eſt in propoſito noſtro. Et per idem ad octauam.

Ad nonam & decimam.

Ad nonamq; per idem, probatur.n.ꝙ intelligentia eſt liberata à materia,quia eſt vna ſpecies, & non compoſita ex forma ſpecifica, quia corruptibilis, nec generica,quia non eſſet ſpecies & hoc ſatis. Per idem ad decimam. nam illa maxima Auer.eſt intelligẽda de forma ſpecifica.oĩs enim ſpecifica ante dimenſiones recepta eſt indiuidua & intellectus.vt ſequitur ad Auicen.Auer.aũt vult illam eſſe genericam, quæ diuidatur per ſequentem dimenſionem.

Dubitatio. Reſponſio.

Sed dices cur generica per ſequentem, ſpecifica per præcedentem quantitatem diuiditur. Ad hoc dici poteſt ꝙ ſpecifica eſt terminabilior,quam vltima,Ideo diuiſio ſibi per rem antecedentem competit,generica eſt potentialis materię proxima.Ideo per ſequentem.Eſt & alia rõ ꝙ ſpecifica forma & materia ſunt extrema, eo ꝙ materiæ recipere oĩno competit per ſe, formæ vero agere, ꝙ ſi materia agit, hoc propter formam cui miſcetur facit. Similiter ſi forma recipit,ob materiam recipit.9.Metaphy.cõm.2.Mediũ vero horũ eſt corporeitas ſubſtantialis.habet.n.quicquam formæ prout eſt aliquam rõne actus quicquam materiæ prout ſibi competit recipere ſaltem accidentia, & ſic eam diuidi,eſt pro hoc ꝙ recipit dimenſionem, quia ſibi cõpetit recipere. ſpecifica vero ꝑ dimẽſionem,quã non recipit,ſed in qua ipſa recipitur.

Ad vndecimã.

Ad vndecimam dicendum. Auer.velle dimenſionem eſſe principium eorum quæ de nouo recipiuntur in materia,eſt.n.dimẽſio principium ſaltem diſpoſitiuum,& hoc non eſt cõtradicta.

Ad duodecimã

Ad duodecimã dicẽdũ Aue. intelligere per motum in actu, illud quod reſiſtit per ſe motori, quale eſt in mixtis.vt.4.phyſico. cõm.71. tale non eſt in elemẽtis materia cum forma corporis, hoc enim non reſiſtit,quia forma corporis nullius ſibi limitat locum, cum ſit generica ad oẽ vbi,vti materia ipſa eſt.

Ad tertiamdecimam.

Ad tertiamdecimam dicendum rõnem eſſe efficacem contra Auicen.non contra Auer.nam Auer. talem corporis formam non ponit receptiuam, ſed diſpoſitiuam.Sic igitur patet poſitionem hanc poſſe ſuſtineri ad Ariſto. Auerroiſq; mentem licet ambigua ſit.

Ad rõnis Ioã. Ad primam.

Rationes vero pro Ioan.poſitione nullæ ſunt. Prima quidem auctoritas Auer.primi Metaphy.nulla eſt quia ibi loquitur de formis quæ de nouo recipiuntur in materia.forma.n.recepta in materia eſt omnes formæ,& ſic ille ordo eſt rõnis, & non realis.

Ad ſecũdam.

Ad ſecundã auctoritatem, ipſe vult ſtatũ eſſe in formis, hoc eſt prædicatis quiditatiuis, omne.n.prædicatum eſt forma.

Ad rõnẽ tertiã

Ad tertiam dicendum, ꝙ aĩa eſt forma in ente in actu,nõ quidẽ ſpecifico,ſed generico vel elementario, vel forte conſequenter, & non antecedenter, vt eſt actus corporis phyſici &c.

Ad quartam

Ad quartam partes definitionis ſunt partes definiti non realiter diſtinctæ, ſed ratione.primo de aĩa.com.6.

Ad quintam.

Ad quintam dicendum eſſe formas in potentia ſm rationem non eſſe reales, & ſi reales, non realiter diuerſæ.

Ad ſextam.

Ad ſextam dicendũ Auer,

Auerroem per partes definitionis intelligere tam formalem quæ eſt vera pars ꝙ materialem quæ eſt vt deferens, modo hæ partes re diſtinguuntur. *Ad ſeptimam.* Ad ſeptimã dicendum, illud eſſe quia mixtum diuiditur in partem motam, quæ eſt congregatum ex elementarijs formis, & motorem, quæ eſt forma ſpecifica, & ſic Ioannis auctoritates non valent. *Ad octauam.* Ratio vero nulla eſt, quia accidentia illa, ſiue apparentiæ illæ, ſunt ſubordinatæ ad vltimam, & finalem, modo operationes diuerſæ & nõ inuicem ordinatæ & differentes realiter arguunt formas re diuerſas, aliter non. modo hæ apparentiæ ſunt ſubordinatæ. Sic igitur perſpicuum eſt, in hac re nihil certi eſſe, ſed ſingula poſitio eſt probabilis. Ad noſtrum igitur redeamus.

Cum igitur fuerint declarata ab Ariſto. iſta propria rebus generabilibus & corruptibilibus ex parte ſubiecti, & ex parte formæ, ex quibus accidit iſtis entibus ſenſibilibus generatio & corruptio, ſcilicet indiuiduis exiſtentibus per ſe, & fuit declaratum de corporibus cœleſtibus, ipſa eſſe neque generabilia, neq; corruptibilia, negauit ea habere ſubiectum recipiens numerum, & diuiſionem per exiſtẽtiam ſimplicium dimenſionum in eo primo ante exiſtentiam formæ & ipſam eſſe in potentia multum & vnum numero.

Cõm. 39. Declaratis cauſis gñationis & corruptionis. Amplius expoſitis quibuſdam ex parte materiæ, & alijs ex parte formæ, Nunc qualis ſit cœli materia pertractabit, vt videlicet intentum quod in principio promiſerat, abſoluat, hoc eſt drĩam inter partes rerum generabilium & cœleſtium, & ſyllogizat in ſecunda figura ſic. Quæcũq; indiuidua exiſtentia per ſe componuntur ex materia dimenſionata, & forma habẽte contrarium vt dixit, generantur & corrumpuntur, Sed corpora cœleſtia non gñantur nec corrumpuntur, igitur non componuntur ex materia p̃dimenſionata, nec ex forma habente cõtrarium. Aĩaduertendum ꝙ duo de cœlo negauit, quę concluſit in gñabilibus, dixit. n. primo, cœlum nõ habere materiam ſiue ſubiectum prędimenſionatum dimenſionibus quibus ipſum diuidatur & numeretur, dimenſionibus, videlicet acceptis iñ illo ante formã, dixit. 2. cœlum non habere ſubiectum potentia multũ, & vnum numero. Hęc aũt affirmauit de corporibus gñabilibus. Materia. n. gñabilium eſt primo, recipiens diuiſionem & numerum propter præexiſtentiam dimenſionum, eſtq́;. 2. in potentia multa, & vna numero ꝑ priuationem formarum. Materia. n. cœli eſt diuiſa & numerata propter dimenſiones ſequentes formam cœli, & non præcedentes. Itẽq́; eſt in potentia ſm dimidium contingentis, hoc eſt ad formam tm̃, quã habet, & non ad priuationem, hoc eſt ad eſſe tm̃, & non ad vtrunq;. Nam cum recipiat eſſe ab intelligentia. 1. phyſi. cõm. 63. & alibi. contingit recipere illud, nam cõtingens eſſe ſequitur ad eſſe & ad neceſſe eſſe. 2. de Interpretatione, ſed contingens eſſe valet ad poſsibile eſſe, igitur poteſt recipere eſſe, & cum non poſsit recipere non eſſe, quia cœlum eſt æternum, igitur eſt in potentia ſm dimidium contingentiæ. ſic igitur materia cœli differt à materia rerum gñabilium, ꝙ illa cœli eſt in potentia ſm dimidium contingentis, hæc gñabilium, ſecundum vtrunq;, & huius rei cauſa eſt, ꝙ dimenſiones in hac noſtra materia formam antecedunt in illa ſequuntur. Amplius, cœli materia eſt vna numero per formam, à qua & eſſe, & diuiſionem & numerum habet, ſaltem antecedenter. Hæc noſtra habet numerum per priuationem formarũ. Hæc partim. primo cœli. textu. cõm. 20. & 12. metaphy. text. cõm. 10. & 8. metaphy. text. cõm. 12. partim. 12. metaphy. tex. cõm. 49. & primo cœli. tex. cõm. 90. Et licet de cœli materia plurima dicet *De cœli materia.* in lib. hoc, cum fere totus ſit de cœli ſubſtantia, quæ è materia, formaq́; conficitur. tñ quædam reſumere pro dicendorum excitamento nihil prohibet. Auicenna *Poſitio Auic. de cœli materia.* itaq; cœli materiam & inferiorum vna eſſe, & eiuſdem ſpeciei contendit. Adiicitq́; vtraq; in materia eſſe coæternam corporeitatem de genere ſubſtantiæ, qua mediante cœlum ipſum recipit aĩam, quam imaginatiuam nuncupat poſtquam dimenſiones terminantur, cui toti copulatur intellectus, quæ intelligentia orbis dicitur.

Contra hanc poſitionem vbiq; Auer. inſtetit, ꝙ tunc cœlum eſſe corruptibile, & æternum, ꝙ eſt impoſsibile. eo. n. ꝙ corruptibile habet materiam præquantam & contrarium, ob id hæ duæ ſunt corruptionis cauſæ. eo vero ꝙ æternum caret materia & contrario, itemq́; inſtat ꝙ natura contingens, videlicet ad vtrunq;, efficeretur neceſſarium, hoc eſt contingens ſm dimidiũ, & ſic vna natura verteretur in aliam genere & ſpecie differentem, qũo rationes hæ valeant alibi diximus, & fortaſſe dicemus, ſunt & aliæ plurimæ contra eundem, quas nunc tacemus. Auẽpace quoq; hiſpanus Auer. *Poſitio Auẽpacer.* præceptor cœli materiam dicit primo recipere cœleſtem formã, quæ nec eſt anima, nec intellectus, ſed cœleſtis forma extenſa, videlicet elementaria in materia elementi. hæc nec eſt grauis, nec leuis, ſed neutra, qua poſtea recepta, recipiuntur dimenſiones, & cætera accidentia, cui toti intelligentia vti motor appropriatur, & ſic cœlum eſt ens in actu, & cœlum ſecluſa intelligẽtia, & actu mobile, at intelligentia eſt actu motor, ex quibus eſſe colligitur vnum quaſi animal per ſe mobile. Sed vnde tale cœlum ſit æternum ſecluſa intelli- *Poſitio Tho.* gentia, diuus Tho. ait eſſe, quia materia illa eſt ad eſſe tantum, ac alterius rationis à materia horum inferiorum. Egidius vero, ꝙ materia illa ſacratur ſua forma, *Poſitio Egid.* formaq́; careat contrario. & inde ambo cœlum eſſe ſui natura æternum aſſerunt. Sed quantum ambo ſint à rationibus remoti, poſtea diſputabimus. Nunc vero *Poſitio Auer.* quid Auer. ſentit adiiciamus, cœlum itaque habere materiam vbique ipſe concedit, ſed quia illa materia non præhabet dimenſiones, hoc eſt ante formam, idcirco ab intelligentia immediate perficitur, & conſtituitur in eſſe, & quoniam ipſæ dimenſiones ſequũtur intelligentiam, ideo intelligentia eſt indiuidua, & materia illa eſt ad eſſe tantum, & ſolum in potentia ad intelligentiam ſecundum dimidium contingentis. cœlum vero diuiſum propter dimenſiones conſequentes, & non antecedẽtes, & non in potentia multa, nec vna numero per priuationem, ſed in potentia ad vnum, & vna numero in actu ſemper per formam. Hæc poſitio ſe- *Declaratio poſitionis.* quitur ex dictis, ſed vltra hoc, eſt etiam rõnalis, nam non ſunt ponenda plura, niſi propter neceſsitatẽ, modo nulla videtur neceſsitas ponendi formam mediam quæ ſit anima, vt facit Auic. vel formæ cœleſtis, vt latini ſequentes Auempacem, ſufficit enim ipſa intelligentia, quæ quia recipitur ante dimenſiones: remanet intellectus & indiuiduus. Grande & efficax dubiũ *Dubiũ Hieronymi Bernardi.* contra hæc Hieronymus, Bernardus noſter mouit, ꝙ tũc videlicet cœlum moueretur in non tpe. nam motori cœleſti nihil reſiſtit: non quidem ipſe ſibi, nec aũt cœleſtis materia eidem, quia illa cum ſit in potentia nullius eſt reſiſtentiæ, reſiſtit. n. omne quod eſt in actu. vn-

de ſi potentia ens reſiſteret, tunc materia elementi reſiſteret formæ, & ſic in vacuo elementum non ſubito moueretur vt Auer. deducit. 4. phyſi. cõm. 61. quia ratione materiæ reſiſteret. Quędam, vt Ioannes, enixi ſunt propter hanc rationem dicere ꝙ altera pars cœli, quæ materiæ loco habetur, eſt ens in actu, & ꝙ intelligentia non ſit forma, & anima cœli, ſed motor appropriatus. Et tunc facile eſt ſoluere, reſiſtit. n. quantum in actu, & non in actu ſimpliciter, ſed in actu tale. Sed hæc ſol. peccat primo quia Auer. vbiq; vult ipſam intelligentiã eſſe formam cœli, & eſt impoſsibile eſſe formam niſi perficiat materiã, vt primo cœli. cõm. 63. Vbiq; quoq; vult illam eſſe animam cœli. vt 12. metaphy. cõm. 36. & non poteſt eſſe anima, niſi animet, & conſtituat rem in eſſe animali. Secundo. quia Auer. inter materiam cœli & materiam rerum gñabilium tales tradit differentias. primo ꝙ materia rerum gñabilium eſt antecedenter quanta, materia cœli eſt. quanta conſequenter, hoc eſt poſt intelligentiam. Secundo materia gñabilium eſt potentia multa, hoc eſt ad eſſe & ad non eſſe, & ad eſſe plura pro numero formarum. Materia cœli eſt potentia vna & ad eſſe tm̃, & ad vnum eſſe, hoc eſt ita ad. A. animam ꝙ non ad. B. Tertio materia rerum gñabilium eſt vna numero priuatione, materia cœli vna numero propter formã vnam, q̃ habet ſemper. Et cauſæ ſecũdæ & tertię dñiæ ſola eſt ꝙ dimenſiones conſequunť formã & non præcedunt. Tunc patet ꝙ cœli materia eſt in potentia & non in actu, quia recipit formã vt materia rerũ gñabilium, licet materia cœli ſemper. Hęc materia non ſemp. Quarto oẽ quod eſt in actu vel eſt forma vel habens formam. vt Auer. 3. cœli cõm. 29. & diuus Tho. cõcedit vbiq;, modo illud non eſt forma, quia nullius materiæ, materia. n. & forma dñr ad aliquid. 2. phy. nec ens in actu, quia tunc cõpoſitum eſſet, & tunc redderetur poſitio Auẽpaces, plura alia adijciemus in dies. Alij dixerunt materiã cœli reſiſtere reſiſtentia priuatiua, q̃ eſt incõpoſsibilitas terminorum, put idem eſſet in termino à quo & ad quẽ, ꝙ eſt impoſsibile. Sed nec iſtud ſtare poteſt, quia hæc ſaluari poteſt cum infinite velociter moto, & ſic infinite velociter cœlum moueref. Amplius elementum moueref in vacuo, quia ibi eſt talis terminorum incõpoſsibilitas, & plura alia dici poſſunt cõtra hæc. Alij finguntintelligentiã mouere à proportione quam vult & non quam poteſt, quia eſt motor p intellectum & voluntatem & liberet & contingenter. Hæc ſol. eſt theologica, ſed non ad mentem auctoris, quem expono. In lib. de. d. nos dicimus ꝙ cœlũ, hoc eſt materia cœli reſiſtit ſua corporeitate actuali, non quidem præcedente aĩam, ſed conſequẽte, illa. n. materia ab intelligentia conſtituitur in eſſe actu, & per conſequens in accidentibus proprijs actualitati cœleſti, quorũ vnum eſt reſiſtentia, cœlum itaq; conſtituitur ab intelligentia in tali eſſe reſiſtitiuo. Dices tu idem dicam de materia elementaria, & ſic elementum poteſt in vacuo moueri, Dicerem ego ꝙ eſſe actuale elementariũ eſt adhuc potentiale, quum elemẽtum ſit vt materia mixti. Sed eſſe actuale cœli eſt vt eſſe actuale hoĩs, quod eſt limitatiſsimum, & tu conſidera hæc & illa, & habebis veritatem.

Poſitio Ioan. — *Impugnatio.* — *Poſitio ſecũda.* — *Poſitio tertia.* — *Poſitio quarta.* — *Inſtantia.* — *Reſponſio.*

Poſitio quinta propria. Nunc vero dicerem ꝙ duplex eſt materia, videlicet ea quæ limitatur ad vnam formam vt cœli materia, & materia cõis ad plures formas. prima materia bene poteſt reſiſtere poſitiue, quia eſt limitata ad vnum & non in potentia ad omne vbi, quia ſicut non eſt in potentia niſi ad formam, ita non niſi ad certum vbi, & ſic habet vim reſiſtendi poſitiue, nec oportet ꝙ ſit in actu vel actus, ſed ſatis eſt ꝙ limitata ſit ad certum actum. Materia vero cõis cum ſit in potentia ad omnes formas, eſt in potentia ad omne vbi, & per conſequens non reſiſtit motori, qui mouet ad quodcunq; vbi. Hanc ſolutionem Auerro. innuit. 2. cœli. cõm. 63. & vbiq; vbi cœlum moueri certa velocitate aſſerit, quia motor ad mobile cœleſte certam habet proportionem. reſultat. n. hæc proportio, propter cœleſtis materiæ reſiſtentiam. Hæc ſatis nunc, quia poſtea in dies plura adijciemus. Hic. n. liber totus eſt de cœli ſubſtantia.

Et negauit formas corporum cœleſtium diuidi per diuiſionem ſubiecti ſui, & eſſe finitarum actionum propter finitatem eorum corporum, quoniam potentia totius in formis diuiſibilibus per diuiſionem ſubiecti eſt maior potentia partis. Nam ſi formæ eorum exiſterent in materia dimenſionibus medantibus, tunc potentiæ eorum eſſent finitæ propter hoc quod diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti.

Tria concluſit dè cœlo ex parte materiæ eius, nunc duas alias differentias ex parte formæ. Primam ꝙ forma corporis generabilis eſt diuiſibilis, & tota ĩ toto, & pars in parte, forma vero cœli indiuidua, tota in toto, & tota in ſingulis partibus vt ita loquar. Secundam quod forma rerum generabilium eſt finita actione, videlicet in parte. quia non agit æterno tempore, & in vigore ꝙ agit certa velocitate. Ac cœleſti forma velocitate quidem finita exiſtit, tempore vero infinita, hoc æterna, & ſyllogizat has primo ſic, formarum diuiſibilium potentia totius eſt maior potentia partis, formæ cœleſtis non eſt maior potentia totius quàm potẽtia partis, igitur forma cœli non eſt diuiſibilis, hoc eſt recepta in cœlo vel eius parte diuiſibiliter. Huius accepit maiorẽ tm̃ in litera, vt patet. {Nam materia ſi forma.} Secundo probat illas à primo ad vltimum ſic. ſi forma cœli eſſet diuiſibilis, reciperetur in materia mediantibus dimenſionibus, vt declarauit. Hoc non accepit, ſed ſuppoſuit, vltra ſi forma cœli reciperetur mediante dimenſione, tũc eſſet finita actione, hoc eſt tempore genita & corruptibilis, propter hoc videlicet, quia diuidiť diuiſione ſubiecti vt declarauit, at vltimum conſequens eſt impoſsibile, igitur & primum antecedẽs, & ſic forma cœli erit indiuidua & impartibilis, eritq; & actione in tempore infinita, quia æterna. Animaduertendum ꝙ prima ratio fortaſſe tenet per demonſtrationem Ariſto. .8. phyſicę auſcul. cõm. 88. Ibi. n. declaratum eſt partem motoris mouere partem mobilis in parte temporis, & totum motorem mouere totum mobile in toto tempore, & pro hoc deduxit motores cœleſtes eſſe impartibiles. In quibus Auer. multas ambiguitates diſſoluit. Aut fortaſſe accipitur per illud ꝙ accepit Ariſto. 1. cœli. text. cõm. 46. & Auerro. declarauit cõm. 49. ꝙ omnis virtus diuiſibilis in maiori quanto, hoc eſt in toto quãto eſt maior, & in parte minor, quia in toto eſt tota, & ẽm eſſe & vires. & in parte eſt pars, & ẽm eſſe, & potentias, modo conſtat motore, cœli eſſe æquales in toto cœlo. & in ſingula partes & ita non ſunt diuiſibiles per ſubiecti extenſionem, & vtroq; modo ratio Auer. valet. Quæret fortaſſe quiſpiam propter quid cœleſtes motores ſint tempore quidem infiniti. Vigore vero ſiue agendi qualitate finiti. Ad hanc quæſtionem quo ad primam partem, Solutio ex Auerro. verbis ſatis conſtat, eo videlicet ꝙ non recipiuntur in eorum materijs ſiue ſubiectis dimenſionibus potentialibus median-

Cõm. 40. — *Vnde vis primæ rationis.* — *Q̃ an motores cœli finiti ſint.*

mediantibus, quia nāq; antecedunt eorum dimenſiones, ſunt indiuidui ac impartibiles, propterea puri intellectus, & æterni, ac carentes contrario. & in eorum materijs fixam habentes permanentiam. Sed vnde finitatem agendi ſortiti ſunt, trāſigamus. Imperfectio, quā inepti priuationem vocitant, nos carentiam, multiplex eſt, vna quidem indiuiduo propria, vt cæcitas in catulo ante diem nonum, eſt.n. imperfectus & carēs viſu, quem in nono die habebit, hęc autem imperfectio indiuidua eſt, quia viſum non habet, & poteſt habere pro ratione indiuidui. Amplius vnum indiuiduum imperfectum habere poteſt alterius perfectionem, quam ob rē eſſet vnum indiuiduum in ſpecie, illud eſſet perfectum in illa ſpecie. & nihil ſibi deeſſet perfectionis ſuæ ſpeciei, vna itaq; imperfectio, ſiue carentia ſiue priuatio eſt ſecundum ſpeciem & per contrarium perfectio. Alia eſt ſecundum genus. vt ſi albedo eſſet vna numero in ſpecie eius, adhuc eſſet imperfecta ſecundum genus, quia adhuc careret perfectione aliquam ſecundū genus qualitatis, non.n. habet perfectionem totius qualitatis. Alia eſt imperfectio tranſcendentis limitati. vt poſito ꝙ haberet perfectionem omnis qualitatis, non eſſet tñ perfecta in gñe intellectus ſiue ſubſtātiæ, quia ſibi non cōpetit oīs ratio intellectus ſiue ſubſtantię. Alia eſt impfectio tranſcendentis ſimpliciter vt ſi haberet rationē oīs intellectus ſiue ſubſtantiæ. adhuc non haberet pfectionem totius entis naturæ. Alia eſt imperfectio tranſcēdentis excogitabilis. vt poſito ꝙ ſit deus, quia habet rationem totius entis naturę, adhuc non habet rationem totius entis excogitabilis. Quare infinitum ſimpliciter illud eſſet ꝙ habet perfectionem actu totius entis naturę, & cogitabilis, quale ſacri theologi dicunt deum eſſe, philoſophi, vero minime. Tunc dicendum ꝙ motor cœli. verbi cauſa. motor lunæ eſt finitus, quia caret perfectione gñis. nam ſi eſſet in gñe prædicamētali, ſibi deficeret perfectio aliqua. non.n. ipſi competit ratio totius intellectus. eſt.n. intellectus aliquis eo perfectior, vt intellectus corporis perfectioris. Secundo ſibi deficit perfectio entis naturæ, quia non habet perfectionem oīs entis naturæ, quia non dei. Tertio ſibi deficit perfectio entis excogitabilis, quia nō ſibi competit ratio oīs entis excogitabilis. Igitur eſt finitus primo gñe. Secundo tranſcendente. Tertio excogitatione. Quod ſi dicatur, infinitus erit ſ̄m quid in ipſo, quia ſibi competit ratio oīs ſuæ ſpeciei, ſi eſſet in ſpecie. Eſt autem hæc infinitas potius ſ̄m durationem quàm ſ̄m qualitatem, quā videlicet habet, eo ꝙ non recipitur in materia dimenſionibus mediātibus, & ſic motores cœli tempore ſunt infiniti, ſimpliciter autem vigore & perfectione finiti, videlicet genere, tranſcendentia, & excogitatione, poſſunt tamen ſpecie dici infiniti, pro quanto ſuarum ſpecierum nihil deeſt.

Imperfectio et carentia quotuplex.

Quando ergo inuenit eorum actiones eſſe infinitas, conclu dit formas eorum non eſſe in ſubiecto mediantibus dimenſio nibus, ſed eas non eſſe potentias in corporibus.

Cōm.42. Tres differentias dedit inter cœlum & gñabilia ex parte materiæ & duas ex parte formæ, nunc quaſi hæc enititur declarare reperiri ex verbis Ariſt. Ariſto. itaq; ſyllogiſmus. 8. phyſicæ auſcul. tex. cōm. vlti. & 12. metaphy. tex. cōm. 41. ſic componitur, oīs forma quæ recipitur in ſubiecto mediantibus dimenſionibus, eſt finita tempore in ſui actione. Motores cœlorum nō ſunt tempore finiti in ſuis actionibus. Igitur non recipiuntur in ſubiecto mediantibus dimenſionibus, neq; ſunt potentiæ in corporibus, huius accepit minoris vim, & concluſionem. Animaduertēdum formam finitam tempore in ſui actione & formam diuiſibilem potētiam in corpore eſſe idem ſimpliciter. pro quanto.n. qñq; deſinet eſſe, deſinet agere, & ſic ſui in actione tempore finitur, pro quanto vero mediante dimēſione recipitur ſinitur, per ſui ſubiectum, & diuidua redditur, prout autē à corpore ipſo ſine corporeo ſubiecto in eſſe cōſtituitur dr̄ potētia in corpore. Vnde forma indiuidua & impartibilis erit tempore ſui in actione infinita, non recepta in ſubiecto mediante dimenſione, nec potētia in corpore, immo ſeparata. Et demonſtrauit ex vniuerſitatem potentiæ totius, & partis in formis diuiſibilis per diuiſionem ſui ſubiecti impoſsibile eſſe Potentiam infinitam reperiri in corpore finito, quæ agat actionem infinitam, aut potentiam finitam in corpore infinito.

Quæ forma finita.

Duæ ſunt concluſiones, quas Ariſto. declarauit in. 8. prima, potentia infinita non poteſt eſſe in corpore finito. hanc textu cōm. 78. declarat. Secunda potentia finita non poteſt eſſe in corpore finito. Hanc ibidem declarat. textu. cōm. 79. & inde. Prima quæ eſt ad propoſitum declaratur ex diuerſitate potentiæ totius & partis in formis diuiſibilibus per diuiſionem ſui ſubiecti. Si enim, vt dicit, pars motoris mouet partem mobilis in parte temporis, Totus motor mouebit totum mobile in toto tempore, & tunc per crementum poſsibile erit finitum motorem mouere eodem & tanto in tempore quanto moueret motor infinitus, quare motor infinitus, hoc eſt tempore, in ſui actione non poteſt eſſe in materia, & ſic erit omnino indiuiduus, & ſeparatus, quod erat intentum.

Ratio Ariſto.

Et cum ſigebatur in iſtis propoſitionibus, & inuenit potentias cœleſtes agere actionum infinitam, concluſit mediantibus dimenſionibus has virtutes nō eſſe in corpore omnino, neq; habere materiam recipientem eas mediantibus dimenſionibus, neq; materiam multam in potentia, neque recipere magnum & paruum, neq; habere contrarium & totum hoc ſequitur ex hoc quòd formæ eorum agunt actione infinita: & omne hoc eſt probatum in naturali philoſophia.

Nunc epilogat quæcunq; dixit per vnum ſyllogiſmum in ſecunda figura ſic. omnis forma recepta in materia mediantibus dimenſionibus, multa in potentia, diuiſibilis ſ̄m magnum & paruum, habens cōtrarium, eſt finita tempore in ſui actione. formæ cœleſtes non ſunt finitæ tēpore ſuis in actionibus. igiť non recipiuntur mediantibus dimenſionibus in materia, multa potentia, diuiſibili ſ̄m magnum & paruum, hoc eſt ſcd̄m maius & minus, nec habent contrariū, tangit maiorem ibi. {Et cum ſigebatur} minorem vero ibi. {Et inuenit} reliquum eſt concluſio. Et abbreuiauit vim rationis, volens illam eſſe totam in hoc ꝙ formæ cœleſtes agunt actione infinita tēpore. Et qm̄ Auic. 8. ſuę meta. capite. 4. opinatur hanc concluſionē declarari in meta. adiicit: & oē hoc eſt probatum in naturali philoſophia. Perſpicuum igiť eſt tria eſſe ex parte materiæ cœli, quibus cœlum differt à rebus gñabilibus, ꝙ illa materia nō præhabent dimenſiones, quibus formas recipiat. Scd̄o non eſt potentia multa. Tertio nec eſt vna numero per priuationem. materia rerum gñabilium contra p̄habet illas dimēſiones, qbus recipit formas, eſtq; potētia multa, atq; vna priuatione. Ex pte formę duo ſunt, eſt.n. forma cœli primo īdiuiſibilis, ob qđ materia non recipit eā ſ̄m magnum & paruū, maius & minus, amplū & minus amplū, ſed īdiuiſibiliter. Eſt ſcd̄o in ſui actione tp̄e infinita,

Cōm.43.

nita, ob quod contrario caret, quo ſui in actione limitetur. Hæc quantum ad primam rationem ſatis de partibus cœli. Quæret fortaſſe quis an intelligẽtia ſit cœli forma. Et arguunt, ꝙ non, quia ſi forma, tunc eſſet actus, & prima perfectio corporis cœleſtis, igitur educta de potentia materiæ, & ſic materialis. Amplius ſi eſſet intelligentia actus cœli, vel primus, vel ſecundus, non ſecundus, quia tunc eſſet operatio. Si primus, igiẽ poſſet eſſe ſine ſecundo, & ſic ſine motu, & intellectione. Rurſus intelligentia eſt forma cœli. igitur forma corporis cœleſtis. Et ſic forma corporis, hoc eſt falſum, quia eſt forma reſpectu materiæ, & non corporis. Ad oppoſitum eſt Auer. primo cœli. cõm. 95. & hic expreſſe.

An intelligentia ſit forma cœli. qõ 10.

Quod intelligẽtia ſit forma cœli.

Quod intelligentia ſit forma cœli dicamus primo Auerroem id ſenſiſſe vbiq; vt primo phy. auſcultationis. cõm. 63. 8. eiuſdem cõm. 52. Quod ratione conſtat, primo quia intelligentia eſt quod erat eſſe, & ratio cœli. ſi. n. cœlum ipſum diffiniretur vera diffinitione, illa non explicaret niſi eſſentiam intelligentiæ. Hac ratione vtitur Ariſto. 2. de anima. textu. cõm. 8. Secundo omnis actio quæ attribuitur alicui enti propter aliqua duo, neceſſe eſt. vt vnum eorum tantum ſit materia, & alterum forma, actiones cœli vt motus & intelligere attribuuntur cœlo & intelligentiæ in ſimul, igitur alterum horum forma eſt, alterum vero materia. ſed actiones illæ attribuuntur cœlo propter intelligẽtiam. igitur intelligentia eſt cœli forma. hac ratione vtitur Auer. 2. de anima. cõm. 24. verum formarum altera eſt conſtituens ſubiectum, & non conſtituta à ſubiecto. Altera conſtituens & conſtituta. conſtituit quidem ſubiectum tantum quotiens ſubiectum ipſum dependet à forma tanquam à cã formali, & illa forma non à ſubiecto tanquam à cauſa materiali. quæ ratio docet ſubiectum referri ad formam relatione dependentiæ cauſæ formalis. At formam non dependere à ſubiecto relatione dependentiæ cauſæ materialis. propter quod forma erit terminus dependentiæ, & non ſubiectum relationis, ſed ideo relatiua, quia ſubiectum refertur ad ipſam, & hac via dicitur conſtituens tantum, non conſtituta.

Forma quotuplex.

Error Ioan.

Et in hoc apparet error Ioan. qui voluit eſſe aliquid formam alicuius, à quo illud non depẽdet. Vt nauta reſpectu nauis, iſtud. n. eſt impoſsibile, quia forma non eſt, niſi quia ſubiectum dependet ab ea in eſſe, & operatione.

Secũdus error.

Apparet ſecundo erratum aliorum, qui volunt, ꝙ quia forma hæc non eſt vnita cœlo vnione accidente in ea, ſed in cœlo, dicatur ſeparata, & non coniuncta. Nos. n. dicimus ꝙ ſicut colũna eſt formaliter dextra dexterioritate accidente in animali, ſic hæc eſt formaliter vnita copulataq; vnione & copulatione accidente in ſubiecto. nã talis forma eſt terminus vnionis & dependentiæ, quod ſufficit.

Tertium apparens.

Apparet tertio hanc intelligentiam dici formam interdum appropriatam. Interdum vnitam ſcđm operationem, interdum ſeparatam, Dicitur quidem ſeparata, quia non eſt ſubiectũ vnionis, ſed terminus vnionis. Et per idem dicitur appropriata, quia ſui natura non eſt vnita, ſed quia aliud vnitur ſibi & dependet ab ea. Dicitur & forma coniuncta ſecundum operationem, quia dat operationem, & eſſe, ſed non recipit eſſe, qua ratione nos in lib. de intellectu dicimus intellectum mterialem eſſe formam hominis ſecundum operationem, non ꝙ ſit ſecundum operationem & non ſecundum eſſe, ſed quia tribuit eſſe & operationem, & non qñ recipit eſſe, ſed qñ operationem. nam ſine phãtaſmate nequaquam intelligit intellectus. Intelligentia itaq; dicitur cœli forma ſm operationem, quia ad hoc vt cœlum operetur, eget intelligẽtia, & econtra, at vt perficiat cœlum, conſtituit, & non conſtituitur.

Forma conſtituens & conſtituta.

Forma vero conſtituens & conſtituta ea eſt, quæ eſt terminus & fundamentum, ſiue ſubiectum depẽdentię, & vnionis. ipſa. n. dependet à ſubiecto tanq̃ materia, & ab illa depẽdet ſubiectũ vti à forma. Et hæc forma dr̃ interdum vnita ſm eſſe, quia ipſa vnitur vnione reciproca, & exiſtente tam in ea q̃ in ſubiecto, & dependentia reciproca, quia altera ab altera dependet, & econtra. itẽq; forma conſtituta in eſſe per ſubiectum, quia dependet in eſſe & cõſeruatione à ſubiecto. Educta de potentia materiæ, quia genita ab agente naturæ per hoc ꝙ ipſa prçerat in habitu materiæ, hoc eſt in forma corporis. diuidua ſiue partibilis. quia recepta actu in materia mediantibus dimenſionibus, habens contrarium, quia corruptibilis propter ſe vel defectu diſpoſitionum, quibus in materia inducitur. Et hac ratione intelligentia non eſt forma cœli, quia cœlum eſt dependens ab intelligentia, & non ecõtra. licet ſine cœlo non poſsit eſſe intelligentia. quemadmodum ſine concluſione non poſſunt eſſe præmiſſę. Et per hoc patet ꝙ intelligentia eſt forma, finis, & efficiens cœlum, quia eſt forma ſeparata hac ſpecie ſeparationis, vbi idem eſt forma, finis & agens apud Auerroem vbiq;. Qũo itaq; intelligentia ſit cœli forma, patet. Tunc ad rationes. Ad primam concedo ꝙ ſit actus & prima cœli perfectio, quia eſt perfectio conſtituens, & non conſtituta, ideo non eſt eductus talis actus de potentia materię. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ intelligentia eſt actus primus, & actus ſecundus, primus quidem, vt conſtituit cœlum in eſſe ſimpliciter. Secundus vero, vt per ipſam cœlum eſt operans. Et cum dicitur actus primus poteſt eſſe ſine ſecundo Auerroes reſpondit. 2. de anima. cõm. 5. ꝙ actus ſecundus dicitur æquiuoce, & propterea illud verum eſt de actu primo in animali generabili. non autem in animali cœleſti. Ad tertiam, dicendum ꝙ eſt actus cœli, & actus materiæ cœli. Materiæ quidem vt ſubiecti perfectibilis, Cœli vero, vt ſubiecti perfecti.

Et cum fuit perſcrutatus etiam de natura iſtorum corporum in primo cœli & mundi, declarauit ipſa eſſe ſimplicia. Ex hoc quòd motus eorum ſunt ſimplices, & quòd natura eorum eſt neq; grauis neq; leuis, ideſt natura non innata diſponi per grauitatem & leuitatem.

Cõm. 43. Secunda ratio ad idem.

Hæc eſt ſecunda ratio Auer. ad probandum illa tria de cœli materia, quibus differt à materia generabiliũ, & illa duo de forma. Et accipit primo corpora cœleſtia eſſe ſimplicia, hoc eſt nec compoſita elementaria compoſitione vt elemẽta, nec mixta. Et ſyllogizat ſic, quæcunq; corpora ſunt, quorum motus ſunt ſimplices, & quorum natura neq; eſt grauis nec leuis, illa ſunt oĩo ſimplicia, cœli ſunt corpora, quorum motus ſunt ſimplices, & natura neq; grauis, nec leuis, igitur ſunt omnino ſimplices. Huius ſylli̅ accipit concluſionem, & minorem in textu. Animaduertendum ad hoc vt ipſum cœlum ſit ſimplex oĩo hoc eſt nec compoſitum vt elementum, nec vt mixtum, habetur ex duobus, quia. n. neque graue, neque leue, hoc eſt non aptum diſponi per graue vel leue. (quod addit propter æquale ad pondus, quod actu nec grauitat nec leuitat) non eſt elementum. quia vero eius motus eſt ſimplex, non eſt mixtum, igitur omnino eſt ſimplex quia nec compoſitum vt elementum, nec vt mixtum. Quod itaque

cœlum

cœlum non ſit mixtum, quia eius motus eſt ſimplex. declarauit Ariſto. à textu. cōm.5.vſq; ad textum. cōm. 13. Quod vero non ſit elementum, ſed quintum corpus, patet ibidem à tex. cōm.13. vſque ad tex. cōm. 20. Sic igitur patet cœlum eſſe omnino ſimplex, & nulla compoſitione corruptiua compoſitum. Maxima eſt difficultas vtrum mixtum moueatur motu ſimplici, an compoſito. Vbi enim mixtum moueretur motu ſimplici, ratio Auerro. nulla eſſet. Arguitur modo ꝙ mouetur motu ſimplici, quia ab elemento prædominante. Elementum prędominans eſt ſimplex, quare mixtum ſimplici motu mouetur. Ioan. tenet ꝙ motus mixti eſt ſimplex, quia propter naturam elementi prædominantis. fingit.n. motum hunc primo in eſſe elemento exiſtenti in mixto. Secundo vero mixto. Et propterea ab elemento prædominanti. Sed hæc poſitio ſtare nō poteſt. primo quia demōſtratio Auer. hic eſſet nulla, quia dicerem cœlum eſſe mixtum, ſed ipſum moueri motu ſimplici. Et ſic ratio per ſimplicitatem motus nulla eſſet. Secundo motus per ſe primo competit mobili per ſe, mobile ꝑ ſe eſt totum mixtum. Igitur ſibi primo competit, & non elemento. Tertio ſi primo competit elemēto. igitur ordine quodam competet vtriſq;, & per cōſequens violenter mixto. Animaduertendum ꝙ græci differunt ab Auerroe, Auer.n. primo cœli. cōm.9. videtur velle motum mixti eſſe ſimplicem. Vbi ad illius mentem petendum eſt primo ꝙ forma elementi in mixto nō agit per ſe, quia ibi non eſt in actu per ſe ſed in potentia media, id.n. quod agit per ſe, eſt forma mixti vltima & ſpecifica, ad quam inducendam fuit præaccepta forma elementi. Petendum ſecundo ꝙ licet diſpoſitio alicuius non agit per ſe, eſt tñ conditio & diſpoſitio agendi, vt calor ignis reſpectu ignis. Tunc patet primo ꝙ forma mixti per ſe primo agit motum eius, hęc.n. mouet corpus in quo eſt, & mouetur. mouet quidem vt forma, at mouetur vt in materia. patet ſecundo ꝙ primitate diſpoſitionis mouetur mixtum ab elemento prædominante. Vt igitur ignis calefacit inquantum calidus, & non inquantum ignis, ſic mixta mouent ſe inquantum diſpoſita per formam elementi prædominantis, propoſitio itaque Ariſto. intelligit mixtum moueri ab elemento prædominante diſpoſitiue, licet primo à forma propria & ſpecifica. Græci expoſitores, vt Ariſto. & Simplicius, volunt motum per ſe elementi eſſe ſimplicem, & omnem motum ſimplicem eſſe per ſe corporis ſimplicis, at cōpoſiti & mixti motum per ſe eſſe compoſitum & mixtum, & ecōtra motum mixtum eſſe corporis mixti per ſe. Vnde Ariſt. primo cœli, textu. cōm.7. inquit. ſimplicium quidem ſimplices, mixtos aũt compoſitorum, & quis dicet, igitur non magis ſurſum quam deorſum, ſubſcribit, moueri autem ẜm prædominans. quaſi dicat licet motus corporis mixti ſit mixtus, tamen eſt determinatus ſurſum vel deorſum ſecundum prædominans, & hoc reſpondet verbo eius textus. cōmen.8. d. & enim ſi compoſiti fuerit, ſecundum prædominans erit, & ita motus lapidis & cuiuſcunque mixti eſt compoſitus & non ſimplex. Animaduerte tamen quòd motus dici poteſt compoſitus compoſitione generica ex principijs differentibus vt ex recto & circulari. rectum.n. & circulare ſunt ex principiis genere differentibus. Et hoc tangit ibidem textu cōm.5. vel compoſitus compoſitione ſpeciali, videlicet, ex acceſſu & receſſu, & hanc tangit textu. cōm.9. cum vult motũ mixti eſſe compoſitum, vult.n. eſſe compoſitum, ex acceſſu & receſſu. Sed quia prædominatur acceſſus, propterea non ſentitur receſſus. Poteſt tamen dici ſimplex, quia non compoſitus generica compoſitione ex principijs differentibus genere, videlicet ex recto & circulari. quia ſit ſupra linea rectam vt intelligit textu commen.5. Et ſic motus mixti, vt lapidis, poteſt dici ſimplex vno modo, & mixtus alio modo. Simplex ſimplicitate oppoſita compoſitioni genericæ, compoſitus compoſitione ſpecifica. Sed hæc latius videbimus primo cœli. Hæc ſatis pro ratione Auer. patet.n. ꝙ ſecundum Auer. & græcos ratio valet, maxime tamen ſecundum græcos.

An mixtũ motu ſimplici moueatur. q.4.

Poſitio Ioan.

Impugnatio.

Poſitio Auer.

Pō græcorum.

Quot cōpoſitiones.

Et quum fuit declaratum ab eo quòd corpora grauia & leuia ſunt contraria, quia motus eorum ſunt contrarij. Amplius & quòd motus corporum cœleſtium non habent contraria, concluſit hæc corpora eſſe ingenerabilia & incorruptibilia: & ipſa non habere ſubiectum recipiens dimenſiones prima receptione, ita quòd formæ ſuæ diuidantur per diuiſiones ſui ſubiecti.

Accepta ſuppoſitione, facit rationem ſyllogiſticam in forma enthymematis, cuius antecedens ſunt duæ propoſitiones, & conſequens tres concluſiones ſic. corpora grauia & leuia ſunt contraria, motus cœlorum non ſunt contrarij, igitur cœli ſunt ingeniti, & incorruptibiles, itemq; nec eorum materia recipit dimenſiones ante formas, & formæ receptæ in ea ſunt indiuiduæ. Hæc oratio enthymematica reſoluitur ſic. corpora quorum motus contrarij ſunt, ipſa contraria erunt, grauia & leuia ſunt quorum motus ſunt contrarij. igitur contraria, huius tetigit concluſionem & maioris vim. Secundus eſt accepta eadem maiore, & addendo hanc, ſed cœli ſunt corpora quorum motus non ſunt contrarij. igitur non ſunt contraria, huius tetigit minorem tantum. Tertius eſt, quæcunque corpora carent contrario, ſunt ingenita & incorruptibilia, & carent ſubiecto prædimenſionato, & forma diuidua & extenſa. Cœli ſunt carentes contrario. igitur ingeniti, & incorruptibiles, & carent materia prædimenſionata, & forma diuidua. Et ſic enthymema illud ad tres ſyllogiſmos eſt reſolutus, accipiendo itaque ſuppoſitionem & hæc quæ hic dixit habet ꝙ cœli ſunt ingeniti & incorruptibiles, ſimplices & puri, carentes materia prædimenſionata, & forma diuidua. Animaduerte ꝙ maior primi ſyllogiſmi eſt Ariſto. primo cœli. textu. cōm.10. Minor ſecundi ſyllogiſmi eſt eiuſdem ibidem à textu commen.24. vſque ad 33. Ambiges fortaſſe, quia motui cœli opponitur quies.12. metaphyſi. commen.41. igitur eſt corruptibiles, vel poteſt deſinere. Amplius ſi cœlum quieſcit, cœlum deſinet eſſe, vt ad mentem Auerrois patet. 3. capite huius, antecedens eſt poſsibile. igitur & conſequens per regulam prioriſticam, quòd cœlum poſsit quieſcere patet, quia eius motus habet contrarium ſaltem priuatiuum. Amplius Auerro. ibidem aperte ait cœlum poſſe quieſcere, ideo indiget motore, quo moueatur ſemper. per hæc patet cœlum eſſe corruptibile. Pro ſolutione animaduerte quòd motus cœli poteſt dici totus, vel ſecundum formam, vel ſecundum materiam. vel (vt recentiores aiunt) cathegorematice & ſyncathegorematice. ſi accipitur vt totus ſecundum formam, ſic eſt perpetuus ſimpliciter, veluti elementum ſecundum totum hac ra-

Cōm. 44.

Dubitatio pulchra d cæli corruptione, & illius quiete.

Notandum per Solutione.

tione eſt ſimpliciter perpetuum. Si vero ſumitur vt totus ſecundum materiam, vel partes, vt ſic eſt corruptibilis. Imo continuo vna pars deſinit, & alia gñatur.

Solutio.
Tunc patet ad primum, ꝙ quia motui cœli opponitur quies, ideo ſ̄m partem eſt corruptibile, & nõ eſt neceſſarium vt ſ̄m totum deſinat. Ad ſecundum dico ꝙ antecedens eſt poſsibile ſ̄m partem, poteſt.n.cœlum quieſcere ſ̄m partem motus, non autem à toto motu. & ſic ſ̄m totum motum nec quieſcit, nec poteſt quieſcere. Et ſic conſequens non erit poſsibile, quemadmo dum nec antecedens. vbi.n.cœlum quieſceret à toto motu, cœlum non eſſet; ac cœlum quieſcere à toto motu eſt impoſsibile. quare & cœlum non eſſe erit impoſſibile. Ad tertiam patet ꝙ cœlum poteſt quieſcere, & in eo ꝙ cœlum, & in eo ꝙ corpus, quia motus eius habet contrarium. videlicet quietem, non tamen propter hoc oportet vt deficiat ſecundum totum. vt licet elementum habeat contrarium ſecundum totum, non propter hoc corrumpetur aliquãdo ſecundum totum. Sed tantum ſecundum partem. ſic motus etiam cœli, quia habet contrarium, ſat eſt vt deficiat ſecundum partem, pro quanto vna eius pars deſinit, & alia generatur, & ita cœlum poteſt eſſe quieſcens parte videlicet motus.

Et hoc intendit cum dixit in primo cœli & mundi quòd formæ horum corporum carent contrario et ſubiecto, quemadmodum concluſit hoc idem ex hoc quòd motus eorum à principijs quæ ſunt in eis ſunt infiniti.

Cõm. 45.
His acceptis verificat, & exponit verba Ariſto. primo cœli textu cõm.20. Ibi.n.ſic ſyllogizat, omne genitum, & corruptibile habet contrarium, cœlum non habet contrarium. igitur non eſt genitum & corruptibile. exponit modo Auer. minorem ꝙ Ariſto. intelligit cœlum non habere contrarium, neq; ſubiectũ dimẽſionibus affectum ante formas. Iſtæ.n.ſunt duæ corruptionis cauſæ, & ſunt conuertibiles, ſ̄m affirmationem, & negationem, ꝑpter quod licet tetigit alteram, dedit tñ intelligere & alteram propter conuertibilitatem. Et epylogauit etiam demonſtrationem, aliã quæ erat. corpora quorum motus ſunt infiniti, hoc eſt æterni, carent materia & cõtrario. cœli ſunt corpora, quorum motus ſunt ęterni. igitur carent materia & contrario, & hanc demonſtrationem accepit ab Ariſto. vt diximus. 8. phyſicorum textu cõm. vlti. & 12. metaphyſicorum textu cõm.41.

Et quia manifeſtum eſt ſenſui quòd corpora cæleſtia recipiunt dimenſiones terminatas ſecundum ſuas formas, neq; poſſunt recipere formas mediantibus dimenſionibus interminatis, ſicut eſt diſpoſitio de formis generabilibus & corruptibilibus: neceſſe eſt ea recipere dimenſiones tali modo, ex quo non contingit formas eſſe generabiles & corruptibiles. Quod eſt, quia materia eorum recipit dimenſiones prima receptione mediantibus illis formis ſuis, & non recipit formas mediantibus dimenſionibus exiſtentibus in eis in potentia, ſcilicet non terminatis, ſicut eſt diſpoſitio in dimenſionibus quæ ſunt in prima materia cum forma iſtius materiæ, ſed dimenſiones quæ ſunt in materia cæleſti, ſunt proprium propriorum eius.

Cõm. 46.
Concludit cœlum eſſe æternum, quia cœleſtis forma non habet contrarium, & recipitur in materia non mediantibus dimẽſionibus interminatis. obiiciet quis contra, nam ſenſu patet cœlum eſſe quantum, & diuiduum, vt de parte ſtellata aſtronomi probant. & concludunt plures ſtellas eſſe terra tota ampliores. igitur habet cœlum dimenſiones. Reſpondet & vtitur enthymemate ſic. cœlum eſt quantum vt ſenſu patet, & non quantitate præcedente formam, quia illa eſſet corruptibilis. igitur quantitate ſequente. propter quod cœlorum dimenſiones ſunt propriæ de numero propriorum, & ſemper actu, nec ſeparabiles à cœlo, nec cœlum ſeparatur ab illis. Animaduertẽdum ex 2. cœli. cõm.3. ꝙ dimenſiones & cætera accidentia inſunt cœlo propter intelligentiam, & nulla intelligentia ineſt propter accidentia. Et propterea accidentia omnia conſequuntur intelligentiam, & inde omnia accidentia ſunt ibi in actu, & terminata, & nulla ſunt in potentia & interminata.

Reſponſio.

In cœlo an detur dimẽſio interminata.
Sed obiicies, omnes quantitates continuæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt omnis linea omni lineæ, omnis ſuperficies omni ſuperficiei, & omnis corporeitas omni corporeitati. igitur ſicut eſt dimenſio interminata in dimenſionibus rerum corruptibilium, ſic rerum etiam æternarum dimenſiones erunt nonnullæ terminatæ, nonnullæ interminatæ. Amplius vel terminus dimenſionis cœleſtis eſt ipſa dimenſio cœleſtis, vel quid aliud & prius, cui terminus intelligitur aduenire. non terminus, quia tunc eſſet de eſſentia rei terminatæ, igitur aduenit illi priori.

Solutio.
Mihi videtur. Ad primum quòd dimenſiones cœleſtes differunt ſpecie ab his, quia differentia ſpecifica accipitur à ſubiecto, modo ſubiectum illarum differt ſpecie & genere ab his, igitur dimenſio à dimenſione. Et ſic ſunt alterius rationis. Ad ſecundum dici poteſt ꝙ terminus, nec extra eſt nec intra, vt diximus, ſed non de ratione illarum, non propter hoc illæ dimenſiones accipiuntur in potentia, quia nunquam fuerunt, nec erunt abſque terminis. Et propterea ſemper ſunt in actu.

Cur in cœlo nõ ſunt dimenſiones interminatæ.
Ioan. reddit cauſam cur dimenſiones quæ ſunt in materia prima ſunt in potentia ad plures terminos, at cœleſtis minime. ait enim primum eo eſſe quia non habent eſſe à forma, ſed magis à materia, cœleſtes vero à forma magis, & poſt formam.

Poſitio Ioan.

Impugnatio.
Sed hæc ratio eſt friuola, primo quia petit, nam aſſumit æque ignotum, ego enim quæro cur dimenſiones iſtæ ſe tenent ex parte materiæ? illæ vero minime, ſed ex parte formæ: iſtud enim eſt id quod quæritur. Secundo cum terminus in vtriſque ſit adueniens quoddam, & non intra dimenſionem. quare in dimenſione hac reperitur teminatum & interminatum, in illa vero minime?

Poſitio ꝓpria.
Propter quod dicas ꝙ à priori ratio ignoratur, ꝙ.n. hæc ſit terminata & interminata, illa terminata tantum, à priori cauſam ignoramus, niſi aſsignes formas pro cauſis, vt quia forma cœli & materia cœli ſunt tales, hæc vero tales. at à poſteriori Auerroes aſsignauit cauſam, quia vbi illa eſſet terminata & interminata, tunc forma cœli eſſet corruptibilis, cuius oppoſitum eſt declaratum.

Dubitatio de ordine accidẽtium cum intelligentia.
Sed dices accidens adueniens ſubiecto indiuiduo per medium indiuiſibile, eſt indiuiſibile, cœleſtis dimenſio aduenit materiæ cœli indiuiduæ per intelligentiam tanquam per medium indiuiduum. igitur erit indiuidua, & non extenſa.

Solutio.
Debes ſcire quòd intelligentia & omnia accidentia ab æterno materiæ cœli affuerunt, verum eſt inter ea ordo quidam rationis, qualis inter cauſam & cauſatum independens & dependens.

Tunc ſi in maiori accipitur aduenire pro omni eo quod accidit poſt ſecundum tempus, concedo

maiorem,

maiorem, & ſic nego minorem quia ſimul æternitate fuerunt omnia, ſi vero accipitur pro omni poſteriori ſm rem vel rationem, ſic negatur maior, & conceditur minor. Sed dices, ſi intelligentia eſt ratio quare inſunt eſt ne cã? Dicendum vt ex Auer. 2. cœli. cõm. 3. q intelligentia eſt cauſa omnium accidentium, & in triplici genere cauſæ, quia in abſtractis idem eſt finis & agens, & forma, & ita intelligentia erit cauſa omnium illorum hac triplici ratione, ſed de hoc latius poſterius dicemus.

An intelligentia ſit cauſa accidentium.
Solutio.

Et quum fuerit declaratum ab ipſo de corporibus cœleſtibus, eorum formas exiſtere in ſuis ſubiectis, tali videlicet, exiſtentia quòd non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti, Et quòd cauſa in hoc eſt, quia non exiſtunt in ſubiectis ſecundũ quòd ſint diuiſibilia, Fuit etiam declaratũ quòd iſtæ formæ non conſtituuntur per ſubiectum. Imo ſunt abſtractæ in eſſe: quoniam cum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuiduntur per eius diuiſionem: contingit quòd non conſtituunt per ſubiectum, non. n. exiſtunt in eo: neq; in toto, neq; in parte: & vniuerſaliter nec in diuiſibili, nec in indiuiſibili.

Cõm 47.

Hactenus q cœleſtes formę non diuidantur diuiſione ſubiectorum, nec ſubiectum habeãt in potentia, acute probauit, nunc q tales formę non ſubſiſtant per earum ſubiecta, declarant. Vtitur autem enthymemate, cuius antecedens eſt declaratum, & conſequens declarandum, hoc pacto. videlicet cœleſtes formæ non inſunt ſubiectis diuiſibiliter. igitur non conſtituuntur p ſubiecta. añs patet per hoc, quia tales formæ non exiſtunt in ſubiectis ſm q ſunt diuiſibilia, hoc eſt mediãtibus dimenſionibus interminatis, vt fuit pbatum. tenet cõſequentia, quia cũ exiſtunt in ſuo ſubiecto, quia quælibet illarum eſt in toto orbe. & ſingula orbis parte contingit q non conſtituunt per ſubiectum. vbi. n. conſtituerentur p ſubiectum, non eſſet quælibet earum in toto ſubiecto, & ſingula parte ſubiecti, ſed tota in toto, & pars parte, vt iam declarauimus perſæpe. Debes ſcire q ex verbis Auerro. diligenter conſideratis poſſunt colligi duæ rationes ad probandum cœleſtes formas non conſtitui per ſubiecta, in quibus ſunt. Prima eſt, quia recipiuntur in earum ſubiectis indiuiſibiliter, dictum eſt, q omnis forma quæ per ſubiectum conſtituitur, diuiſibiliter recipitur in illo, igitur per conuerſionem per contrapoſitionem, quæ non diuiſibiliter recipiuntur, per ſubiectum non conſtituentur. Secunda, quia nulla forma quæ eſt in toto ſubiecto, & tota in qualibet illius parte, conſtituitur per ſubiectum, quia dictum eſt formam quæ p ſubiectum, conſtituitur, non eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte, ſed partem in parte, inquit. {& cum fuerit declaratum ab ipſo de corporibus cœleſtibus eorũ formas exiſtere in ſuis ſubiectis, tali videlicet exiſtentia q non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubecti} hoc eſt accidẽs primæ rationis cuius cauſam repetit. d. {& q cauſa in hoc eſt quia non exiſtent in ſubiectis ſm q ſunt diuiſibilia} hoc eſt mediantibus dimenſionibus. Hæc eſt probatio. dat conſequens, & inquit. fuit etiam videlicet ab Ariſto. declaratum q iſtæ formæ non conſtituuntur per ſubiectum. Imo ſunt abſtractæ ineſſe, ſupple à ſubiectis. Hæc eſt ratio, & prima conſequentiæ deductio. Deinde deducit ſecundo loco dictam 2ñam, & inquit, qm cum exiſtunt in toto ſubiecto, & non diuidũtur per eius diuiſionem, ita vt ſint totæ in totis, & partes in partibus, hoc eſt dicere qm cum exiſtunt in toto ſubiecto, & totæ in omnibus partibus ſubiecti, contingit q non conſtituuntur per ſubiectum. vbi. n. per ſubiectum conſtituerentur, partes eſſent in partibus. Et exponit quid per eſſe abſtractas voluit intelligere. Et inquit {non. n. exiſtunt in eo, nec in toto, nec in parte, & vniuerſaliter nec in diuiſibili, nec in indiuiſibili}. Et hoc pacto dico ipſas eſſe abſtractas, qñ videlicet nullatenus ſunt in ſubiecto. Sed dubitatur primo contra hoc additum, nam Auer. 2. cœli. cõm. 15. voluit Ariſt. in fine. 8. libri phyſico. declaraſſe primam formam eſſe in maximo circulo, hoc eſt primo mobili. In ſecundo vero cœli voluit ipſum declaraſſe illam eſſe in parte primi mobilis quæ eſt oriens & illius dextrum. igitur prima forma eſt in toto. & parte, cuius oppoſitum hic ait, ſecundo videtur eſſe forma aliquam indiuidua, & in materia indiuidua. vt intellectus agẽs, quàm apud ipſum eſt in intellectu poſſibili, veluti in materia. Tertio videtur ſibi contrarius, quia primo ſumit formas cœleſtes eſſe in toto ſubiecto, poſtea addit q nec ſunt in toto, nec in parte. Pro ſolutione debes ſcire, vt iam ſæpe diximus, q eſſe in ſubiecto poteſt eſſe dupliciter, vt dependenter, & hoc modo formæ materiales ſunt in ſubiecto, quia dependent ab illo in eſſe & conſeruari, & hoc vocat Auer. conſtitui à ſubiecto vt patet primo phyſicorum. cõm. 62. & independenter, hoc eſt, quia forma ipſa non dependet à ſubiecto. ſed potius ecõtra ſubiectũ dependet à forma. Tũc ad primum dico q prima forma & cæteræ formæ ſunt in earum ſubiectis, vtpote orbibus, ſed æquiuoce hoc eſt independenter, quatenus ipſæ non ab orbibus, ſed orbes ab illis dependent. vt primo phyſicorum. cõm. 63. dicit Auerroes. Et propterea ſunt totæ in totis, non tamen partes earum in partibus, ſed totæ in ſingulis partibus, & hoc concludit auctoritas Ariſtote. & Auerrois. Ad ſecundum dicemus in lib. de intellectu, & diximus. forte. n. intellectus agens qui ſoli aſſimilatur, nullius eſt pars, cum ſit Deus. intellectus vero qui comparatur lumini eſt idem in ſubiecto cum intellectu poſsibili, & non illius forma, niſi ſecundum rationem. Sed de hoc alias. Ad contradictionem Ioan. dicit cum Auer. dixit formas cœleſtes eſſe in toto ſubiecto, eum intelligere quo ad influxum, quia influit & mouet totum ſubiectum. cum autem dicit non eſſe in ſubiecto, intelligit quo ad exiſtere. Melius dico quòd nulla forma eſt in ſubiecto, nec toto, nec parte, nec diuiſibili, nec indiuiſibili. videlicet dependenter quo modo formæ materiales ſunt in ſubiecto, cum autem ait. illas eſſe in ſubiecto. ſubdit, & non diuiduntur per diuiſionem ſubiecti. Et ſic vult illas eſſe in ſubiecto independenter, quatenus conſtituunt totum ſubiectum in eſſe & omnem ſubiecti partem. non tamen quatenus conſtituuntur & ſunt partes in partibus. & ſic tollitur contradictio. Ioannes hic vult Ariſtote. declaraſſe duo, videlicet quòd formæ cœleſtes non ſubſiſtunt ineſſe per materias, & quòd nec corpora cœleſtia recipiunt actum eſſendi à ſuis motoribus, quæ dicuntur ſuæ formæ. Et dixit hoc quia credidit valere. ſi forma non dependet à ſubiecto, nec ſubiectum dependet è forma. Sed errauit, nam Auerroes primo phyſicorum commen. 63. inquit. & fuit neceſſe vt forma eius eſſet liberata ab hoc ſubiecto, & vt non haberet conſtitutionem per corpus cœleſte, ſed corpus cœleſte conſtituitur per illam. Ecce quomodo

Vis rationum Auer. q cœleſtes formæ non ſunt in ſubiectis conſtitutiuæ.

Dubitationes contra verba Auerrois.

Quot modis eſſe in ſubiecto dicitur.

Solutio Ioan. ad cõtradictionem.

Solutio ppria.

Quæ Ioan. de viſione formæ cœleſtis ad cœlum.

Confutatio.

Propria põ de

vnione formæ ad materiam. cœlum dependet ab intelligentia. Et propterea de mẽte Auer. ſcias non valere hanc conſequentiam, videlicet, forma non depẽdet à ſubiecto. igitur nec ſubiectum à forma. quia ſtat de facto oppoſitum conſequentis cũ antecedente. In formis tñ diuiſibilibus diuiſione ſubiecti valet & eſt neceſſaria, quia ibi eſt mutua dependentia, in diuerſis tamen generibus cauſarum.

Et cum ita ſit, neceſſe eſt vt formæ qua mouetur, ſit illa ad quam mouetur, in formis .n. conſtitutis per ſua ſubiecta differunt, ſcilicet quia forma qua mouentur, non eſt illa ad quam mouentur, & ideo omnis forma huius ſcilicet quæ mouetur ad ſe ipſam perficiendam per formam aliam neceſſe eſt vt ſuum mouere habeat finitum, cũ non mouet, niſi quando mouetur. Et hoc etiam eſt vnum eorum, quæ mouerunt Ariſtotelem ad opinandum quòd formæ corporum cœleſtium non ſunt conſtitutæ per ſua ſubiecta quoniam tunc motus eorum eſſent finiti.

Cõm. 48. *Expõ. Ioan.* Ex dictis nunc infert quædam. Sed vtrum id quod infert ſit vnum, aut duo, non eſt manifeſtum. Vř Ioã. ꝙ infert vnum, videlicet ꝙ ſecus eſt in cœleſtibus formis, ſecus in materialibus. nam in formis cœleſtibus finis & efficiens idem eſt. In formis vero materialibus finis differt ab efficiente, hoc eſt illud quod infert apud Ioannem. Et huius cauſa eſt quia omnis forma in qua differt, finis & efficiens, mouet tempore finito. quare cum formæ cœleſtes moueant tempore infinito, & materiales moueant tempore finito, in cœleſtibus finis & *Propria expõ.* efficiens idem erit, in materialibus vero differt. Mihi autem vř & magis, verbis quæ habemus, conſonum, vt inferat duo, & per duas rõnes. quorum primum eſt. in formis cœleſtibus idem eſſe finem & efficientem. Et hoc ait, & cum ita ſit. videlicet ꝙ formæ cœleſtes non cõſtituuntur per ſubiecta, neceſſe eſt vt forma qua mouetur .i. forma agens, ſit illa ad quam mouetur, .i. forma finis, hoc ſequitur ex dictis, quia videlicet in ſeparatis à *Syllogiſmus litera.* materia idem eſt finis & efficiens. Sed non contentus hac ratione correllaria, probat idem ſic. finis & efficiẽs differunt in formis conſtitutis per ſubiecta. Formæ cœleſtes non conſtituuntur per ſubiecta, vt paulo ante probatum eſt, igitur in ſecunda figura. finis & efficiẽs non differunt in formis cœleſtibus. De ratione tangit ſolum maiorem .d. in formis .n. conſtitutis per ſua ſubiecta differunt. ſ. quia forma qua mouent hoc eſt agens non eſt illa ad quam mouentur .i. finis, hæc eſt maior.

Quõ in formis ſepatis idẽ eſt finis & agens. Debes ſcire ꝙ hæc maior eſt ſumpta, & non probata, ſed 12. metaphyſi. cõm. 36. ſatis declaratur, & alibi, dictum .n. eſt formam materialem eſſe imperfectã, cum in illa differat eſſe & poſſe eſſe. Et ꝓpterea finis, qđ eſt eſſe, differt ab illius formæ poſſe, qua ratione prius illa poteſt habere finem: deinde habet illum. in formis vero ſeparatis eſſe & poſſe idem eſt. Et propterea eo ipſo ꝙ ſunt, poſſunt habere finẽ, & habent, & ita ipſa agens eſt finis ſuæ actionis. Exemplum huius eſt de balneo, *Dubitatio de fine ob quẽ agit forma ſeparata.* & tu vide Auerroẽ illic. Sed dubitatur. nam ſi eo ipſo ꝙ forma ſeparata eſt ipſa habet finẽ, igitur fruſtra mouet, quia ſi mouet, vel mouet propter ſui conſeruationem, vel propter aliquid acquirendum. Non propter ſui conſeruationem, quia eſt perpetua, cui nulla poteſt ineſſe corruptio. Nec propter aliquid acquirẽdum, quia tunc non eo ipſo quod eſt, haberet finem. Secundo vnaquæque res genita eo ipſo ꝙ eſt, nanciſcitur formã. ſed forma eſt finis. igitur eo ipſo ꝙ eſt habet finem. Et ita aut non mouet, aut mouet circulariter propter finem conſeruandum, & non ob finem acquirendum, veluti quælibet forma ſeparata. *Solutio primæ dubitationis.* Ad primam reſpondet Auer. 12. metaphy. cõm. 36. ꝙ formæ ſeparatæ mouent propter finem conſeruandum, quælibet .n. mouet ob ſui ipſius conſeruationem. *Qua rõne perpetuum eget cõſeruatione.* Et cum dicitur, ſui natura perpetuum non eget conſeruatione, dici poteſt quòd duplex eſt conſeruatio (vt ita loquar) pręſeruatiua, modo quo corpora ſana poſsibilia ægrotare, conſeruantur, ipſa .n. quia poſſunt cadere in morbum, aut mortem, præſeruantur, & hæc ſpecies conſeruationis tñ corruptibilibus competit. Alia eſt coexiſtitiua. quo modo concluſio conſeruatur quo ad ſui neceſsitatem ex propoſitionibus. concluſio .n. ſuapte natura eſt vera & neceſſaria, & tñ conſeruatur à propoſitionibus, non quidem quia poſsit cadere in falſitatem vel contingentiam, ſed quia per dependentiam ab illis, coexiſtit neceſſaria. & hic conſeruandi modus competit entibus neceſſarijs, & perpetuis, hac etiã conſeruatione, & gratia huius mouet primus motor, quãq; ſit ſempiternus, mouet .n. vt conſeruetur, non quidem conſeruatione præſeruatiua, ſed coexiſtitiua. hoc eſt vt coexiſtat ſibi. hanc ſolutionem capere potes. 2. phy. auſcul. cõm. 88. & 12. metaphy. cõm. 55. & 2. cœli. cõm. 17. & in lib. deſtructio deſtructionum diſputatione. 14. in ſolutione primi dubij, & alibi pluries. *Solutio .2. Quot fines.* Ad ſecundam dici poteſt ꝙ duplex eſt finis, (vt Auer. ait) generationis vnus veluti eſt forma ipſa. Et rei genitæ alius vt eſt illius formæ perfectiſsima operatio, per quam ipſa redditur ſimillima primo motori ſ̃m poſsibilitatem ſuæ ſpeciei. Dico igitur ꝙ cum res fiunt, eo ipſo ꝙ fiunt, finem habent generationis; non autem ſpeciei atq; rei genitæ. *Differentia inter actionẽ formarum æternarum, & generabilium.* Illum quidem per generationem adipiſcuntur, hunc per motum, & mutationes. At res perpetua eo ipſo ꝙ ab ęterno fuit ab æterno habuit finem oẽm, & eſſendi, & operandi. Et propterea nõ mouet propter finem acquirendum, ſed habitum conſeruandum. Et hac ratione formæ genitæ non poſſunt mouere perpetuo, quia non mouent, niſi ob finem acquirendum, modo nullum perpetuo acquiſibile, aliquando acquiretur. *Quare formæ genitæ non perpetuo mouent, ſed motu recto.* Et per eandem cauſam non mouent, niſi motu recto, cuius eſt finis aliquando acquiſibilis. forma vero per ſe æterna non mouet ob finem per motum acquiſibilem, & ideo mouet per motum, cuius idem eſt principium & finis, qualis eſt motus circularis. *Finis formæ genitæ quis.* Amplius formæ genitæ licet eo ipſo ꝙ ſunt, acquirant quendam gradum ſimilitudinis ad primum motorem, ob quem & gratia cuius fuerunt genitæ, non acquirunt omnem gradum ſimilitudinis poſsibilem in ſpecie, & ita poſtq̃ ſunt genitę, adhuc mouent, & motu tali, vt per ipſum finem qñq; nanciſcantur, & talem vt habeant perfectam ſimilitudinem ſuæ ſpeciei competẽtem. *Finis formæ æternæ quis.* Formę vero ſeparatę eo ipſo ꝙ ſunt, habent omnem gradum ſimilitudinis ad primum motorem, & propterea non mouent, nec mouentur amplius vt acquirant, ſed vt acquiſitum coexiſtitiue conſeruent. Hoc eſt igitur primum illatum, & illius declaratio. *Secundũ illatũ de fine formarũ genitarum.* Secundum illatum eſt ꝙ oĩs forma in qua finis & efficiens differunt, hoc eſt quæ mouet propter finem extrinſecũ ab extra aduenticiũ, non mouet niſi tꝑe finito, & motu finito, & huius poteſt eſſe duplex cauſa, aut ex parte rei, quæ mouetur vel mouet, aut ex parte finis, ob quem mouetur vel mouet. ex parte quidem rei, dicit {cum non mouet, niſi cum mouetur} hoc eſt dicere quia oĩs forma quæ mouet ob finem ab extra aduenticium, ſiue ob finem acquiſibilem, non mouet, niſi mouetur, hoc eſt mouet per accidẽs, quatenus,

nus,

nus mouetur, vt canis famelicus, qui mouetur à pane appetibili,& qui mouet ſe vt panem cõſequatur, non mouet ſe niſi per accidens, quatenus mouetur ab illo pane.omne autem mouens quod in mouendo moue tur,tempore finitio mouet, quia tãdiu q̃diu finem adi piſcatur, qui extra mouet. non igitur poteſt mouere tempore infinito. Ex parte finis vero quia finis aduen ticius qñ aduenit,nõ aduenit,niſi in aduentu ſuo ceſſet motus.igitur omne quod mouet propter finem extrin ſecum, mouet tempore finito. Addit Auer. ꝙ hoc eſt, vnum eorum quæ mouerunt, Ariſt.ad opinandum ꝙ formæ cœlorum non ſunt conſtitutæ per ſubiecta, qm̃ tunc motus earum eſſent finiti. Vbi.n.eſſent conſtitutæ per ſubiectum, eſſent ordinatæ ad finem extrinſecum per ipſum motum finitum acquiſibilem eo quia eſſent genitæ,& ita non tñ ob finem generationis, ſed ſpeciei ordinatæ,hoc eſt ſecundum illatum.

Et non eſt dicendum quod formæ quibus mouentur corpora cœleſtia ſint aliæ ab eis ad quas mouentur, & quod iſtæ quæ dicunt eſſe nõ in materia omnino,& quæ carẽt ſitu ſunt formę ad quas mouentur,quum tñ illę quibus mouentur ſint formæ in materiis, & ſint diuiſibiles per diuiſionem earum.

Cõm.49. His recte illatis, circa hæc, & alia quæ iam dixerat, excludit dubitationes,quarũ prima eſt,quia dici poſſet in corporibus cœleſtibus alterius generis eſſe formas agẽtes & mouentes effectũ,& alterius formas ob quas tanq̃ ob fines mouent, quia poſſet dici ꝙ formæ effectiue mouentes ſunt diuiſibiles & conſtitutæ per ſubiecta.formæ vero quæ vt fines mouent, ſunt abiunctæ à materia, & ſeparatæ. Hæc.n.eſt poſitio Auic. qui vnicuique orbi dedit duas formas,alteram intrinſecã orbi, & materialem. alteram ſeparatam & vt finem. & hoc excludit Auer. dicens, & non eſt dicendum ꝙ formæ quibus effectiue mouentur corpora cœleſtia, ſint aliæ ab eis ad quas mouentur finaliter.& ꝙ iſtæ q̃ dicuntur eſſe non in materia omnino, & quæ carent ſubiecto, & ſitu,ſunt formæ ad quas mouentur tanq̃ ad fines.quum tñ illæ quibus mouentur effectiue ſint formæ in materiis,& diuiſibiles per diuiſionem earũ, vt putauit Auicen. qui in corporibus cœleſtibus poſuit formas mouentes effectiue, intrinſecas orbibus, & materialis atque diuiſibiles.formas vero quæ mouent finaliter poſuit ſeparatas hoc enim non eſt dicendum. Debes ſcire,ꝙ Auicen.motus fuit hac rõne, quia finis habet eſſe nobile & intẽtionale. agens habet eſſe ignobile & reale. Et propterea formæ quæ mouẽt vt fines in corporibus cœleſtibus, habent eſſe nobile & intentionale, quæ vero mouent effectiue, habent eſſe ignobile & reale,ſiue ſubiectiuum.

Põ Auic.de formis cœlorum.

Fundamentum põnis Auic.

Quoniam ſi ita eſſet, tunc illæ formæ exiſterent in ſuis ſubiectis, & mouerentur per motum ſubiectorum,et ſic diuiderentur ad diuiſionem ſubiectorum, motum.n.ſi mouetur eſſentialiter, erit diuiſibile eſſentialiter, & ſi per accidens, per accidens.

Cõm.50. Nunc probat id quod dixit contra Auic.& vtitur enthymemate,cuius conſequens eſt contra declarata & illata, hoc modo. Si ita eſſet, vt Auic.ait, tunc formæ quæ mouent per modum efficientis exiſterent in ſuis ſubiectis. Auic.n.dicebat formas effectrices in ſubiectis.finales autem eſſe ſeparatas. Et propterea patet cõſequentia, & vltra ſequitur ꝙ mouerentur per accidens per motum orbium, & ſubiectorum.tũc eſſent diuiſibiles ſaltem per accidens,veluti cæteræ formæ materiales tenet conſequentia, quia vnum quod eſt diuiſibile eo modo quo mouetur, vt ſi moueretur per ſe, eſt diuiſibile per ſe, & ſi mouetur per accidens, eſt diuiſibile per accidens. vt traditur.6.phyſico.auſcul. Et ſic patet enthimema, ꝙ ſi formæ effectrices eſſent ĩ ſubiecto & finales ſeparatæ, tũc illæ effectrices eſſent ſaltem diuiſibiles per accidens, vt in primo ad vltimum deduximus, propterea quia eſſent in ſubiecto & conſtitutæ in eſſe per ſubiectum, & ita mobiles per accidens, & ita diuiſibiles per accidens. Sed circa hæc eſt dubitatio circa inconueniens,quia apud Auic.conceduntillud.ipſe.n.tenet formas effectrices eſſe aĩas extenſas per orbes, veluti aĩæ cæterorum aĩalium. Sed vult fines non eſſe aĩas, ſed intelligibilia, quæ intelliguntur ab aĩabus vt fines. Et ſic inconueniens, non eſt inconueniens. Secũdo videtur,ꝙ nec ratio valeat, non enim oportet oẽ mobile eſſe diuiſibile quatenus mouetur.nam licet punctum moueatur ad motũ corporis in quo eſt. ipſum tñ nullo modo eſt diuiſibile. Tertio videtur ꝙ formæ cęleſtes ſint per accidẽs mobiles. Nam Ariſto.& Auer.8.phy.auſcul.cõm.52. aſſerunt omnes formas præter primam moueri per accidens. Et ita ſequitur, vt oẽs ſint diuiſibiles ſaltem per accidens. Quarto,oẽ per ſe compoſitum ex partibus per ſe vnitis, ſi ipſum moueſ per ſe,quęlibet pars mouetur per accidens.Sed cœlum componitur per ſe ex intelligentia & orbe,igitur ſi ipſum per ſe mouetur ambæ cæteræ partes mouebuntur ſaltem per accidẽs. Pro ſolutione ad primum debes ſcire ꝙ omnia hæc tenent per declarata, & etiam ſunt impoſsibilia propter declarata. declarauit.n. Auer.oẽ per accidens diuiſibile eſſe receptum in ſubiecto mediantibus dimenſionibus interminatis & vlterius oẽ tale eſſe corruptibile, quia dimenſiones ſunt multæ in potentia, & cauſa priuationis.Et propterea ſi formæ ſunt diuiſibiles propter ſubiecti diuiſionem, omnino ſequitur vt ſint corruptibiles,Et ſic patet impoſsibilitas rationis. Ad ſecũdam nõnulli volunt verbum Ariſto.hic eſſe audiendũ de moto per accidẽs, quod extenditur in loco per accidens. de tali.n.eſt verum ꝙ ſi mouetur per ſe, eſt diuiſibile per ſe.Et ſi per accidens, etiam per accidens eſt diuiſibile. nam ſi mouetur per ſe, acquirit locum per ſe & ſic per ſe diuiſibile erit. Si vero mouetur per accidens, acquirit locum per accidens. Et ſic extenditur per accidens. Sed hæc ſolutio friuola eſt, quia petit principium. Vbi.n.loquitur de moto per accidens quod extenditur in loco per accidens. ſupponit illud extendi in loco, & ita eſſe diuiſibile. Alij cõcedunt eſſe punctum, & in corpore aliquo quod mouetur, non tñ moueri ad motum illius, nec per ſe,nec per accidens,& per conſequens nec eſſe diuiſibile aliquo modo. hoc probãt auctoritate Auer.2.cęli.cõm. 14.vbi ait. polum, qui eſt punctus terminans axem eſſe in orbe, qui mouetur,& non mouetur aliquo modo.hoc aũt non cõpetit ipſi polo, niſi quatenus eſt indiuiſibile quippiam. Et cũ dicitur ꝙ motis nobis mouentur oĩa quæ ſunt in nobis, intelligitur de his, quæ ſunt in nobis vt partes.Sed hæc ſolutio ſtare non põt. nam punctum quod eſt in auge mouetur apud aſtrologos.Imo propter motum illius, dantur orbes deferentes augẽ. Amplius velocitas motus attenditur pro ratione motus puncti qui velocius mouetur, quod non eſſet niſi punctus ſaltem per accidẽs moueretur. Præterea in corpore recto omne punctum mouetur vel

Dubitatio de rõne Auer.

Solutio primæ. rationis.

Solutio.1. Scđa dubõnis.

Confutatio.

2.Solutio.

Confutatio.

vel ſitum mutat, qñ mouetur motu recto, vt omnibus patet. Id vero quod de polo dr̃, non intelligitur quatenus polus eſt indiuiſibilis, ſed per accidens quatenus eſt terminus axis, vt patet per verba Auer. illic.

3. Solutio.

Alij hac ratione coacti dixerunt puncta & gñatim indiuiſibilia nõ eſſe, quia oẽ corpus vel in corpore manens eſt diuiſibile, ꝙ ſi legantur eſſe, intelligitur illa eſſe in potẽtia, quatenus intellectus facit illa, & omnes priuationes. Faciunt pro his multa Auer. cõm. vt. 4. phy. auſcul. cõm. 100. vbi ait. motum non diuidi per inſtantiam niſi in noſtra mente. Et. 6. phy. cõm. 73. idem dicit de ipſo inſtanti, & cõm. 76. eius lib. Et. 8. phyſicorum cõm. 65.

Confutatio.

Sed re vera nulla eſt neceſsitas ob talem rationem aggredi hanc materiam. ſolutio. n. incederet in maiorẽ dubitationem, nec debemus ad euitandum minus malũ, incurrere maius malum. Propterea. Multa commenta ſunt contra hoc, vt. 8. phyſi. cõm. 66. & 4. phyſi. cõm. 106. Propterea apud eum datur duplex tranſmutatio, vt ſubitaria, quam ait eſſe in inſtanti, & temperaria. vt 4. phy. cõm. 129. & 6. phyſi. cõm. 32. & 44. & 45. & 65. & 88. Præterea. 6. phy. cõm. 86. oſtẽdit Auer. indiuiſibile poſſe moueri ſaltem per accidens & non per ſe. Propterea de corpore ſphærico quod tangit planum in puncto licet poſsimus differere pro & contra, non puto tñ ad propoſitũ eſſe aggredi nunc hanc quæſtionem.

Propria ſolutio.

Propterea facilius dici poteſt, vt Auer. inquit. in. 8. phy. cõm. 50. ꝙ aliquid moueri per accidens põt eſſe bifariam, aut vt pars ſiue membrum ad motum totius, & hoc pacto non modo quod mouetur per accñs, eſt per accidens diuiſibile, ſed ꝑ ſe. Alio modo vt forma & accñs mouetur ad motum ſubiecti, quo modo aĩa mouetur per accñs ad motum corporis, & albedo ad motum canis, & illud quod mouetur hoc pacto per accñs eſt diuiſibile ꝑ accñs, puncta autem ſi ſint, mouentur per accñs, non vt forma vel accidens ad motum ſubiecti, ſed vt terminus. ad motũ eius, cuius eſt terminus. punctus. n. nulli ſubiecto ineſt per ſe, ſed ratione eius, cuius eſt terminus.

An formæ cæleſtes moueantur per accidẽs ad motũ orbis.

De formis vero cœleſtibus an moueantur per accidens ad motum orbis, non eſt leuis quæſtio. Quidam iuniores opinantur non modo intelligentias per accidens moueri, ſed primum motorem. Mouentur autem ad hoc pro tanto, quia moto perfectibili per ſe, mouetur & prima perfectio, ſaltem per accidens. Modo motor primus eſt prima vniuerſi perfectio, & cæteri motores ſunt perfectiones primæ ſuorum orbium. igitur mouentur ſaltem per accidens ad motum perfectibilium.

Prima poſitio. Sugerij. Bacconis. Poſitio Ioan.

Ioan. vero tenet ꝙ nec per ſe, nec per partes, nec per accidens moueri poſſunt, ꝙ quidem nec per ſe, nec per partes, nemo dubitat, ꝙ vero nec per accidens, probat primo, quia omne quod eſt per accidens, tale poteſt nõ eſſe, vt. 8. phy. cõm. 36. & 37. & hoc, quia omne accidens eſt contingens quod poteſt non eſſe. Secundo ſi per accidens eſſent mobiles, eſſent ꝑ accidẽs diuiſibiles. vt dicit Auer. hic. Tertio ſi per accidens eſſent mobiles, tunc eſſent formę, materiales, vt deduxit Auer. Quarto ſi per accidens, cum per accidens ſit duplex, vel quod mouetur per aliud & poteſt ſeorſum moueri, veluti equitans in naui. vel quod mouetur per aliud & non poteſt ſeorſum moueri, vt primo de anima, cõm. 37. tunc ſi mouentur per accidens, aut mouentur primo modo, & patet ꝙ non, non. n. ſeorſum moueri poſſunt, cum non ſint corpora, nec ſecundo modo, & hoc minime. eſſent. n. tunc vel formæ accidentales, aut accidentaliter extenſæ,

Quæ Auer. 8 phyſicorum.

Auer. autem. 8. phy. cõm. 52. (vt etiam ex tex. colligitur) conciliat inter ſe hos, vbi de moto per accidens. ſubiectiue ſiue delatiue quia, videlicet, vna cum ſuo ſubiecto defertur de loco ad locum, & recipit & ſubiicitur motui vt albedo, quæ intelligitur in corpore moto, & aĩæ animalium. hæ. n. deferuntur cum ſubiectis. Et propter ſubiecta recipiunt, atque ſubiiciuntur motui, & tales ſunt formæ quæ per accidens diuiduntur ad diuiſionem ſubiectorum, huius cauſa eſt, quia cõſtituũt in eſſe per ſubiectum, & ideo ſicut ſubiecta mutant ſitus, ita ipſe mutant ſitus, ſaltem per accidens. quoddam vero mouetur per accidẽs attributiue, ſiue reſpectiue, non quia ipſum ſubiiciatur motui, mutando ſitum, ſed quia ſubiectum cui attribuitur mouetur ab alio quam ab ipſo. & hac ratione oẽs intelligẽtiæ mediæ mouentur per accidens, non quia mutent ſitus, ſed quia eorum ſubiecta, hoc eſt orbes, mouentur à primo motore. qui mouet primo vniuerſum cęlum motu diurno. ceteros vero ſecundo, & tanquã partes. vt 12. dicitur meta. cõm. 44. & 2. cœli. cõm. 71. Qua rõne patet primo nec primum motorem, nec cæteras intelligentias moueri per ſe, vel per accidens, vel per partes ſubiectiue, vt rõnes Ioan. cogunt, eſſent enim formæ materiales, diuiſibiles, corporeæ, & id genus. Patet ſecundo primum motorem nec moueri per accidens attributiue, ſiue reſpectiue, quia eius primum ſubiectum, quod eſt vniuerſum à nullo ſuperiore motore mouetur diario motu quia ab ipſomet. Et propterea eſt penitus primus & immobilis oĩno, vt vbiq; Ariſto. ait. cæteræ ſaltem per accidẽs attributiue mouentur. Et in hoc errarunt primi, qui primũ motorem & cæteras intelligentias pariter per accidẽs moueri dixerunt.

Replicatio. Prima. Secunda.

Sed occurres quia omnes ſunt primæ perfectiones ſuorum orbium atq; ſubiectorum. Igitur mobiles ad motũ illorum. Præterea ſicut mediæ per accidens mouentur cur primus motor non. nam ſubiectum primum eſt vniuerſum aggregatum ex orbibus. modo tale vniuerſum motu quidem diario mouetur à primo motore. motu vero ſignorum, contra, quia quilibet, videlicet, orbis à motore proprio. igitur primus motor mouetur per actus attributiue, ſaltem motu ſignorum, quatenus orbes qui ſunt partes vniuerſi mobilis mouentur ab intelligentiis. veluti cæteræ intelligentię mouentur per accidens motu diario, quatenus mobilia earum mouentur per ſe à primo motore.

Tertia.

Præterea cur motori, cuius mobile mouetur ab alio, attribui poteſt motus per accidens. nõ autem motori cuius mobile mouetur ab ipſomet? anima. n. equi mouetur per accidens ad motum equi, & tñ equus nonniſi ab ipſa aĩa per ſe mouetur.

Cauſæ quibus aĩæ cælorum non mouentur per accidens. Prima cauſa.

Ad primam aſsignari poſſunt duę cauſæ ex intentione. Auer. quarum prima ſumitur ex. 9. metaphy. cõm. 2. ꝙ, videlicet, forma quatenus forma non patitur per ſe à primo tranſmutato eſſentialiter, ſed per accidens, quatenus conſtituitur per ſubiectum, vbi. n. ſubiecta conſtituunt formas, tribuunt & cõicant eis peculiaritates proprias, quarum vna eſt pati & moueri, redduntur enim potentiales potentialitate ſubiectorum. Et propterea reddunt̃ paſsibiles & mobiles propter illa, ideo concludit ibi ꝙ formæ quę non ſunt in materia, hoc eſt quæ non dependent à materia aliquo modo, nec eſſentialiter nec accidentaliter patiuntur idem vt licet videre primo de gñatione. cõ. 54. ſic igit̃ prima cã eſt, quia non quælibet perfectio prima alicuius ſubiecti

mouetur

mouetur per accidens ad motu illius, niſi conſtituatur ineſſe ab illo. at vbi conſtituit tm̄, mouet duntaxat, & nullo modo mouetur ſubiectiue. Secunda eſt, quia orbis ipſe mouetur motu animæ, quæ ſuapte natura mouet quicquid mouet in orbem. quia igitur orbis mouetur motu animæ, quæ mouet circulariter, & ipſa eſt in toto orbe prima perfectio, & in qualibet orbis parte, ideo non poteſt dari ſitus aliquis, in quo non ſit ipſa anima. ſicut nō poteſt dari ſitus vbi non ſit aliquā pars orbis. anima igitur nō poteſt mutare ſitum, nec per ſe, nec per accn̄s, eo quia ipſa occupat oēm orbis ſitum, & oēm locum. Aut forte facilius ſecunda cā eſt quia orbis nō mutat locum ſm ſubiectū, ſed ſm formam, vt dr̄ in 6. phyſi. Modo intelligentia eſt prima orbis perfectio quatenus ille conſideratur quo ad ſubiectum, & non quo ad formam. ſecus eſt de animali corruptiuo, hoc.n.non occupat omnem ad quem mouetur ſitum, & etiam mouetur ſm ſubiectum & formā. Et propterea anima ſaltem ratione ſubiecti mutat ſitum. Vbi.n. homo moueretur in orbem, nec mutaret locum ſm ſubiectum, anima eius non moueretur per ſe, nec per accidens mutando ſitum, niſi forte attributiue quatenus eius ſubiectum moueretur ab aliquo primo motore. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ propter tria primus motor nō mouetur per accidens attributiue, licet eius mobile moueatur per ſe quo ad partes motu ſignorū. Primo quia primus eſt ars prima, virtute cuius cæteræ ſunt artes ſecundæ, quæ motum illum ſignorum agunt virtute primæ artis. Si.n.ille motus ſecundus eſſet virtute propria illarum, forte primus poſſet dici moueri per accidens attributiue. Secundo quia primus in mouendo nullum alium ſuperiorem imitatur, cæteræ vero mouent quatenus imitantur primū. Et propterea primus nō poteſt dici moueri motu illorum. Tertio, quia partes reducuntur ad totum. non autem totum ad partes. Et propterea cæteræ poſſunt dici moueri per accidens attributiue quatenus mobilia illarum reducūtur ad primum mobile. Ad tertiam innuit Auer. ſolutionem. 8. phyſicorum. cōm. 52. vbi vult hoc eſſe ob illius perfectionem, eſt.n.ille adeo perfectus, vt nullo modo conueniat cum motoribus corruptibilibus. Cæteræ intelligentiæ ſunt aliquo pacto diminutæ, & ita poſſunt conuenire cum animabus terrenis in aliqua conditione vt ſaltem dicantur moueri per accidens attributiue ratione ſubiectorum, non autem ſubiectiue. Et cum dicitur ꝙ anima equi mouetur per accidens ratione ſubiecti, & tn̄ ſubiectum mouetur ab ipſa tantum. Reſpondit Auer. non eſſe ita. ipſa.n. per ſe mouet. Imo niſi moueretur ab aliquo extrinſeco inuitamento, non moueret, animæ vero cœlorum per ſe mouent, quia ipſæ ſunt fines, & effectrices cauſæ motus, nullo alio concurrente. ſed de hoc poſtea dicetur. primus itaq; motor nō mouetur per accidens attributiue propter motum mobilis ſui, quia mobile mouetur ab ipſo. & ſolo ipſo anima equi mouetur per accidens attributiue, quia ſuum mobile licet moueatur ab anima, non tamen à ſola anima. Sed mobile mouetur à continente, & ſi concitat appetitum animæ ad motum.

Secūda cauſa. — *Declaratio facilior.* — *Solutio ſecunda queſtio.* — *Quare prius motor nullo modo dicitur moueri.* — *Inſtantia. Reſponſio.*

Ergo nihil eſt in corporibus cæleſtibus quo forma qua eſt motus differat ab ea ad quam eſt motus. imo ſunt eędem formæ, & non differunt, niſi in diſpoſitione.

Cōm. 51. Nunc reſpondet ad rationem Auic. arguebat.n.ille. finis differet ab agēte, quia finis vult eſſe nobile, & agēs non vult eſſe nobile. Reſpondet ad hoc ſufficere diſtinctionem rationis. intelligentia.n.eſt finis, & eſt agens, quatenus enim intelligitur vt quid conſeruabile per motum, eſt finis, quatenus vero intelligit talē conſeruationem, eſt agens. Et ſic ſufficit diſtinctio diſpoſitionis, idem igitur eſt agens & finis diuerſa diſpoſitione ſumptum. & propter hoc oportet ponere intellectus fines, & intellectus mouentes, vt poſuit Auicenna. Debes ſcire ꝙ ipſa intelligentia eſt, quod conſeruabile per motum in tantam ad primam ſimilitudinem, & in tātò à materia receſſu. Et hoc pacto habet rōnem finis optimi & appetibilis. eſt etiam intelligens & appetens hanc conſeruationē, quatenus hęc eſt eius eſſe, & optima diſpoſitio, & ſic eſt agens, mouens, & efficiens motum. igitur finis & agens ſunt idem in ſubiecto, & ſolum differūt in ratione ſiue diſpoſitione. hęc eſt ſolutio,

Quomodo intelligentia eſt finis & agēs.

Et ſi ita eſſet. Tunc ſuum mouere eſſe finitum, quod enim mouetur impoſsibile eſt vt ſit principium motus æterni, & dicit Ariſto. quod intellectus, & intellectum idem ſunt in corporibus cæleſtibus, & hoc totum dictum eſt in alijs.

Cōm. 52. Solutionem datam nunc probat, & eius ratio eſt hæc ſi finis eſſet aliud, & extrinſecum ab ipſis intelligentiis mouentibus, tunc motus quo mouerent, eſſet finitus in tempore, deducitur, quia quod in mouendo mouetur, nō poteſt eſſe principium motus æterni. Secundo idem probat auctoritate. Ariſtot. dicentis in corporibus cœleſtibus idem eſſe intellectum qui intelligit, & id quod intelligitur: igitur idem eſt finis & agēs in illis. Hæc Auer. Sed occurres primo, quia omnis intelligentia mouet propter finem extrinſecum, quia propter eum, & vt illi complaceat, & illi aſsimiletur. Secundo, vnde valet hæc conſequentia, intellectum & intellectus idem eſt in corporibus cęleſtibus. igitur finis & agens eſt idem in illis? Tertio intelligentia inferior intelligit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris. vbi patet intellectum & rem intellectam eſſe diuerſam. eſt enim intelligentia ſuperior diuerſa ab inferiore, vt perſpicuum eſt omnibus. Pro ſolutione. Ad primam debes ſcire ꝙ intelligentia mouet propter Deum & propter ſe. propter Deum quidem mouet tanquam ob finem primum, cui appetit complacere. complacet autem in mouendo, quia ſic conſeruat vniuerſum. Et ſic propter Deum & gratia dei mouet, tanquam ob finem primum, propter ſe vero mouet tanquam ob finem ſm, quatenus ipſa eſt res per motum cōſeruabilis. cum.n. eſſe eius cōſiſtat in tanto acceſſu ad Deum, & in tanto receſſu à materia, & tale eſſe eſt conſeruabile per hoc quod mouet orbem, hac ratione mouet propter ſe tanquam ob finem. ſm Animalia vero corruptibilia mouent propter Deum vt etiam illi placeant. Et non propter ſe, ſed propter quendam finem extrinſecum, qui nondum habetur. Sed per motum eſt acquiſibilis. Tunc patet vir rationis. Auer. vult.n. ipſe dicere ꝙ omne id quod mouet & in mouendo mouetur à fine extrinſeco nondum acquiſito, ſed acquiſibili per motum. impoſsibile eſt vt moueat motu æterno. Et ſic licet intelligentia moueat propter finem extrinſecum, non tamen ille eſt finis ſecundus extrinſecus per motum acquiſibilis. Vbi aūt eſſet vera poſitio Auic. hoc ſequeretur. nam intelligentia moueret ob motorem ſeparatum, & non propter illum, veluti ob finem primum. igitur velut ob finem ſcdm, & cum ille finis ſecūdus ſit alius ab intelligētia mouente

Dubitationes. Prima dubio. Secunda. Tertia. — *Solo dubiorū.*

mouente,erit oĩno acquiſibilis,per motum ab illa.Eſt.n. dignitas apud Auer. ꝙ omnis finis ſecundarius, qui eſt alius ab agente eſt per motum acquiſibilis. Et ſic motus erit finitus omnino tandem. Breuiter igitur omne quod mouet propter finem ſecundarium omnino aliũ & diuerſum à motore mouente, mouet motu finito. hoc enim pacto tollitur cauillus ille contra Auer.

Replicatio.

Sed dices, intelligentiæ mediæ mouent primo propter ſe. vt dicitur.2.cœli. cõm.17. igitur non primo propter Deum.

Solutio.

Dici poteſt ꝙ omne quod mouet, primo & per ſe mouet propter deum, vt illi complaceat,& vna ſecum vniuerſum perficiat. Et quando dicitur ꝙ illæ mouent propter ſe. dico ꝙ Auer. intelligit comparando illas ad res inferiores, quas mouent. Sed comparando ipſas ad primum omniũ motorem non eſt dubium quòd illæ non mouent primo propter ſe, ſed propter deum. Ex iis patet differentia inter animalia corruptibilia,& cœleſtia.animalia nãq; corruptibilia ob finem mouent,qui eſt aliud quid,& extrinſecum.atq; per motum acquiſibile, cœleſtia vero ob finem, qui non eſt aliud ab ipſis.nam ipſa mouentia, & ipſa conſeruabilia per motum idem ſunt.Et propterea animalia corruptibilia mouent motu finito, vt tãdiu, q̃diu finem nanciſcantur,cœleſtia vero motu ęterno,quia non vt finem nanciſcantur,ſed vt acquiſitum conſeruent.

Quõ intelligẽs & intellectum idem.

Ad ſecundam dici poteſt ꝙ Ariſto. per intellectum intelligit finem quod eſt eſſe conſeruabile per motum, & per intelligens intelligit appetens illum finem. Et propterea valet conſequentia, quia ſequitur, idem eſt finis & agens in illis. igitur mouent motu æterno. Item ſequitur,idem eſt intellectus & intellectum. igitur idem eſt finis & agens.valet.n.pro tanto, quia per rem intellectam intelligit conſeruabile per motum, & per intelligens vult appetens illum.

Quot modis intellectũ et quõ idẽ ĩtellectus et intellectum.

Ad tertiam dicerem duplex eſſe intellectum, primarium & ſecundariũ. Intellectum primarium intelligentiæ inferioris eſt ipſa ſuperior intelligẽtia vſq; ad deum,quam vel quas intelligit per eſſentias ipſarum. intellectũ ſecundarium eſt ipſamet inferior ſub ratione conſeruabilis per motũ.Cum igitur dicitur ꝙ intelligẽtia inferior intelligit ſuperiorem per eſſentiam ſuperioris,verum eſt tanq̃ intellectũ primariũ, & hoc modo differet intelligens, & id quod intelligitur. Et quando dicitur ꝙ idem eſt intellectus & id quod intelligitur hoc eſt verum de intellecto ſecundario.

Intellectus & ĩtellectum quõ idem in primo.

In primo autem motore ſolo idem eſt intellectus,& primum intellectum, quia primus motor nullum habet alium ſuperiorem, quem per eius eſſentiam intelligat. inferiores vero ſi intelligit, non per eſſentias illorum,ſed per eſſentiam propriam intelligit.

Et non eſt dictum cœlum habere animam,niſi propter appetitum exiſtentem in eo, & motum localem. appetitus vero qui eſt in hoc corpore, non eſt niſi quia eſt corpus cœleſtæ viuum per ſe,appetens per ſe,non propter potentiam exiſtentem in eo diuiſibilem per eius diuiſionem, eſſet.n.generabile & corruptibile. Et dicitur eſſe motum per principium ſeparatum, quod eſt in eo, non per principium, quod eſt pars in eo.Et hoc modo dicitur viuum,& intelligens.

Com.53.

Fuit poſitio Simplicij,quæ etiam Platoni attribuitur ꝙ cœlum eſt animal, & habet animam ob ſenſum & motum,& appetitum ſenſitiuum,veluti cætera animalia.vt dicemus in hoc libro.Mouebatur hoc argumento, quia ſi cœlum habet animam, cœlum eſt animal. Et ſi eſt animal,habet ſenſum & motum,& appetitum. non,n.eſt animal niſi per ſenſum & motum.Reſpondet ꝙ cœlum habet aĩam, ſed modo æquiuoco, quia hẽt aĩam quatenus mouetur,& appetit motu & appetitu æquiuocis.appetitu quidem intellectiuo. motu vero per principium ſeparatum.Et hoc ait, & non eſt dictum cœlum habere aĩam, ſiue eſſe animal, niſi per appetitum exiſtentem in eo, & motum localem,ſupple æquiuoce dictos. Et primo declarat hanc æquiuocationem de appetitu, & inquit. appetitus vero qui eſt in hoc corpore,non eſt niſi quia eſt corpus cœleſte viuum per ſe, & appetens per ſe, dico per ſe, quia nõ per appetitum ſenſualem, qui ſit in potentia exiſtens in eo diuiſibilis per eius diuiſionẽ, cuius cãm repetit, quia eſſet gñabile & corruptibile, & animal vniuoce dictum, appetitus igitur non eſt ſenſualis vniuoce dictus,ſed intellectualis æquiuoce ſumptus, ſeparatus & abiunctus, veluti ipſa anima. Hæc de æquiuocatione appetitus.de æquiuocatione vero motus inquit,& dicitur eſſe motum per principium ſeparatum, quod eſt in eo, & exponit quid vult per ſeparatum, & inquit. non per principium quod eſt pars in eo, ſupple depẽdens ab illo, & conſtituta ineſſe per illud, vt animalia terrena ſunt. Et ita eſt appetens appetitu ſeparato, quia intellectiuo, & mouetur motore ſeparato, quia non conſtituto in eſſe per ſubiectum. Et hoc modo,vt dicit, & per tale principium ſeparatum, eſt viuum & intelligens, & ita æquiuoce dicitur aĩal, ſiue animatum & ſic tollitur ratio Simplici. Sed circa hæc declaremus primo ꝙ cœlum eſt animatum. Secundo ꝙ de rõne animæ eſt vt habeat appetitum & intellectum, quæ ſufficiunt ad animaduerſionem. Tertio ꝙ non eſt animatum per partem. Quarto ꝙ eſt per ſe viuens & appetens per ſe.

Declarationes textus.

Quod cœlum ſit animatum.

Quod quidem igitur ſit animatum, pluribus rationibus probari poteſt, ſumantur pro nunc illæ tres quæ ponuntur ab Auerro.2.cęli. cõm.61.ſunt.n.ſufficientes,donec materia hæc alibi diſputetur. prima eſt, quia cęli ſunt præſtantiores animatis, igitur ſunt animati. non animatum.n.non eſt animato præſtantius. Secunda eſt, quia omne quod habet figuram terminatam.& motum à ſe de parte terminata in partem terminatam,eſt animatum. tale eſt cęlum. Tertia,motor cœli non eſt in materia,& eſt. igitur eſt intellectus.Et ita cœlum eſt intelligens & animatum.Cui Ariſto.12.metaphy.conſentit, quia probat cœlum moueri per intellectum & voluntatem.

Quod ad aĩaduerſionem ſufficiant intellectus, & appetitus.

Quod vero ad animaduerſionem ſufficiat intellectus, vel motus, & appetitus declaratur.nam Ariſtot.2.de anima,inquit,animatum differre ab inanimato in viuendo,at cum viuere multifariam ſit,ſi vnũ inſit, pro vita ſufficit.Sunt autem hæc intellectus,ſenſus,& motus ſtatuſũe ſecundum locum. quare ſi cœlo ineſt motus ſecundum locum à ſe,vel intellectus, vel appetitus,vel ſenſus ſufficit pro vita.Pręterea gradus animatorum ſunt vegetatiuum, ſenſitiuum,intellectiuum, & motiuum, & appetitiuum vt ibidem dicitur. igitur ad hoc vt aliquid viuere dicatur, ſufficiunt plura horum vel vnum ſolum.

Quod non per partem ſit animatum.

Quod non ſit animatum ꝑ partẽ declaremus.vbi debes ſcire ꝙ quicq̃d eſt aĩatũ per aĩam diuiſibilem ad diuiſionem corporis eſt aĩatum per partem dupliciter, & integralem,& eſſentialem.Integralem quidem, quia omne tale habet cor, aut ſimile cordi,quo eſt aĩatum eſſentialem vero, q̃a oẽ quod eſt animatum aĩa diuiſibili eſt aĩatum forma, quæ eſt pars cõpoſiti,quæ educiĩ de potentia materię. cęlum vero non eſt aĩatum per aĩam diuiſibilem,q̃a illa

non

non recipitur in cœlo ꝑ medium.vt.2.cœli ꝓbat Auer. cõm.3.nec per dimenſiones interminata, vt probatum eſt hic. igitur cœlum non poteſt eſſe animatum per partem, nec ĩtegralem, nec eſſentialem. Et ita erit animatum per eſſentiam, & per ſe.

Replicatio. Sed dices, nonne cœlum eſt animatum propter ſtellam? eſt.n.ſtella principalior pars cœli, cui anima principaliter ineſt.

Q̃uo cœlũ non eſt aĩatum propter ſtellam. Dici poteſt ꝙ ſtella eſt pars cœli principaliter animata, quemadmodũ ipſa eſt cæteris præſtantior.non tñ ęcteris partibus datur animatio mediante ſtella, vel aliquo tranſmiſſo à ſtella, vt eſt de corde, quod eſt principaliter animatum e quo eminent ſpiritus vitales, quibus vita & animatio cæteris tribuitur.

Quod per ſe ſit viuens. Quod vero ſit per ſe viuens, declaremus loco à contrario.animalia.n.mortalia viuunt tam diu quãdiu participant calido & humido.eſt.n.vita participatio animę in calido humidoúe naturali. vt dicitur in libro de longitudine & breuitate vitæ.Hac ratione fit vt vita animalium ſublunariũ ſit vita (vt ita loquar) participata, non autem vita per ſe, atq; eſſentialis. At cœlum viuit per ſe, quia non per animã ſibi inhærẽtem mediantibus diſpoſitionibus vel qualibus, vel quantis, ſed viuit eſſentia animæ, aut vnione animæ ad corpus per ſe, non autem vnione per accidens, veluti ſublunaria animalia viuunt.

Et ſi eſſet intelligens per partem in eo non eſſet intelligens per ſe. Et eſſet ſimile homini in hoc quod homo eſt intelligens per partem in ipſo.& ſimiliter homo eſt viuens, & appetens, & mouens in loco.

Com.54. Probat quod ſumpſit. ſumpſit.n.cœlum eſſe per ſe intelligens, hoc probat nunc per hoc, quia ſi eſſet intelligens per partem, non eſſet intelligens per ſe.Imo eſſet ſimile homini in hoc ꝙ homo eſt intelligens per partem in ipſo. & ſimiliter in hoc ꝙ homo eſt viuens, appetens, & mobile in loco per partem in ipſo.

Dubitatio de modo quo hõ et cœlũ intelligat. Sed occurres primo, quia ſtat aliquid intelligere per partem, & intelligere per ſe. Homo.n.intelligit per intellectum qui eſt & animæ & hominis pars, & tñ intelligit per ſe. Præterea intelligere eſt propria operatio hominis, igitur homini ineſt per ſe. Præterea ſi homo intelligit per partem, vel per partem integralem, quia intelligere nõ eſt operatio organica. Si per partem eſſentialem, aut partem quæ conſtituitur in eſſe per ſubiectum, & hoc non, quia intellectus eſt immortalis & æternus, nec è ſubiecto eius dependens aut per partem eſſentialem, quæ eſſentiam hominis conſtituit, & hoc pacto cœlum intelligit. nam anima cœli cœlum ipſum eſſentialiter conſtituit, veluti intellectus hominis ipſum hominem ſm opinionem Auer.

Solutio q̃onum. Põ Aui. de cœli intellectione. Debes ſcire, ꝙ Auer.verba hæc dirigit contra Auicennam. Auicen.n.in cœlo poſuit duas animas.alteram vniuerſalem & ſeparatam, qua intelligeret vniuerſale mundi regimen, & bonum vniuerſale vniuerſi. alteram particularem & coniunctam, qua cognoſceret motum & particulares ſitus per quos mouet cœlum ipſum, cuius eſt anima.Sed quia particularia non cognoſcuntur, niſi per eam vim, quam græci phantaſticam dicunt, ideo illi animæ præbuit vim ipſam phantaſticam.

Quæ contra Auic. Hæc conceſsit Auic.ad quæ ſequitur, vt cœlum intelligens motum proprium, & ſitus per quos meat, intelligat per partem, hoc eſt per organum phantaſtice, veluti homo qui particularem motum intelligit, & particulares ſitus, per quos meat, illa cognoſcit per organum quoddam, atq; partem quandam organicam, & quia cœlum ſic illa intelligeret per partem, ideo illa nõ intelligeret per ſe. quemadmodum nec homo, ſed mediantibus ſenſibus. Tunc ad rationes patet ſolutio, Auer.n.per intelligere per ſe, intelligit cognoſcere non mediante quodam, aut organo, aut diſpoſitione, & per idem ad ſecundum. Ad tertium vero patet ſolutio. homo.n.vniuerſalia intelligit per ſe, motũ vero proprium, & particulares ſitus, de quibus loquitur Auer. intelligit per partem integralem, tanq̃ per organum.Et hoc modo cœlum nihil intelligere poteſt.

Et vniuerſaliter quia declaratum eſt actionem iſtius corporis eſſe æternam, declarabitur formam eius non exiſtere per ſuum ſubiectum, & ſuum ſubiectum eſſe ſimplex, non compoſitum ex materia & forma, quoniam ſi ita eſſet, eſſet generabile & corruptibile.

Ex dictis infert quandam concluſionem quam ſuperius probauit à priori, & dicit {& vl̃r quia declaratum eſt actionem iſtius corporis eſſe æternam} eſt.n. actio huius corporis motus circularis æternus, & perpetuus.vt.8.auſcul.phy.deductũ eſt. declarabitur formam eius non exiſtere per ſuum ſubm̃. nec dependere è ſuo ſubiecto.declarabitur etiam ſecundo, ſuum ſubiectum eſſe ſimplex, non compoſitum ex materia & forma, qm̃ ſi ſubiectum formæ cœli eſſet compoſitum ex materia & forma, eſſet gñabile & corruptibile, vt ſæpe deduximus. *Cõm.53.*

Sunt igitur duę viæ ad probandũ formam cœli eſſe ſeparatam, & cœlum eſſe ſimplex, quarum prima eſt, quia non recipitur mediantibus dimenſionibus, ſecunda, quia cœlum mouetur motu æterno, ambæ tamen reducuntur ad vnam, videlicet, quia mouetur motu æterno. ſcitum eſt.n.formam illam non recipi mediantibus dimenſionibus, quia moueret tempore finito, & non æterno motu. Et propterea aſſerit Auer. (vt dicemus) ſubſtantias abſtractas eſſe non probari niſi via motus æterni. *Viæ q̃bus ſcitur ſubſtantia ſeparata.*

Et quod dicunt incipientes philoſophari (quod anima iſtorum corporum cæleſtium ſunt formæ in materiis, quæ ſcilicet acquirunt æternitatem ex formis immaterialibus.) nihil eſt. conuenit.n.vt id quod non habet naturam eſſendi æternam, acquirat æternitatem ab alio.& totum hoc eſt impoſſibile, natura enim generabilis & corruptibilis non recipit æternitatem ab alio. Et hoc manifeſtum eſt ei, qui conſiderat fundamenta Ariſtotelis.

Vlterius ex dictis refellit errorẽ Auic. vbi debes ſcire ꝙ Auic.& Alexan. & Philoponus, vt narrat Auer.8. phyſi.auſculta.cõm.76.& 12.meta.cõm.41.& 2.cœli. cõm.61.opinantur cœlum habere aĩam conſtitutam in eſſe per ſubiectum, corruptibilẽ quidem, nunquam tñ corrumpendam. quia à motore ſeparato nanciſcitur æternitatem.in qua poſitione Platonem imitantur, qui in Timeo aſſerit omnes res citra deum eſſe corruptibiles quaſdã tñ effici æternas iuſſu & voluntate eius, quæ eſt maior nexu illarum. Obiicit autem Auer.& probat nullum per ſe corruptibile poſſe eſſe ab alio æternum, Et hoc auctoritate Ariſt. primo cœli per longum proceſſum, & ratione hac, quia tunc natura corruptibilis reciperet ęternitatem, & contingens efficeretur neceſſarium, vt deducit Auerro.primo cœli.cõm.137. *Cõm.54.*

Sed quæritur vtrum corruptibile poſsit ab alio perpetuari, an neceſſario corrumpatur. Et videtur ꝙ non neceſſario corrumpatur, quia partes centrales terræ ſunt corruptibiles, & tñ nunquam corrumpentur cum illis non poſsit applicari cõtrarium.eadem quoq; ratio fieri poteſt de partibus ignis iuxta cœli concauum conſtitutis. Oppoſitum ſentit Auer. hic auctoritate Ariſtote. De quæſtione loquimur peripathetice, quia de mente Platonis *Q̃õ an corruptibile ab alio ꝑpetuari poſſit.*

Poſitio Ioan. et Albertillæ.

tonis eſſet alia quæſtio. Iuniores omnes(vt Ioan. & Albertilla) conſentiunt determinationem Ariſt. non haberc locum niſi in ſubſtantiis.In ſubſtantiis.n.omne æternum à parte ante,eſt æternum à parte poſt, & nihil in ſubſtantiis poteſt eſſe æternum & corruptibile. nihil etiam corruptibilem ab alio ęternum. At in accidentibus multa ſunt corruptibilia, quæ nunquã corrumpentur. Imo ab alio nanciſcuntur æternitatem. vt motus cæli eſt corruptibilis, æternitatem autem habet à motore æterno.12.meta. cõm.41.Præterea,lumen ſolis eſt corruptibile, & tñ nunquam corrumpetur. Amplius dimenſiones ſunt corruptibiles,quæ tñ nunquam corrumpeutur. Huius rei coniectura, quã ipſi non dicunt, eſſe poteſt ex eo;quia ſubſtãtia eſt æterna per priuationem cauſarum corruptionis. vt.n.ſubſtãtia eſt corruptibilis per hoc,quia habet cauſas ſuæ corruptionis,videlicet, materiam & contrarium ita eſt æterna per harum cauſarum priuationẽ. Et ſic in ſubſtãtia, nihil ęternum poteſt eſſe corruptibile,eſſet.n.ſine cauſis corruptionis, & cum cauſis corruptionis.ſimili ratione nihil corruptibile eſſe poteſt æternũ. At accidentia ipſa multas ob cauſas eſſe poſſunt æterna, interdum quia eorũ ſubiectum eſt æternum, vt motus cœli, qui ſui ex parte corruptibilis eſt,ſed ex parte ſubiecti & agentis eſt æternus.Interdum per priuationem cauſarum corruptionis, veluti ipſa dimenſio materiæ, quæ quidem, (quia caret contrario) eſt incorruptibilis. Qua ratione eueniт vt in ſubſtãtijs omne corruptibile vno modo,ſit ſimiliter omnibus modis corruptibile,& à nullo ęternũ. In ſubſtantijs.n.omne corruptibile vno modo, eſt corruptibile omni modo,cum non niſi vno modo ſubſtãtia corruptibile ſit. At in accidentibus, poteſt aliquid merito contrarij eſſe corruptibile, veluti motus cœli ratione quietis. alia ratione vero æternum, vtpote ratione ſubiecti & motoris, hæc poſſunt dici pro iunioribus. Sed hæc ſolutio non eſt peripatetica, ſapit.n. nonnihil Platonici. primo, quia Ariſto. contra Platonem primo cœli accepit vniuerſaliter in omni prædicamento eſſe maximum tempus ſignandum quo aliquid poteſt corrumpi. Vbi Auer. cõm.illius partis,118.voluit in omni prædicamento corruptibile fore corrumpendum. Secundo ratio Ariſto. qua vtitur contra Platonem ibidem, vt Auer.deducit cõm.120. ita videtur procedere in ſubſtantiis ſicut in accidentibus, & econtra. arguit.n.ſi aliquod æternum poteſt deſinere eſſe, igitur habet potentiam ad non eſſe, & vlterius arguit, aut tempore finito, aut tempore infinito .& reliqua. Vbi patet rationem eſſe vniuerſalem de accidentibus & de ſubſtantiis. nam quicquid tu finges de accidentibus, dicã ego in ſubſtantiis pro Platone. Tertio Ariſto. & Auer.ibidem.cõm.138.ſumunt ꝙ omne perpetuum vniuerſaliter ẽm indiuiduum eſſe neceſſe eſt, quorum rationes perquire. Quarto Auer. vtitur ratione Ariſto. quam iſti dicunt in ſubſtãtia,de accidentibus.vt.2.cœli cõm.15.igitur hæc poſitio non eſt peripatetica. Teneo igitur gñatim omne corruptibile neceſſario corrumpi tam in accidentibus, quã in ſubſtantiis. itemq; nullum corruptibile, ſiue ſubſtãtia ſit, ſiue accidens poſſe eſſe æternum ab alio. Sed occurres, nam potentia materiæ, qua ipſa poteſt recipere infinito tẽpore poſt hoc aliquam formam, eſt corruptibilis, & tñ æterna, quia infinito tempore poſt hoc forma generanda, nunquã generabitur. igitur nunquam illa potentia corrumpetur. Dici poteſt aliquod eſſe poſſe ſemper ens per ſe,

Confutatio poſitionis Ioan et Alber.

Propria poſitio.

Replicatio.

Solutio.

hoc eſt propter cauſas ſempiternitatis per ſe. Aliud eſt ſemper ens per accidens. veluti potentia materiæ ad dictam formam, hæc.n.potentia eſt per accidens ſemper ens. pro quanto impeditur in ſui exitu ad actum ex ſucceſsione infinitarum formarum futurarum in materia,inter quas non eſt ordo neceſſarius.Et tale corruptibile eſt per ſe corruptibile,& per accidens æternum. Sic igitur nullum per ſe corruptibile poteſt eſſe æternum per ſe,hoc eſt per proprias cauſas æternitatis, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens. per accidens autem nihil prohibet vt deductum eſt.Et hoc pacto intelligitur poſitio peripateticorum,de qua lucidius & diligentius dicemus in lib. cœli. Tunc ad rationes Iuniorum, & de motu cœli dico, ſimiliter & de lumine, ꝙ hæc continue generantur & continue corrumpuntur,& ita ſemper ſunt alia atq; alia, hoc.n.Auer.ſentit in elementis ipſis, elementum.n.æternum eſt ſecundum totum, ſecundum partes tamen ſemper aliud atque aliud.De dimenſionibus ſimiliter,ſunt.n.ęternę ſecundum eſſentiam. ſecundum tamen eſſe continue aliæ atque aliæ, vt dictum eſt. Ad rationem de partibus cẽtralibus terræ,& de partibus ignis.Reſpondet Ariſto.in libello de longitudine & breuitate vitæ. capite.3.ibi.n. ait omne corruptibile quandoque fore corrumpendum. Et ita partes centrales terræ tunc corrumpentur cum veniẽt ad locum ſuæ corruptionis. vt quando fient circumferentiales. cum.n.de terra ipſa plus conſumetur de vna parte quam de alia ob actionem ſolis & ſtellarum, & alias cauſas, ipſa continue fertur verſus illam partem ex qua conſumitur, & hoc vt medium eius ſit mundi medium. Et hac ratione partes centrales fient circunferentiales, & eodem modo dicendum de partibus ignis. hæc de quæſtione. Poteſt etiam quæri vtrum omne generabile neceſſario generatur, ſed quia hæc quæſtio attinet ad librum cœli, ſit nunc dictum in tantum.

Solutio rõnũ.

Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone quæ ſit ſubſtantia cœli. Et hoc quod fuit hic dictum eſt, quemadmodum inuenitur probatum ab Ariſto. in ſuis libris, & quemadmodum ſequitur ex ſuis dictis. apparet tamen ex verbis Ariſto. quod iam declarauit omnia iſta in lib. qui non peruenerunt ad nos. Vocetur igitur iſte tractatus ſermo de ſubſtantia orbis. dignus eſt enim hoc nomine, & hæc titulo.

Cõm. 57.

Epilogat primo ꝙ eſt declaratum quid ſit ſubſtantia cœli, vt qualis ſit eius forma, qualisúe materia. Secundo addit ea quæ hic dixit,eſſe dicta, vt inueniuntur probata ab Ariſto.in ſuis libris. aut vt ſequuntur ex iis quæ probata ſunt ab ipſo. Et ſic iſte liber eſt peripateticus,non Platonicus, nec alterius ſectæ.addit ꝙ forte hæc ſunt expreſſa in libris Ari. qui non peruenerunt ad ipſum. Tertio inſcribit librum. ait.n.hunc librum debere inſcribi propter hæc de ſubſtantia orbis. quoniam omnia quæ hic tractantur ſunt de ſubſtantia orbis,vel quæ ſunt dicta ab Ariſ.in libris de cœlo,vel quę ſequuntur.igitur iſte liber dignus eſt hoc nomine atq; hoc titulo, cum ſit adminiculator libri de cœlo,hæc Auerrois hic.

Finis primi Libri.

AVGVSTINI

AVGVSTINI NIPHI COMMENTATIONES IN LIBRVM SECVNDVM AVER. DE SVBSTANTIA ORBIS.

PERSCRVTANDVM eſt igitur de natura corporis cœleſtis, & quid intelligunt cum dicunt ipſum eſſe ſimplex, & non compoſitum, & ipſum eſſe neque graue neque leue.

Cõm. 1.

HACTENVS locutus eſt de cœlo, quo ad eius ſubſtantiam, núc proponit de ipſo dicere tria. Primũ eſt de natura eius. Secundum quid peripatetici intelligunt, cum dicunt cœlum eſſe ſimplex atq; non compoſitum. Tertium quid intelligunt cum dicunt ipſum nõ eſſe graue, neq; leue. Debes ſcire ꝙ ſubſtantia rei, & natura rei idem eſt in ſubiecto, licet differt ratione, dicitur.n.ſubſtantia quatenus eſt id quo res ipſa ſtat, ſubſtat, & exiſtit, & hoc pacto de ſubſtantia cœli dictum eſt in primo libro. quæ ſubſtantia reſultat ex compoſitione materiæ & formæ alterius rationis. Declarauit.n.cœlum habere duas naturas licet æquiuoce dictas. Dicitur vero natura quatenus eſt materia vel forma. Et ita tractabit hic de cœlo an ſit forma, an materia, an compoſitum. igiť de natura cœli, & hoc per cõpoſitionem ad compoſitionem corporum gñabilium. Hæc de intentione.

Subſtantia, & natura in quo differunt.

Dicamus igitur quòd illud corpus non componitur ex materia & forma, ſicut generabilia & corruptibilia componuntur, nulla.n.potentia eſt in eo omnino. omne.n.in quo eſt potentia, non eſt potentia, niſi ad duo contradictoria ſcilicet, potentia quæ eſt in ſubſtantia.

Cõm. 2.

Nunc proſequitur intentionem & primo probat cœlum non componi ex materia & forma, modo quo ipſa generabilia componuntur. Et duo facit, primo probat ꝙ non componitur ex materia, modo quo ipſa generabilia componuntur. Secundo ꝙ nec ex forma, & hoc proponit.d.dicamus igitur, quo modo illud corpus non componitur ex materia & forma, ſicut generabilia & corruptibilia componũtur. Quo vero ad verba attinet debes ſcire nonnullos eſſe interpretatos textum de cœlo ipſo intelligentia ſecluſa, ita vt ſit ſenſus, cœlum ſecluſa intelligentia non eſſe compoſitum. Et mentiũtur, loquitur.n.de toto cœlo, & animali ipſo cœleſti, cuius ſignum eſt, quia ſtatim propauit de eodem ꝙ ſit compoſitum ex anima & corpore. Propterea Auer. loquitur de toto cœlo. Secundo debes ſcire ꝙ non proponit abſolute probare cœlum non eſſe cõpoſitum ex materia & forma, quia contradiceret ſibi in primo lib. Sed non eſſe compoſitum ſicut generabilia & corruptibilia componuntur. generabilia.n. componuntur ex materia quę eſt potentia contradictionis, atque dimenſionibus affecta, & ex forma quæ habet contrarium ſaltem priuatiuum recepta in materia mediantibus dimenſionibus. vult igitur ꝓbare cœlum nõ eſſe compoſitum ex materia & forma modo quo corruptibilia componuntur. hæc eſt eius intentio. Vtrum vero componatur ex materia, & forma aliquo modo, dictum eſt, & poſtea adhuc diſputabimus, hanc igitur concluſionem probat enthymematice ſic. nulla.n.potentia eſt in eo omnino. igitur ſupple nec materia, modo quo ex illa componitur corruptibile corpus. antecedens probat ſic. omne illud in quo eſt potentia ad ſubſtantiam, eſt in potentia ad duo contradictoria, videlicet, ad eſſe & ad non eſſe. Tunc adde minorem, ſed cœlum non eſt in potentia ad duo contradictoria. igitur, in ſecunda figura, in cœlo nõ eſt potentia. Quo vero ad verba attinet. Auer. adiecit, ſcilicet potentia quæ eſt in ſubſtantia, quia bene in cœlo eſt potentia contradictionis ad motum. vt Auer. declarat. 12. metaphy. cõm. 41. ſed illa non eſt ad ſubſtantiam, ſed ad accidens. Et ſic patet vis rationis. At Animaduerſione dignum Ariſto. fuiſſe vſum ratione hac ad verbum in. 9. metaphy. in probãdo intelligentias ſimplices eſſe actus, vt exponit Auer. ibidem. cõm. 17. de qua ratione ſtatim diſputabitur.

De quo cœlo loquitur Auer.

Et manifeſtum eſt etiam quòd forma qua mouetur, non eſt generis formarum quatuor elementorum, quoniam ſi ita eſſet, eſſet graue aut leue, & moueretur per ſe, & etiam per accidens, vt declaratum eſt in. 8. phyſicorum.

Cõm. 3.

Secũdo probat ꝙ cœlum non componiť ex forma, modo quo corruptibilia corpora componuntur, & hoc ꝓponit.d.& manifeſtum eſt etiam ꝙ forma, qua mouetur cœlum ipſum, nõ eſt generis formarum quatuor elementorum. dico generis, hoc eſt nec forma elementi, nec mixti. Et hoc probat enthymematice ſic, quia ſi ita eſſet, hoc eſt ſi forma cœli eſſet elementaria, vel mixti, eſſet graue aut leue, & tunc cœlum ipſum moueretur per ſe ſupple à generante, & etiam per accidens à ſe ipſo, vt dictum eſt in. 8. phyſicę auſcultationis. Debes ſcire vt declarauit Auer. 4. cœli. cõm. 22. & . 4. phyſicæ auſcultationis. cõm. 71. ꝙ formam elementi grauis eſſentialiter conſequitur grauitas, leuis vero leuitas, propterea valet. ſi forma cœli eſſet elementaria vel mixti, tunc eſſet grauis aut leuis, vel ſimpliciter, vel prædominanter. Et licet totus hic liber ſit de cœli materia, atque cœli forma, quæramus vtrum cœlum componať ex materia & forma. Expoſitores, vt Thomas & Egidius, opinantur ꝙ corpus cœleſtæ, circumſcripta, videlicet, intelligentia, componitur ex materia & forma, quæ materia eſt alterius rationis à materia generabilium, & forma alterius rationis à forma generabilium.

Quæſtio ð materia cœli.

Poſitio Thomæ, & Egidij.

Rationes poſitionis.

Prima ratio.

Pro hac poſitione ſoliti ſumus arguere multifariam primo. omne ſenſibile eſt indiuiduum demonſtratum. vt Auer. ait. 3. de anima in magna digreſsione, ſed cœlum circumſcripta intelligentia eſt corpus ſenſibile. igitur indiuiduum demonſtatum. Et ita compoſitum ex materia & forma. eſt.n.indiuiduum tale ꝓpter materiam, vt dicit Auer. vbique. Secundo, omne ens, citra primum, componitur ex materia & forma, aut ex actu & potentia. vt Auer. ait. 3. de anima. cõm. 14. Sed corpus cœleſtæ, circumſcripta intelligentia, eſt ens citra primum. igitur compoſitum ex actu & potentia, & ita ex materia & forma. Tertio circunſcribatur intelligentia, & quæro vel cœlum eſt accidens, vel ſubſtantia, non accidens. igitur ſubſtantia, & tunc vel forma, vel materia, vel compoſitum. & non poteſt dici illud eſſe niſi compoſitum. Quarto circunſcribatur intelligentia & quæratur aut eſt diuiſibile, aut indiuiſibile. Si indiuiſibile, igitur intellectus, vt deduxit Auer. in libro

Secunda.

Tertia.

Quarta.

bro primo huius. Si diuiſibile, igitur corpus, & ita compoſitum ex materia & forma. *Quinta.* Quinto ſi cœlum eſt ſubiectum reſpectu intelligentiæ, & materia reſpectu motus, vt Auer. ſentit, aut igitur cœlum habet eſſe ex ſe, aut intelligentia, ſi ex ſe, igitur intelligentia aduenit enti in actu. Et ita corpus cœleſte prius fuit corpus in actu. ſi ab intelligentia, igitur cœlum eſt in potentia ad eſſe. cum ſm ſe non habeat eſſe. & per idem erit in potentia ad non eſſe. Et ita corruptibile. *Sexta.* Sexto ſumatur orbis lunæ circunſcripta intelligentia, aut igitur talis orbis eſt eiuſdem rationis cum omnibus aliis, aut alterius rationis, ſi eiuſdem rationis. igitur eſt in potentia ad omnes alias intelligentias. Et ſic erit in potentia ad plures formas veluti materia rerum corruptibilium. Si alterius rationis. igitur erit determinata ad vnam formã, & tunc vel per eius eſſentiam, vel per aliquem actum medium, nõ per eius eſſentiam, qm̃ eius eſſentia eſt pura potentia reſpectu intelligentiæ, Si vero per aliquem actum medium, tunc erit quid compoſitum ex materia & forma. *Septima.* Septimo dimenſio omnium corporum cœleſtium eſt vnius ſpeciei in omnibus illis, igitur materia omnium erit eiuſdem rationis qm̃ proprium propriorum materiæ & dimenſio, vt Auer. dixit. *Octaua.* Octauo ſi orbis recipit formaliter intelligentiam, tunc intelligentia moueretur per accidens ad motum totius. deducitur conſequentia, quia forma, eſſentialis alicuius compoſiti mouetur per accidens ad motum compoſiti. *Concluſio latinorum.* Ex iis igitur concludunt corpus cœleſte, circunſcripta intelligentia, eſſe corpus in actu conſtitutum ex propria materia. propriaúe forma, quę eſt alia ab intelligentia, per quam cœlum eſt cœlum, quintum corpus, & neq; graue, neq; leue. Imaginantur. n. in cœlo duplicem cõpoſitionem, alteram quidem ex propria materia, propriaúe forma, per quam formam (vt dixi) eſt corpus in actu. & cœlum, veluti elementum per propriam formã. alteram vero ex cœlo ſic in actu, & motore, veluti ex naui & nauta. Et ſic ex intelligentia & cœlo fit vnum in operatione, aut vnũ mobile à ſe, cuius vna pars eſt mouens tantum, altera mota & in actu. *Poſitio Arabũ et Græcorum.* Quam quidem poſitionem multi arabes, vt Auempace, & Alfarabius, & Algazel. multi etiam græci vt Alex. & Temiſtius, & Philoponus conceſſerunt. *Reſpõſio Arabum, & Græcorum ad rationem.* Tunc ad rationem Auer. quam tetigit in textu non vno modo reſpondẽt. Alex. n. & Philoponus, & cæteri arabes, concedunt cœlum potentiam habere ad ſubſtantiam, & eſſe corruptibile. dicunt tamen illud nanciſci æternitatem à motore ſeparato. *Auerrois. Solutio Thõ.* Thomas ait, cœlum ipſum eſſe compoſitum ex materia & forma, & circunſcripta intelligentia, non tamen eſt corruptibile. quia materia eſt alterius rationis, & non ſubiecta priuationi. *Solutio Egidij.* Egidius vero concedit materiam illam eſſe eiuſdem rationis. ait tamen formam illam ſatiare appetitum materiæ. Et propterea cœlum non eſt corruptibile, nec habet contrarium, hæc latini. *Propria poſitio. Auerrois. Prima concluſio.* Sed pro veritatis determinatione primo accipio cœlum circunſcripta intelligentia non eſſe compoſitum ex materia & forma vniuocis. *Prima ratio.* primo, quia omnis forma in materia vniuoca habet contrarium, vt Ariſt. innuit primo cœli. cœlum circunſcripta intelligentia non habet contrariũ. igitur non eſt forma in materia vniuoca. *Secunda.* Secundo omnis forma vniuoca in materia vniuoca recepta, ab agente naturali extrahitur de potentia materiæ. Sed cœli forma non extrahitur de potentia materiæ, igitur cœlum non eſt compoſitum ex materia & forma vniuocis. *Tertia.* Tertio omnis forma vniuoca recipitur in materia mediante dimenſione interminata, ſed forma cœli non recipitur mediante tali dimenſione, vt ſatis explicauit. igitur nõ eſt eius forma & materia vniuoca. *Secunda concluſio.* Secundo accipio & cœlum ſecluſa intelligentia non eſſe compoſitum ex forma & materia alterius rationis. *Prima ratio.* Primo quia forma illa cœli, cum ſit actus, habebit aliquam operationem, nullus enim actus eſt ſine operatione, aliter eſſet ocioſus. Et ita nulla eſſet ratio, qua probaretur neceſsitas intelligentiæ, nam ratio Ariſto. in. 8. lib. phyſicæ auſcultationis cauillari poſſet. dicendo cœlum componi ex materia & forma proprijs p̃ter intelligentiam. quia forma ꝑpria ſufficeret, eſſet. n. cœlum mouens & motũ. mouens quidem rõne ſuæ formæ abſolute, motũ vero rõne materiæ, vel rõne formæ vt eſt materia. Et ſic tollitur neceſsitas motoris ſepari. *Secunda.* Secundo forma illa cœli eſt præſtantior forma elementaria, igitur nobilioris operationis (ſic. n. probat Ariſto. nobilitatem intellectus agentis) & non poteſt eſſe niſi mouere in orbem

Tertia. Tertio talis forma vel eſt diuiſibilis, vel indiuiſibilis. Si diuiſibilis, igitur recepta in materia mediante dimenſione interminata, ſi indiuiſibilis. igitur intellectus, & ſic eſt poſitio Auer. *Quarta.* Quarto reduci poſſunt rationes, quæ ſunt factæ contra Auerroem, vt procedant contra facientem, nam aut hæc forma eſt de eſſentia materiæ, aut recipitur in potentia ſuæ materiæ. Si eſt de eſſentia materiæ. igitur materia cœli eſſet eſſentialiter actus. Si vero recipitur in potentia materiæ, igitur illa materia eſſet in potentia contradictionis, vt prius. Præterea aut omnes formæ cœlorum eſſent vnius rationis, aut alterius rationis. ſi vnius rationis. igitur vna eſt omnium materia, ſi alterius rationis. igitur nõ eſſent vnius opinionis ſpecie. cuius oppoſitum oſtẽditur. 2. cœli. *Auctoritas Ariſto.* Pro hac parte ſunt verba Ariſto. 9. metaphyſicæ, vt Auer. exponit cõm. 17. inquit. n. In materialibus quidem ſempiternis, aut ſubſtantiis alia ratio. forſan enim quædam non habent materiam aut non talem. Sed ſolum ſecundum locum mobilem. Ex quibus ſumitur hæc excluſiua. cœlum ſolum habet materiam ſecundum locum mobilem. Et tunc ſequitur hanc, igitur cœlum habet materiam ſecundum locum mobilem illa nullam materiam, quæ non eſt ſecundum locum mobilem habet cœlum. tenet enim cõſequentia ab expoſita ad exponentes. Similem ſententiam habes. 17. metaphyſicæ, vt Auerroes exponit cõm. 10. *Vniuerſalis concluſio.* Ex iis accipitur cœlum, ſecluſa intelligentia, non eſſe compoſitum, nec ex materia & forma vniuocis, nec æquiuocis. *Secunda concluſio.* Secundo dico ꝙ cœlum non eſt compoſitum inanimatum. Et licet hoc multifariam ſuperius ſit probatum, eo tamen id potiſsimum patet quia mouetur mouetur à ſe, quod proprium eſt animalium, & viuentium, vt auctor eſt Ariſtote. in. 8. phyſicæ auſcultationis, qua ratione euenit vt cœli compoſitio ſit ex anima, & corpore. vt vbique teſtantur Ariſto. & Auerro. maxime. 2. cœli cõmen. 61. id multis rationibus in libro deſtructio deſtructionum probauit in tertia diſputatione. in ſolutione dubij tertij. & diſputatione prima in ſolutione. 2. Et hoc deducetur ſubtiliter poſtea. *Tertia.* Tertio dico quòd anima cœli eſt intellectus, ita vt ipſum cœlum ſit compoſitum ex intellectu & orbe. deducitur, quia cœli anima non eſt vegetatiua ſiue alimoniaria, qua viuunt plantæ, & ſtirpes, hoc autem eo patet, quia nullum illius animæ opus apparet in cœlo. *Quarta.* Amplius nec eſt anima ſenſitiua, quoniam ibi eſſet ad

minus

minus tactus.vbi.n.eſt aĩa ſenſitiua,ibi eſt tactus,& ita
mixtio.vt deducit Ariſt.& Auer.3.de anima.cõm. 62.
Quinta.
Ex iis.5.ſequitur cœli animam eſſe æquiuoce formam
atque æquiuoce animam.Quod educitur, ſunt enim
animæ ſiue formæ in duplici differentia apud Auer-
roem , aliæ quidem quæ ſubiecta earum reponunt in
ſpecie & ipſæ dependent è ſubiectis, vti ſunt formæ ele
mentariæ,& animæ brutorum.quædam vero ſunt,quę
non habent de ratione animæ vel formę,niſi ꝙ ſubie-
cta reponunt in ſpecie,& illa conſtituunt,& perficiunt.
veluti rationalis anima ſiue intellectus reſpectu homi
Quod intelligẽtia perficiat orbem.
nis, & intelligentiæ reſpectu orbium. Quod vero in-
telligentiæ perficiant formaliter orbes, & illos repo-
nant in ſpecie, & dent non ſolum illis operationes,ſed
etiam eſſe, perſuadetur de mẽte Auerrois,de qua mul
ti dubitant. Primo omne conſtituens corpus in eſſe,
Prima ratio.
reponit illud in ſpecie,& dat illi nõ tantum operatio-
nem,ſed etiam eſſe.Sed intelligentia conſtituit cœlũ
in eſſe.vt in.1. phyſi.auſcul. cõm.63.& 8.phyſi.auſcul.
cõm.52.igitur reponit cœlum in ſpecie, & dat illi non
Secunda.
tantum operationem . ſed etiam eſſe. Secundo in ſepa
ratis à materia idem eſt forma, finis & efficiens. Sed
intelligentia eſt agens, & finis cœli igitur forma. hæc
ratio eſt Auer.in lib.deſtructio deſtructionum diſpu-
tatione tertia in ſolutione.19.dubij verſus finem.Ter-
Tertia.
tio oĩs anima eſt cauſa ſui ſubiecti in tribus generibus
cauſarum . vt Ariſto.ait.2.de anima . ſed intelligentia
Quarta.
eſt anima.igitur forma cœli . Quarto omnis forma
quæ eſt cauſa è qua fluunt omnia accidẽtia propria &
per ſe alicuius ſubiecti, reponit illud in ſpecie, & non
dat ſolum illi operationẽ,ſed etiam eſſe.Sed intelligen-
tia eſt cauſa omnium accidentium propriorum cœli
vt primo cęli,cõm.5.& 2.cœli. cõm.3.& in primo lib.
diximus igitur intelligentia reponit cęlum in ſpecie.
Quinta.
Quinto, omne id per quod alicui corpori attribuitur
propria & per ſe operatio,reponit illud in ſpecie,& eſt
forma per ſe illius.Hęc eſt Ariſto.& Auer.2.de anima
cõm.24.Sed per intelligentiam attribuitur cęlo pro-
pria operatio,igitur cęlum reponitur in ſpecie ab intel
Sexta.
ligentia. Sexto ſi intelligentia non eſſet forma intrin-
ſeca & ſpecifica cęli , ſed extrinſeca, ageret in cœlum
per influxum.Et ſic nihil eſſet in cęlo,quo cęlum age-
Septima.
ret formaliter. Septimo omne intelligens formaliter
rem liberatam à materia,eſt formaliter intellectus,aut
formaliter habens intellectum. Sed cęlum formaliter
intelligit. vt.3. de anima.cõ.14. igitur eſt formaliter
Cœlum eſt animatũ formaliter.
intellectus, vel formaliter habens intellectum. Qui-
bus apparet primo cęlum eſſe formaliter aĩatum, for-
ma videlicet vel anima,quæ reponit illum in ſpecie,vt
cœlum lunæ eſt formaliter aĩatum aĩa quæ reponit or
bem lunarem in ſpecie ſua , quæque non mõ opera-
Cœlum verius vnum & verius animal.
tionem,ſed etiam eſſe date idem.Secundo apparet cę-
lum hoc pacto animatum eſſe verius vnum,& verius
animal,q̈ quoduis animal ſublunare. Verius quidem
vnum per priuationem medij. vnitur.n.anima cęli ipſi
cęlo ſine medio, vt dicitur.2.cęli.cõm.3.verius autem
animal,quia terrenum animal eſt animal quaſi partici-
patiue,& per partem , vt diximus. Cęlũ eſt animal per
ſe, viuens per eſſentiam.& intelligens per eſſentiã, &
Cœlum per ſe beatum.
mobile per eſſentiam vt diximus.Demum apparet cę
lum eſſe per ſe beatum.nam cęli beatitudo eſt eſſentia
animæ ſuæ quæ eſt per ſe forma cęli, vt Auer.12.meta.
cõm.38.quid igitur ſit anima cęli,& qualis,& ꝙ cęlum
De ſubiecto animæ cœli.
ſit animatum.& aĩal per ſe,perſpicuum. Diſputemus
igitur quale ſit ſubiectum intelligentiæ,vbi debes ſcire
ꝙ ipſa intelligentia,& eſt ens reale, & ens intentiona-
le.q̃tenus quidẽ intellectus,eſt ens intẽtionale, & hoc
pacto nullius corporis eſt actus,ſed ſeipſum intelligit.
Quatenus vero anima eſt ens reale,& ſic eſt actus cę
li.vlterius intelligentia ſ̃m eſſe reale ſumpta poteſt cõ
ſiderari vt rationalis aĩa apud latinos.vt.n.rõnalis aĩa
in hoĩe poteſt ſumi reſpectu materię.Et ſic eſt forma,
vt vero conſideratur reſpectu corporis eſt anima, ſic
etiam intelligentia ſi conſideratur vt forma eſt actus
ſubiecti,ſiue materiæ cęli.vt aĩa,eſt actus cęli, qua ra-
tione euenit,vt quemadmodum ad rõnalem aĩam ſe-
quuntur omnia accidentia hominis,vt motus,figura,
colores,& id genus,ſic ad intelligẽtiam ſequuntur oĩa
cęli accidentia , vt lumen motus,figura,denſitudo , &
raritudo, dimenſio,& id genus.Ea igitur cęli pars quę
eſt vt materia & ſubiectum , ſi conſideretur reſpectu
intelligẽtiæ dicitur ſubiectum, quia ſemper eſt in actu
per illam.ſubiectũ.n.dicitur illud quod actu ſubeſt for
mæ,vt dicit Themiſtius primo phyſi. digreſſione vni
ca.Si conſideretur reſpectu motus,vt ſic habet rõnem
materiæ,quia eſt in potentia ad motum & quietem.
Qualiter intelligentia eſt actus cœli.
Amplius ſequit̃ ꝙ ſiue cõſideretur intelligentia,vt aĩa,
ſiue vt forma ſemper eſt actus rei perfectæ, & non rei
perfectibilis.Secus aũt de aĩa rationali . nam reſpectu
materiæ eſt actus illius vt perfectibilis rei, reſpectu cor
poris vt rei perfectæ . cauſa aũt eſt quia rõnalis anima
poteſt remoueri à materia,& p̃ſupoſuit materiã, non
aũt corpus,nã corporeitas eſt propter animal rõnalẽ.
Intelligentia fuit coæterna cœlo , nec fuit illi de nouo
vnita,& ita ſiue vt forma , ſiue vt aĩa ſemper eſt actus
cœli, vel materiæ cœli tanquã ſubiecti perfecti,& non
Quale cœlum ad hominem.
abiicientis actum.Ex iis patet cœlum eſſe ſicut eſt ho-
mo , nam ſicut homo eſt forma & materia & acciden
tia eius.ſic cœlum eſt intelligentia & ſubiectum & il-
lius accidentia.Amplius,vt homo eſt per ſe & à ſe mo-
Intelligẽtia nõ mouetur ꝑ accidens.
bile,ſic cœlum eſt à ſe mobile. Præterea, vt homo ac-
quirit rationem mobilis in actu ab aĩa. ſic cœlũ ab in-
telligentia,eſt tñ hæc differentia,quia aĩa hominis mo
uetur per accidens,quia ſubiectum mutat locũ & ſ̃m
formam & ſ̃m materiam.at cœli aĩa nec per ſe nec per
accidens ſubiectiue mouetur,quia cœlum non mutat
Difficultates. Prima.
ſitum.Sed accidunt difficultates.Prima eſt. An corpus
cœleſte ſit in potentia ad intelligentiam, & videtur ꝙ
Secunda
ſic,quia recipit illam . Et per conſequens eſt in poten
tia ad illam.Secunda eſt difficultas quæ etiam accidit
in opinione Tho.q̃m tunc eſſent duæ potentiæ mate
riæ quęque mãæ primę.veluti mã corruptibiliũ,& mã
corporũ cœleſtium,quod eſt contra Ariſt.primo quia
ipſe in lib.phyſi.tria tm̃ principia naturalium corpo-
rum tradidit omnibus,videlicet,cõia,materiam , for-
mam , & priuationem . Et ibi materiam nonniſi per
priuationem dedit intelligere.igitur ſi reperit̃ alia ma-
teria præter illam corruptibilium.tunc ille liber nõ eſ-
ſet de principijs cõibus omnibus corporibus natura-
libus. Et hæc eſt ratio Philoponi, quæ non eſt leuis.
Secundo,illæ duæ materiæ non differrẽt per earũ eſ-
ſentias, quia nullam haberent eſſentiam. Nec per ordi
nem ad formas , vt ſentit expoſitor , quia tunc earum
differentia eſſet per relationes, & ita ꝑ eſſentiã abſolu
tam eſſet vna. Tertio ſi eſſent duæ,eſſent corporabiles,
aut igitur materia cœlorum eſſe perfectior, aut imper
fectior,aut æque perfecta,nõ perfectior, quia tunc eſ
ſet actus,vel habens actũ,& ſic in infinitũ,& per idem

nec imperfectior, nec ęque perfecta, quia tunc nõ magis competeret corporibus cœleſtibus quam corruptibilibus. Tertia difficultas eſt, quia ſi in corporibus cœleſtibus ponatur potentia ad eſſe, oportet vt in eis ponatur priuatio. nam vt Auer. innuit. 9. metaphyſi. cõm. 3. potentia nunquam abſoluitur à priuatione. Et pro hac parte facit ratio Alex. nam aut principia tradita in libro phyſico. ſunt vniuerſalia omnibus corporibus naturalibus, aut non. ſiquidem vniuerſalia omnibus corporibus, igitur cęlis inerit priuatio, quæ ſunt corpora naturalia. ſi vero non ſunt omnibus vl̄ia, tunc oporteret facere librum vniuerſaliorem, qui eſſet de principijs cõibus omnibus, quæ ratio coegit Philoponum dicere cœlum eſſe compoſitum ex materia & forma vniuocis, & corruptibile, vt Auicenna etiam ſentit.

Solutio. Ad primam.

Ad has difficultates per ordinem. Ad primam dico ꝙ ſubiectum animæ cœleſtis, ſiue ea cœli pars, quæ ſe tenet loco materiæ, poteſt referri ad cœleſtem aĩam, & ad ipſum motum quo cœlum mouetur. Si quidem refertur ad cœleſtem animam, ſic tale ſubiectum eſt in potentia ꝭm dimidium eius, videlicet ad eſſe tm̃. qm̃ eſt coniuncta animę, & nunquam poteſt abſolui ab ea. Si vero referatur ad motum, cum motus cœli ſit ſemper alius atq; alius, erit in potentia ꝭm vtrunq;, ſubſtat enim hodie circulationi præſenti, & eſt in potentia ad priuationem talis circulationis. Et ſic illa potẽtia eſt admixta priuationi. Qua ratione recte ſentit Auer. dum ait, illam cœli partem quæ ſe tenet loco materiæ, ratione habita ad animam dici ſubiectum, quoniam fixe recipit, & ſemper coniungitur ipſi eſſe, ratione habita ad motum, dicitur materia, quia vt ſic priuationi ſubſternitur.

Qualiter in cœlo eſt potentia, quidue ſubm.

Qualiter materia cœli & materia generabilium ſunt eiuſdem rõnis.

Pro ſolutione ad cæteras rationes animaduerſione dignum ꝙ materia cœleſtis, & materia corruptibilium poſſunt cõſiderari aut in ratione potentiæ abſolute. Aut in ratione potentiæ tranſmutabilis. Siquidem conſiderentur in ratione potentiæ abſolute: ſic ſunt eiuſdem generis potentiæ, quia vtręq; ſunt potentiæ ad eſſe & ad formam. Si in ratione potentiæ phyſicę ſiue tranſmutabilis, ſic genere differũt, & ſpecie. nam potentia corruptibilium eſt ſecundum vtrunque propter priuationem illi ad mixtam. potẽtia vero cœlorum eſt ſecundum dimidium, quia ad eſſe tm̃ propter carentiam priuationis, quare dici poteſt ꝙ ambæ hę materiæ in ratione metaphy. cõſideratæ ſunt vniones rõnis. In ratione vero phyſi. differunt genere & ratione. Hanc põnem ſentit Ariſto. 2. lib. de generatione, vbi ait. ſunt igitur numero æqualia & genere eadem principia, & quæ in ſempiternis. ſ. ſenſibilibus nobis præſentibus, quod exponit. & inquit, hæc quidem enim eſt vt materia, hęc autem vt forma: & adhuc tertium, ſcilicet agens, quod dat nunc eſſe, nunc priuationem. non enim ad generandũ ſufficiũt duo, quemadmodum nec in primis, ſcilicet tranſmutationibus. Ex exponit qualis materia eſt generabiliũ, & qualis ſempiternorum. Et inquit, vt materia igitur generabilium eſt cauſa eius quod poſsibile eſt eſſe, & non eſſe, igitur materia generabilium eſt in potentia ad vtrunque. Deinde inueſtigat materiam ſempiternorum, & inquit, hæc quidem. n. ex neceſsitate ſunt. Illa vero non ex neceſsitate & ſubdit. horum autem, hæc quidem impoſsibile non eſſe. vt quoniam neceſſe eſt ea eſſe, vt corpora cœleſtia. Hæc aũt impoſsibile eſſe, vt hypocentaurus & id genus. Cum non contingit circa neceſſarium aliter ſe habere. Et ſic vult habere potentiam in ſempiternis eſſe ad eſſe tantum, & ita contingens ſecundum dimidium. Sunt igitur in corporibus cœleſtibus tria principia veluti incorruptibilibus, licet modo diuerſo. Secundo debes ſcire ꝙ priuatio duo dicit, abſentiam, videlicet oppoſitæ formæ, & potentiam ad illam in materia. igitur cœleſti eſt abſentia formarum elementariarum, cæterarumq́; formarum, non tamẽ potentia ad illas, quare in cœleſtibus corporibus poni poteſt priuatio ſecundum potentiam ad vnum, non autem ſecundum vtrunque. quare illa priuatio erit alterius rationis corruptibiliũ, velut materia & forma illorum.

Sententia Ariſto. de cœli materia.

Tria principia corporũ cœleſtium.

Qualiter in cœlo priuatio.

Solutio ſecundæ difficultatis.

Solutio primæ rationis.

Tunc ad ſcđam cõcedo eſſe duas potẽtias, duas mãs, duoq́; ſubiecta. quæ ſunt eiuſdẽ generis ſaltẽ analogici, quarum vna inueſtigat in lib. primo phyſi. via tranſmutationis. in lib. vero. 8. per viam motus æterni inueſtigat aliam quæ reſpectu motus eſt materia, reſpectu intelligentiæ eſt ſubiectũ. non enim poteſt inueſtigare ſecundam niſi per primã. quare in vno lib. tradidit principia cõmunia omnibus corporibus naturalibus.

Solutio ſcđæ.

Ad ſecundum eiuſdem dico illas materias differre per ſuas potentias, quæ ſunt aut differentiæ materiarum eſſentiales, aut propria. Et tũc dico ꝙ tales potentiæ ſunt abſolutæ à terminis, non tñ à cauſis, nulla. n. res præter primã eſt abſoluta à cauſa, & ita non eſt impoſsibile eſſe materiæ cõſiſtere in relatione tranſcendenti, vt Auer. ait. 12. meta. cõm. 14. potentiæ igitur materiæ cœli differt à potentia materiæ corruptibilium, quia illa potẽtia eſt ad eſſe tantũ, Hæc ad vtrũq;. Et ſic illæ materiæ intrinſecæ differũt per ſuas potentias, extrinſecæ vero per earum primas, quibus ſubſunt perfectiones.

Solutio tertiæ.

Ad tertiũ eiuſdem dico ꝙ vt eſſe earum eſt eſſe formæ, cũ illis nullum debeat eſſe, ſic comparatio eſt ratione formarum. concedo igitur materiam cœli eſſe perfectiorem, non quia tamen ſit in ſui eſſentia perfectior, ſed quia reſpicit perfectionem præſtabiliorem.

Inſtantia.

Reſponſio.

Et ſi dicas circunſcribantur actus, & fiat ratio, vt ſupra. Dico ꝙ actus non poſſunt circunſcribi, quia relatio nõ poteſt intelligi abſq; termino ad quem, materia. n. ſiue ſubiectum non põt intelligi niſi per potentiam, potentia nonniſi per actũ. igitur nec ſubiectum poteſt intelligi abſque actu, vel ordine ad actũ.

Replica.

Sed replicabis, ſi materiæ eſſe conſiſtit in potentia, & potentia eſt relatio ad actum. igitur ſubiectum conſiſtit in relatione contra Ariſto. 4. metaphyſi.

Solutio.

Dici poteſt ꝙ potentia non eſt relatio, licet referatũr ad actũm, quia non refertur ad illum vt ad terminum, ſed vt ad cauſam, è qua dependet. hæc eſt ſolutio Auer. vbiq;.

Solutio tertiæ difficultatis.

Ad tertiam difficultatem principalem dico ꝙ in corporibus cœleſtibus eſt priuatio ſecundũ genus, quoniam tantum ineſt illis quo ad primam rõnem, videlicet abſentiæ, & non quo ad ſecundã, videlicet potentiam ad oppoſitum.

Solutio rationũ Thomæ.

Solutio prima

Quibus ad rões factas pro expoſitoribus reſpondeo. Ad primam dico quòd circunſcripta vel non conſiderata intelligentia, ea cœli pars, quæ eſt ſubiectũ & mãm, nec eſt actus, nec habens actum, ſed eſt ſubm in potentia ꝭm dimidiũ, quia ſemper actu exiſtens eſt ſub intelligentia, nec eſt verũ cœlũ agere in nos circunſcripta intelligentia. Imo nec actum nec operationem habet ſine illa, vt ſentit Auer. 1. cœli cõm. 92. & 95.

Solutio ſecunda.

Ad ſecundũ ſimiliter dicatur, cœlum. n. circunſcripta intelligentia non eſt ſenſibile, nec quale, nec quãtũ, cũ hæc oĩa cõſequanẽ intelligentiã, ſed ſolũ eſt ſubm in potentia ꝭm dimidiũ contingẽtis. Et ſic cũ dr̃ oẽ ens citra primũ eſſe cõpoſitũ, dẽt ĩtelligi

illud

Solutio tertia. *Solutio quarta*

illud eẽ citra primã potẽtiã,& primũ actũ,mõ cęlũ eſt ſimplex potentia. Ad tertiũdico ꝗ eſt ſubſtantia,& nõ materia tranſmutabilis,ſed ſubiectũ & materia ẜm locum,& hoc modo illa diuiſio eſt ſufficiens. Ad q̃rtam dico ꝗ cœlũ vel illa pars cęli ĩillo priori ſi cõſideretur, eſt indiuiſibilis de facto tñ diuiſa,& propterea non intellectus.intellectus.n.eſt indiuiſibilis re & rõne.

Solutio quinta.

Ad quintam dico ꝗ illa cœli pars non habet eſſe, nec ſpeciem,nec quicquam, niſi ab intelligentia, nec ſequitur intelligentiam aduenire enti in actu, ſed eſſe perfectionem & actum entis in actu nempe cœli, quod eſt ens in actu. Et hoc concedo.eſt.n.actus perfecti non abiicientis actum,& vlterius licet ſit in potentia ad eſſe non propterea eſt in potentia ad non eſſe, quia illa potentia eſt ẜm dimidium.

Solutio ſexta.

Ad ſextam dico ꝗ illæ partes quæ ſe tenent loco materiæ in cœlis,ſunt alterius & alterius rõnis, vt motus & formæ vt diſputabimus.2. cœli cõm. 49.Et concedo ꝗ quælibet illarum eſt determinata ad ſuum actum per eius potentiam quę eſt eius eſſentia, & ẜm dimidium poſsibilis conſtituta.

Solutio ſeptimæ.

Ad ſeptimam dici poteſt dimẽſiones in ratione phyſi. eſſe ſpecie differentes, in ratione meta.eſſe eiuſdem rationis.

Solutio octaua *Poſitio Thomæ venit ad illam Auerro.*

Ad octauã patet ſolutio per dicta in qõne hac, & in fine libri præcedentis. Ex iis patet ꝗ ſi materia cœli eſt alterius rõnis, vt Thomas enititur probare, etiam eius forma erit alterius rationis. Et ſic illa forma poni non poteſt,niſi intellectus.quare fruſtra ponitur illa forma orbis vltra intelligentiam. Illa.n.non poteſt poni, niſi ſit alterius rationis, & per conſequens immaterialis, & ita intellectus.Hæc de quæſtione.

Remanet igitur vt natura eius ſit natura animæ.

Commen 4.

Patuit cœlum habere formam,quæ nec eſt elementaria,nec mixti alicuius inanimati, nunc cõcludit qualis ſit cœli forma, per quam cœlum eſt cœlum, & per quam mouetur à ſe. Et inquit,remanet igitur vt natura eius formæ ſit natura aiæ.forma igitur cœli eſt aĩa, & cęlum eſt animatum & animal.

Vtrum cœlum habet aliã formam vltra animam.

Sed occurres vtrum preter animam cœlum habeat aliam formam. & videtur ꝗ ſic. nam cœlum eſt mobile in actu omne.n.qđ mouetur diuiditur in partem motam in actu, & partẽ mouentem in actu. Si igitur pars mouens in actu eſt anima, pars mota in actu non poteſt eſſe niſi alia forma vltra animam quæ ſit in actu. Præterea cœlum eſt corpus & ſubſtantia. igitur ad minus vltra animã erit forma ſubſtantiæ, & forma corporeitatis, quibus eſt

Solutio.

ſubſtantia & corpus. Dicendum cœlum ipſum nullam habere animam, nullamúe formam ſubſtantialẽ,præter aĩam illam,& vnicam aĩam ,è qua cœlum redditur actu mobile corpus, & ſubſtantia, anima.n.quo forma eſt,dicitur mouẽs in actu. quo aũt eſt id è quo corpus cœleſte reponitur in ſpecie,& eſt quãtum: & actu corpus, dicitur ſubſtãtia & corporeitas.

Anima hominis & anima cœli differunt.

Differt aũt aĩa cœli ab anima hominis.nam anima hominis prius,ſaltem ẜm rationem,dat materię eſſe ſubſtantiæ,ſecundo eſſe corporis, tertio eſſe vegetatiuum,quarto ſenſitiuum, & demum rationale. aĩa vero cœli prius dat eſſe aĩal ipſi cœlo, & non prius dat eſſe corporis vel aliquid id genus, nec ẜm rem, nec ẜm rationem.

Cœlum prius animal q̃ corpus,ſecus in homine, & prius animal q̃ cœlũ.

Ex iis concluditur cœlum eſſe prius animal quam ſubam vel corpus econtrario ipſe homo, prius.n.eſt ſubſtantia & corpus,& poſtea animal.cœlum.n.prius eſt animal, quia ante aĩam in cœlo nulla præceſsit forma, nec ẜm rem nec ẜm rationem, ſicut ante animam in homine præceſſerunt corporeitas, & ſubſtantialitas ſaltem ẜm rationem. Poſtea eſt corpus, quia ex vnione animæ ad cœlum redditur cœlum corpus quantum: & figuratum,& id genus. vlterius dico ꝗ cœlũ prius eſt animal quam cœlum, veluti homo prius aĩal quã homo, & loquor de priori ẜm naturam,ſiue ẜm intellectum, non autem ẜm rem. Tunc ad rõnem. Ad primam dico ꝗ cœlum eſt mobile in actu ab intelligentia, ſicut homo eſt mobile in actu ab anima rõnali.cœli.n. forma, quatenus anima.eſt mouens in actu, quatenus eſt id ad quod conſequitur corporeitas, dimenſio & cœlitas. & id genus eſt ratio qua cœlum redditur mobile actu,vt enim in homine nihil eſt præter animam rationalem apud latinos, per quam homo eſt mouens & mobile à ſe, ſic in cœlo nihil præter intelligentiam, per quam eſt mouens, mobile à ſe. Ad ſecundam patet ſolutio,in cœlo.n.ſubſtãtialitas & corporeitas ſunt poſt copulationem animæ. Et ſic non ponitur in cœlo alia forma præter animam. *Solutio.*

Sed quando nos inſpexerimus animalia:quæ ſunt hic, inueniemus duo principia duorum motuum,quorum alterum eſt principium motus recti ,ſcilicet motus ad inferius, aut ad ſuperius. Et ſecundum principium eſt motus localis proceſsiui. Et inueniemus motum iſtum eſſe contrarium motui declinationis eßentialis, qui eſt in eo. Et ideo accidit ei laſſitudo & neceßitas ad quietem, Vnde neceße eſt vt principium motus cœleſtis corporis ſit generis animæ tantum: & quòd motus quem habet circulariter ſit motus propriæ animæ, ſecundum quòd eſt anima.

Hactenus quòd forma cœli ſit anima, nunc vult cõcludere qualis anima ſit illa cœli, & primo concludit ꝗ principium motus cœli ſit anima, & eius motus ſit motus animalis purus vt ex his veniat ad naturam animæ cœli. *Commen.5.* Quod vero principium motus cœli ſit anima, & cœli motus ſit animalis tantum, venatur per animalia ſublunaria,& forma rationis eſt entymematica hoc pacto, in animalibus ſublunaribus ſunt duo principia motus. quorum vnum eſt contrarium alteri.igitur principium motus cœli eſt aĩa, & motus cœli eſt animalis tantum.ideo primo declarat ꝗ in animalibus ſublunaribus ſunt duo principia,Secũdo ꝗ ſunt contraria. Tertio infert concluſionem. De primo inquit,ſed quãdo nos inſpexerimus aĩalia, quæ ſunt hic. inueniemus duo principia duorum motum, quorum alterum eſt principiũ motus recti.ſ.motus ad inferius, aut ad ſuperius,quod principium eſt elementum prędominans, ab elemento.n.prædominante mouetur aĩal ſurſum aut deorſum.Et ſecundum principium eſt motus localis, proceſsiui, quo aĩal procedit de loco ad locum ẜm omnem differentiam poſitionis, quod principium eſt anima ipſa.Hoc eſt primum. Secundo declarat ꝗ hæc principia ſunt contraria; ſiue (vt melius dicam)repugnantia,ſibiq; mutuo reſiſtitiua,& inquit, & inueniemus motum iſtum proceſsiuum eſſe cõtrariũ ſiue reſiſtitiuũ motui declinationis eſſentialis,qui eſt in eo,vt motui ſurſum,vel motui deorſum,q motus declinationis,ſiue inclinationis dñr,pro quãto ſequuntur grauitatem vel leuitatẽ, Et ꝗ ſint cõtrarij declarat à ſigno,quia propter talem cõtra operantiam euenit in animali laſsitudo:& interuenit quies, & ſomnus,hoc eſt ſcđm. Ex iis infert concluſionẽ,& inquit. vnde neceſſe eſt vt principium motus cœli ſit generis animæ tñ,& non aliqua ex parte ab elemento prædominante,& ſit motus animalis & animæ tñ,non mixti & proceſsiuus.Hæc eſt cõcluſio.quę quidẽ ſequit ꝑ

tanto, quia cœlum non quieſcit,nec laborat in motu. Et poteſt ſyllogiſmus eſſe hoc pacto,oē animatū quod ſine labore & in quiete mouetur, animali tm̄ motu. moueť cęlum eſt aïatū, quod ſine labore & quiete mouetur.igitur motus cęli eſt animalis tantum.Hæc ſunt quæ Auerroes ait. Debes ſcire, vt colligitur ab Ariſt. & Auerro.2.cœli.cōm.3.ꝙ compoſitio in motu accidit propter differentiam principiorum mouentium, vt in animali euenit, nam corporis eius grauitas principium eſt motus deorſum, anima aūt motus circularis.omnis.n. aïa quatenus anima ſuapte natura mouet in orbem, propterea Empedocles dixit illam eſſe circulum.Plato vero dixit eam eſſe numerum ſeipſum mouentem,& quia hæc principia ſunt contraria,fit vt motus animalis nec rectus ſit,nec circularis,& ita mixtus ex vtroque qui vocatur progreſsiuus ab Ariſto.in lib.de cauſa motuum animalium. Ex hoc ſequitur vt cœlum moueatur motu animali, & ſimplici, animali quidem, quia per nullam inclinationem naturalē, ſimplici vero per carētiam diuerſorum principiorum.

Quæſtio quomō motus elemēti prædominantis eſt. Sed circa hæc quæres primo vtrum elemento prædominanti competat aliqua actio pro efficiendo motu mixti, ſiue mixtum ſit animatum, ſiue inanime. & videtur ꝙ ſic,quia Auer.primo cœli. cōm. 9. ait.motum mixti eſſe ab elemento prædominante, quod nō eſſet,niſi elementum ageret quicquam in motu illius. Secūdo niſi elementum ageret in motu mixti animalis,non eſſet motus progreſsiuus per contraoperātiā, nam nulla ibi eſſet reſiſtentia, & nulla repugnantia.

Poſitio Ioan. Ioannes primo cœli tenet ꝙ quando ipſum mixtum mouetur ab elemento prædomināte vt lapis,tunc motus eſt effectiue ab elemento prædominante. Imaginatur.n.motum illum primo competere elemēto prędominanti & eſſe effectiue ab elemento prædominante. Secundo eſſe mixti. Mixtum.n.moueri dicit motu elementi prædominantis,non vt ſubiectum primū, & agens primum. Sed elementum prædominans mouetur vt ſubiectum primum & mouens primum. Et ſic vult elemento competere quandam efficientiam reſpectu motus mixti. *Deductio poſitionis.* perſuadet Ioannes poſitiones, quia mixtum ipſum (vt ſenſu patet) mouetur,aut ab elemento prædominante effectiuæ. aut ab elemento exuperato, aut ab vtroque. non ab elemento exuperato,quia à proportione minoris inequalitatis non ꝓuenit actio, non ab vtroque. quia tunc eſſent æquipotentia. Et ſic eſt motus animalis, & habetur ꝙ ſaltem particulariter elementum prædominans concurrit vna cum anima, igitur ab elemento prædominante.Secundo illud debet moueri à natura elemēti prædominantis, cuius principium motus in ſe habet. Sed mixtum habet principium elementi prædominantis, vt lapis in ſe habet principium motus terræ, videlicet grauitatem.igitur elementum prædominans concurrit effectiue.Et ita vult Ioānes in mixto inanimato elementum prædominans eſſe totale efficiens motum. In mixto animato vt in ipſo animali, eſſe tm̄ partiale efficiens. Sed Ioannes errat in duobus,primo,quia *Confutatio.* non videtur verum ꝙ elemeutum ſit primū mobile in mixto inanimato. Tum motus quia primo competit mobili per ſe,quam mobili per accidens.at mobile per ſe eſt totum mixtum. elementum aūt mobile per accidens, quia moueť vt pars mixti,igitur mixto competit primo. Tum ſecundo, quia ſi competeret elemento primo motus ille deinde mixto,tūc mixtum moueretur violenter,quia motu tractus. Secūdo errat quia non vř verum,elňto competere aliquā efficientiam reſpectu motus mixti,qm̄ oē quod agit,agit vt eſt in actu.at forma elňti in mixto nō eſt in actu, qa ſiue ſit vera poſitio latinorum, ſiue poſitio Auer.de mixtione,nunquam forma elňti eſt actu in mixto, ſed vel virtualiter, vt latini ſentiūt,vel diſpoſitiue & mō medio inter potentiam & actum vt Auerro.tenet elementum,igitur non agit. *Poſitio Auer.* Propterea tenēdū eſt de mēte Auer.ꝙ id quod per ſe mouetur eſt ipſum mixtum, id vero quod per ſe agit motum, eſt forma ipſius mixti vltima, & propria, quæcunque ſit illa, quæ in materia recepta eſt mediantibus formis elňtorū. Vbi debes ſcire ꝙ licet diſpoſitio alicuius formę non agat per ſe, eſt vel pōt eſſe conditio,& quaſi diſpoſitio agendi. veluti caliditas ignis reſpectu formę ignis.Ex iis ſequitur ꝙ id quod per ſe primo agit motū mixti, eſt forma mixti.hæc.n.mouet corpus mixti in quo eſt & moueť, mouetur.n.vt in materia.Mouet vero vt forma. Secundo ſequitur ꝙ primo primitate diſpoſitionis mixtum mouetur ab elemento prędominante,ſiue forma illius.vt.n.ignis calefacit,nō quatenus ignis,ſed quatenus calidus ſic forma mixti mouet quatenus effecta forma elňti prædominātis.Et ita mixtū moueri ab elemēto ꝑdominante eſt mixtum moueri diſpoſitiue ab illo,& principaliter ab eius forma.ſequitur.3.aïal moueri motu progreſsiuo compoſito ex recto & circulari ab aïa, ſed quatenus afficitur à diſpoſitione elňtaria aliquo modo.Propterea videtur aliqua cōtraoperantia hic. Tunc patet rōnes Ioan.nullas eſſe. Primam quidem, quia non mouetur mixtum ab elňto. ſed ab aïa,diſpoſitiue ab elňto. Ad ſecundum patet ſolutio etiam per idem.nam principium motus mixti non eſt elňtum,ſed aïa qua eſt oïs motus,licet q̄tenus afficitur diuerſa diſpoſitione. Ad rōnes principales patet ſolǒ per dicta in qōne, auctoritas.n.Auer.intelligitur motum eſſe ab elňto prædomināte diſpoſitiue, & nō principaliter. Ad ſcďam dictū eſt motū aïalis eſſe penitus ab aïa effectiue.Sed quatenus aïa afficitur diſpoſitione elňtaria, ſic diciť per contraoperantiā.Hæc de qōne hac dicta ſint ſatis,quia.1.cœli dicemus diligentius. Scďo occurres quot ſunt cauſæ laboris. quibuſúe aliquid moueť cum pœna. *De cauſis laboris.* Diciť pōt cauſas pœnę & laboris eſſe tres.Remotiſsimā quidem eſſe materiā.nihil.n. pōt cū labore moueri,niſi ſit in mā.non tm̄ oē exiſtēs in materia, mouetur cū labore,graue.n.non laborat in deſcendendo.Remotā vero eſſe contrarietatē principiorum motus, mō quo expoſuimus.nihil.n.moueť cū labore,niſi cōponať ex principijs cōtrariis.nō tm̄ oē tale moueť cū labore.Mixtum.n.terraceū non moueť cū labore proxima demū cā eſt ſpirituū reſolǒ. hac.n. ſtante eſt labor,& hac remota ceſſat labor.Et propterea cā hæc cum cōuertibilis ſit cum effectu, proxima habetur, quibus patet cœlū ob tria non moueri cum labore,& quia caret cauſa remotiſsima,videlicet mā. & quia caret cauſa remota, videlicet principiorū mouentium cōtrarietate,& quia caret proxima cā. videlicet reſolutione ſpirituū. Vtrum vero cœlum reſiſtit intelligentiæ. Et quo reſiſtentiæ genere, ſcribimus in libro.d.d.& in ſecūdo.cęli ſcribemus. *Dubitatio contra dicta.* Sed id quod contradicta eſt dubitatione dignum eſt, quia Plato voluit cœlum ſuſtineri ab anima. Contra quem Ariſto.ſecundo cœli. vt Auerroes deducit.commen. 6.intulit,ꝙ tunc cœlum moueretur cum labore. Et

conſtat

conſtat vbi eſſet vera poſitio Platonis, non eſſe in cœlo ſpiritus reſolubiles. igitur reſolutio ſpiritūum non eſt niſi cauſa per accidens laboris. Dici poteſt quòd licet Plato non dicit cœlum conſtare ex ſanguine, aliquoúe humore, tamen ad ipſum ſequitur cœlum cõſtare ex ſanguine. Et ita reſolutione ſpirituum laborare. cum enim Plato ponat in cœlo animam, & cœlum eſſe graue ab illa ſuſtentabile, mox ſequitur ipſum eſſe vnum animal vt ſublunare animal eſt. Et ipſum eſſe compoſitum ex oneribus.

Solutio.

Poſitio Auer.

Et cum ita ſit, ſequitur quòd illa natura eſt, quæ facit ipſum eſſe corpus, neque leue, neque graue, & moueri circulariter.

Commen 6. Ex iis modo declaratis, videlicet quòd principium motus ſit anima, infert quandam concluſionem, videlicet quòd illa natura quæ eſt cœli anima, efficit cælum ipſum corpus, & neutrum, hoc eſt neque leue, neque graue. Debes ſcire quòd non valet, natura, ſiue forma alicuius compoſiti eſt anima, igitur compoſitum nec eſt leue, nec graue, nam forma leonis eſt anima, & tamen leo eſt quid graue. Sed hoc pacto valet, natura & forma ſiue principiũ quo mouetur aliquod compoſitum eſt anima tantum, & nihil aliud ſiue principaliter, ſiue diſpoſitiue. igitur tale compoſitum eſt neque leue, neque graue, ſed corpus neutrum. & hoc pacto eſt eius forma, ſiue principium. quo mouetur anima tantum, & nihil aliud, vt fuit expoſitum. Secundo animaduerſione dignum quòd cœlum non eſt neque graue, neque leue propter omnes cauſas. propter finem quidem, quia ſi ipſum cœlum eſſet aut graue aut leue, eius motus eſſet cum labore, & non perpetuus, vt igitur eſſet motus ſine labore, & perpetuus cœlum neceſſario fuit neutrum. propter materiam vero quia cœlum ipſum non eſt elementum, nec elementarium quid. quod eius motus indicat, qui eſt nec è medio, nec ad medium. Sed circa medium, propter formam vero, quia talia ſunt accidentia alicuius compoſiti, qualia forma illius requirit. Diuerſitas enim formarum eſt cauſa diuerſitatis ſubiectorum, & quo ad quantitates & qualitates & id genus, vt Auerroes inquit primo cœli. commen. 5. potius enim forma neceſsitas materiam, quam materia formam, vt in exemplo de membris leonis ſolet adduci ex primo de anima. Propter cauſam efficientem tandem quia intelligentia ſui natura non eſt apta agere niſi neutralitatem, efficit enim motum neutrum, & naturã neutrã. Et ſic patet quod Auer. inquit.

Qualis ratio Auer.

Propter quid tale ſit cœlũ.

De cauſa labo ris.

Et animali quod eſt hic contingit non moueri circulariter niſi quia eius anima conſtituitur per corpus, quod mouetur motu recto, & ſic opponitur declinatio hic.

Commen. 7. Reſpondet ad tacitum cauillum, quia dictum eſt motum circularem eſſe proprium animæ quatenus anima eſt. contra cauillaretur aduerſarius, quia vbi ita eſſet, tunc animalia ſublunaria mouerentur circulariter. quia illa habent animas, quorum proprium eſt mouere circulariter. cui Auerroes reſpondet animalia quę ſunt hic, ideo non moueri circulariter, quia habent aĩas, quæ conſtituuntur ineſſe per corpus, qđ ſuapte natura mouetur motu recto, videlicet, à prædominio elementi grauis, vel leuis, qua ratione illi animæ opponitur declinatio, ſiue motus procedens ab altera qualitatum elementarium. ex cuius oppoſitione, vt

Declinatio cur reddita.

Dubitatio. dictum eſt, redundabat motus progreſsiuus aĩalis. Sed occurres, quia vt cęli ſunt propter aĩas eorum, ſic aĩalia ſublunaria ſunt principaliter propter aĩas. igitur motus horum aĩalium non eſt niſi circularis, & animæ tm̃. antecedens vero deducitur primo Politicæ, capite. 3. vbi perſuadet aĩam corpori prædominari, ipſumq́; regere & gubernare. Idẽ primo de aĩa. per Ariſt. & Auer. cõm. 53. vbi à parte indicant aĩalia & corpora eorum eſſe ꝑ natura aĩarum. Amplius entitas, eſſe, & vnitas eſt à forma, vt Auer. cõm. 7. lib. 2. de aĩa. Præterea idem. 2. phy. & tex. & cõm. 2 6. Et primo cœli. cõm. 72. ſemper. n. habetur ipſas materias eſſe propter formas, & corpora propter animas, igitur ſemper corpus mouet̃ pro qualitate & natura aĩæ, & ita nonniſi circulariter. Iam diximus ꝙ motus animalis mixti eſt mixtus, à prædominio animalis. in motu. n. progreſsiuo plus eſt de circulari, quatenus eſt ab eodem in idem, vt clariſsime conſtat in motu pulſus, qui dilatatione, & cõſtrictione agitur. Minus vero de recto, quatenus anima illa afficitur aliqua ex parte diſpoſitione elemẽtaria, quæ prædominatur. rationes igitur concludunt ꝙ corpora ſunt propter animas principaliter, nõ tamen eſt dicendum nullo pacto animas eſſe propter corpora. immo aliquantulum ſunt propter corpora, conſtituuntur enim ineſſe per illa. Et propterea motus illorũ eſt plus circularis. Minus vero rectus.

Solutio.

Sed quia anima quæ eſt in corpore cœleſti non eſt innata moueri circulariter ab eo, quod eſt innatum circulariter moueri, quia non eſt anima in eo vt in corpore graui aut leui, cum ipſum moueatur ex ſe & ab anima, ideo animam habet tantum: & non habet aliud principium.

Cõm. 8. Cõfutato cauillo videtur mihi ꝙ idem repetat per aliud medium. probauit. n. cęlũ non habere aliud principium ſui motus, niſi animam tm̃, & hoc ex qualitate motus, quo cœlum ipſum mouetur. nunc idem perſuadet per rõnem ſupranominat à qualitate aĩæ cœli. Et vtitur enthymemate ſic. aĩa cœli non mouetur ad motum cœli. igitur cœlum nõ habet aliud principium ſui motus præter animam. Dico aliud nec principale, nec diſpoſitiuum. antecedens probatur in tex. per hoc quod fuit probatum, quia aĩa cœli non eſt in cœlo, veluti in corpore graui eſt eius forma, vt pote medianti-bus diſpoſitionibus qualitatiuis & q̃titatiuis. Et ꝙ aĩa cœli non ſit in cœlo vt in corpore graui, patet quia cœlum mouetur à ſe, hoc eſt ab aĩa ſua. & non à gñante, vel remouente prohibens, vel ab alio id genus. Et ſic patet antecedens. conſequentia tenet; per ea quæ dixit oĩs. n. forma elementi vel elementaria conſtituitur per ſubiectum, & habet ſecum diſpoſitiones, quibus afficitur ad motum alium ab eius forma. igitur quæ nõ cõſtituitur per ſubiectum, erit oĩno ſimplex motus principium. Aĩaduerte ꝙ tex. inuenitur hic multifariam. Ego vero non legi eũ in propria lingua. propterea vt habui, expoſui. tu non multum cures verba.

Et quia mouetur circulariter ſcimus quòd proprium illius animæ ſecundum quod eſt anima, eſt mouere circulariter. Natura igitur iſtius corporis non eſt niſi natura animæ mouentis in loco.

Cõm 9. Demum à poſteriori dat ſignum, vnde ſcitum eſt proprium animæ eſſe mouere in loco. Et inquit, & quia cælum mouetur circulariter, ſupple & à nullo alio principio, nec effectiuo, nec reſiſtitiuo, niſi ab anima, Scimus ꝙ proprium illius animæ, ſecundum ꝙ eſt anima, eſt mouere circulariter. eſt enim hæc demonſtratio ſigni. Demum epylogat de forma cœli, & ait, natura igitur, ideſt forma iſtius corporis, nõ eſt

niſi natura animę mouentis in loco,hoc eſt forma igitur cœli eſt aĩa tm̃, & nihil aliud,hæc Auer.de forma. *Dubitatio.* Sed occurres. ſi motus cœli proficiſcitur ab anima tã tum,nullo alio principio reſiſtente, nec cœlo ipſo reſiſtente, tunc motus cœli eſſet ſubitarius, quia motor cœli mouet ſm̃ vltimum ſuæ potentiæ apud Auer.& non pro voluntate. *Solutio de reſiſtentia cœli.* Et nihil ei reſiſtit mobile. De reſiſtentia cœli multa ſcribimus in lib.deſtructio deſtructionum, & dicemus adhuc in libro cœli. *Duplex reſiſtẽ.* Nunc vero quantum propoſito ſeruit animaduerte ꝙ duplex eſt reſiſtentia. altera ad motum. quomodo graue reſiſtit trahenti ſurſum. Altera ad terminum motus, quomodo graue reſiſtit pellenti deorſum.non.n.reſiſtit ad motum, quia inclinatur ad illum,ſed ad terminum motus, ſui natura eſt aptum natum tanta velocitate deſcendere,& ferri in terminum ad quem.In propoſito, cœlum ipſum non reſiſtit motori ſiue animæ ad motum,quia ſic eſſet cũ labore motus cœli.Sed reſiſtit ad terminum motus,quia cœlum non eſt aptum velocius ferri in terminum ad quem, quam mouetur, vt primo cœli. cõm.1 o o. colligitur verſus finem.Sed *Replica.* replicabis & acute,vnde cœlum habet ꝙ reſiſtat,non enim à potentia ſubiectiua, quæ ſe habet vt materia, nec à forma media, quam poſuit Thomas,nec ab intelligentia, quia tunc idem reſiſteret ſibi. *Solutio* Dici poteſt illud de cœlo ipſo, quod dicitur de homine apud latinos. Et propterea vt de homine dicitur, ꝙ ipſe per ſe formaliter animæ reſiſtit, effectiue vero habet ab anima ꝙ reſiſtat,ꝗa ab anima habet eſſe.& omnia accidẽtia ipſius, quorum vnum eſt reſiſtere mouenti,Sic de ipſo cœlo dici poteſt.Cęlum.n.à ſeipſo habet ꝙ reſiſtat,quia ab aĩa,à ſeipſo quidẽ per ſe & formaliter,ab anima effectiue, quatenus habet eſſe, ſpeciem, & oĩa accidentia ab illa, quorum vnum eſt reſiſtere,Et cum dicitur. igitur idem reſiſtit ſibi,dico hoc non eſſe impoſsibile mediate.imediate.n.nihil reſiſtit ſibi. Sed mediante aliquo,quod efficitur ab ipſo poteſt ſibi reſiſte *Replica.* re.Adhuc acutius replicabis. quia tunc per idem poſſem dicere elementum abſq; omni medio extrinſeco reſiſtere ſuæ formæ. quia ab ea dici poteſt elementum habere omnia accidentia, quorum vnum eſt reſiſtere, Et ita in vacuo poſſet eſſe motus contra Auer. 4.phy. *Solutio.* cõm.71. Dici poteſt ſecus eſſe de forma, quæ eſt natura,& de forma quæ eſt anima. forma enim quæ eſt natura,eſt determinata ſui aptitudine ad vnũ,ideo quicquid efficit, aut informat, efficit aut informat determinatum ad vnum. Et propterea forma elementaria non poteſt producere in elemento reſiſtentiam aliꝗ. Et hac ratione appellatur ab Auer.declinatio. Forma vero quæ eſt anima, ea rõne quæ eſt anima, non eſt determinata ad vnum. habet.n.anima,vt anima, quãdam diuerſitatem.Et propterea poteſt efficere, & informare quidquid efficit aut informat, non determinando ad vnum.Et hac ratione poteſt efficere reſiſtẽtiam in cœlo, qua cœlum illi reſiſtat per ſe.Et ſic non ſimile.Hæc eſt de reſiſtentia.

Sed quia natura corporis eſt alia à natura animæ, quia eſt compoſitum. Et neceſſe eſt mouens & motum eſſe diuerſa ob id opus eſt conſiderare de natura illius corporis.

Cõm.1 o. Hactenus de ea cęli parte,quæ ſe tenet loco formę, vt de anima eius. Nunc vult loqui de ea cœli parte, quæ ſe tenet loco materiæ,& primo proponit intẽtionem eius, & cauſam intentionis.Intentio eſt loqui de ea cęli parte quæ ſe habet vt materia, cauſa intentionis eſt, quia illa eſt diuerſa à forma cœli, & ideo indiget conſideratione diuerſa,& ꝙ illa ſit diuerſa à forma cœli declaratur per hoc,quia ipſum cœlum eſt cõpoſitum ex mouente & motum quæ ſunt diuerſa. Et propterea intentio erit loqui de ea cœli parte quæ in cœli compoſitione tenet locum materiæ. Et tunc complebitur conſideratio, quia totum compoſitum non ſcitur niſi à natura componentium. Quo vero ad verba attinet debes ſcire ꝙ eam cœli partem quæ ſe tenet lo co materiæ, Auer. appellat corpus, non ꝙ ſit corpus per aliam formam quam per intelligentiam,vt expoſitores crediderunt,ſed quia,vt dixi,refertur ad animã. *Quot modis id citur ea cœli ps ꝙ ſe tenet loco materiæ.* intelligentia enim poteſt conſiderari vt anima rationalis.nam vt anima rationalis cõſiderata vt forma refertur ad materiam, & eſt actus materiæ, conſiderata aũt vt anima refertur ad corpus & eſt actus corporis,ſic intelligentia ſi conſideretur vt forma, refert̃ ad materiam, & eſt actus materiæ. ſi conſideretur aũt vt aĩa refertur ad corpus,& eſt actus corporis, & propte rea illa cœli pars quę ſe tenet loco materiæ,dicit̃ nunc materia, nunc corpus. materia quidem ratione habita ad intelligentiam quatenus illa eſt forma.corpus ratione habita ad intelligentiam, quatenus illa eſt anima.Hæc de intentione rei dicendæ.

Et quia declaratum eſt hoc corpus eſſe ingenerabile & incorruptibile, apparet quod eſt neceſſe vt ſit corpus ſimplex non compoſitum ex materia & forma.Et quia eſt indiuiduum demonſtratum, & ens demonſtratum in actu,et habens vnam figuram in actu, & omnia iſta ſunt in corpore propter materiam, & ſunt in materia propter formam, neceſſe eſt vt hoc corpus cœleſte ſit materia animalium cœleſtium, quæ mouentur circulariter ex ſe, & vt ſit perfectius modis cæteris materiæ. non enim eſt in eo de potentijs vlla alia præterquam potentia in loco.& de motu locali nobilior omnibus, ſcilicet circularis, quemadmodum habet nobiliſſimam, & perfectiſſimam figuram, ſcilicet ſphæricam.

Nunc pro ſequitur,& primo infert,corpus illud qđ ſe tenet loco materiæ, eſſe ſimplex, & inquit, & quia *Cõm 1 1.* declaratum eſt hoc corpus quod ſupple ſe tenet loco materiæ eſſe ingenerabile & incorruptibile, veluti totum cœlum, cuius eſt pars, apparet quod eſt neceſſe vt ſit corpus ſimplex, hoc eſt non compoſitum ex materia & forma,ſupple nec vniuocis, nec equiuocis, vt in quæſtione patuit. hoc eſt primum.Secundo declarat,hoc corpus eſſe materiam animalium cœleſtium. & inquit,& quia eſt indiuiduum demonſtratũ, & ens demonſtratum in actu, & habens figuram in actu. & tu potes referre hæc ad eam cœli partem,quæ ſe tenet loco materiæ,vt ſit ſenſus,& quia ea cœli pars,quæ eſt loco materiæ, eſt indiuiduum demonſtratum, & ens demonſtratum in actu & habens figuram in actu, & non intelligas præter intelligentiam, ſed quòd omnia hæc habet ab intelligentia. Melius referenda ſunt omnia hæc ad animal ipſum cœleſtæ,& tunc erit ſenſus, & quia cœlum ipſum, animalque cœleſte, quod dicebatur cõponi ex anima & corpore, eſt indiuiduum demonſtratum,& ens demonſtratum in actu, & habens vnam figuram in actu,& omnia iſta ſunt in corpore, ſiue in compoſito animali propter materiam, nõ abſolute,ſed quatenus ſunt in materia propter formam, propter hoc neceſſe eſt vt hoc corpus cœleſte, quod eſt altera pars talis animalis, & mediante qua hæc inſunt illi animali,ſit materia animalium cœleſtium,

leſtium,quæ mouentur circulariter à ſeipſis ſine oĩ extrinſeco motore,per q̃ hæc & ſimilia cœlo inſint. Sic igitur patet illam cœli partem eſſe materiam, propterea quia per illam inſunt cœlo accidentia materialia, vt ſunt indiuidualitas,& figura,& id genus,qđ erat ſecundum. Debes ſcire ꝙ accidentia materialia proficiſcuntur ſiue emanant à compoſito &, inſunt compoſito quatenus quidem emanant à compoſito, cauſa illorum eſt forma.quatenus vero inſunt compoſito, cauſa illorum eſt mã.nam forma eſt agendi ratio,materia vero ratio patiendi & ſubiiciendi. Et propterea notatur primo phyſicorũ,ꝙ materia cum forma cauſa eſt omnium accidentium in compoſito. Ideo dixit hic Auer. ꝙ eiuſmodi accidentia inſunt compoſito cęleſti propter materiam,& materiæ propter formã,qa materia cœli & forma cœli ſunt cauſæ illorum.forma quidem cauſa eſt illorum vt è cœlo fluãt.materia vero vt illis cœlũ ſubiiciatur, & ſic patet ſecundum. Tertium quod infert, eſt vt talis cœli materia quædicta eſt eſſe corpus, ſit perfectior cæteris modis materiæ propter tria.Primo quia hæc materia cœlorum de potentiis non habet niſi potentiam in loco, & non potentiam ad corruptionem.Secundo, quia habet potẽtiam ad motum perfectiſsimum omnium motuum, videlicet circularem.Tertio quia afficitur illa cęli materia nobiliſsima figurarum,vtpote ſphærica.eſt.n.illa cęli materia ſphærica. propter has igitur tres eminẽtias eſt præſtãtior cæteris modis materiæ.Ex iis patet Auerro.voluiſſe hanc cœli materiam pręeminere materiis corruptibilibus non rõne eſſentiæ,ſed rõne potentiæ,ratione actus,& ratione cõditionis, qua ſubiicitur actui.rõne quidem potentiæ,quia potentia cœli & illius materiæ nõ eſt ad actum corruptiuum, ſed ꝑfectiuum.rõne aũt actus,quia circularis motus eſt nobilior oĩbus motibus,rõne cõditionis quo illum actũ ſuſcipit,quia cœlum eſt ſphericũ. Aliter non moueretͬ circulariter.quæ figura eſt accidẽs præſtantiſsimum.

Qualiter accidentia inſunt compoſito, & cælo.

Propter quid materia cæli eſt præſtãtior aliis.

Et quia declaratum eſt formas cœleſtes non habere conſtitutionem per corpora cœleſtia. (nã ſi haberent tunc mouerentur ex ſe per accidens, & indigerent moto ex ſe primo & eſſentialiter, declaratum eſt.n.in octauo phyſicorum, quod mota ex ſe, quæ ſunt hic vna eſſentia in ſpecie, reducuntur neceſſario ad mouens eſſentialiter & motum. & quod ſit compoſitum ex vno mouente, & vno moto primo, & quod illud mouens non ſit potentia in corpore omnino.) videtur quod formæ corporum cœleſtium, & maxime forma vltimi continentis, ſit quodãmodo anima, ſcilicet propter appetitum exiſtentem in eo. & mouere ſit quodammodo intellectus, & ſit forma ſimplex, per quam animal cœleſte componitur ex vno mouente & vno moto.

Cõm. 12. Qualis ſit cœlorum materia declarauit,nũc obiter interponit declarare qualis ſit aĩa cœli, vt hinc procedat ad declarationem maiorem ipſius materiæ. declarat autem qualis nam ſit forma cœli per differentiã ad animas animalium ſublunarium, & per ea quæ totiẽs ſunt expoſita,& concludit ꝙ forma cœli potiſsimum illa primi mobilis, ſit anima & intellectiua & forma ſimplex. hoc autem probat per hoc, quia non conſtituitur per corpus cœleſte, & ꝙ non conſtituatur per corpus cœleſte probat per hoc, quia tunc moueretur à ſe per accidens. vt animæ animalium ſublunarium, & ita cœlum non eſſet primum motum à ſe, ſed indigeret alio primo moto à ſe, & eſſentialiter, ad quod reduceretur, quia declaratum eſt.8.phyſico. ꝙ mota à ſe vt animalia, quæ ſunt hic apud nos vna eſſentia in ſpecie, ideſt compoſita ex pluribus in vna eſſentia ſpecie,reducuntur neceſſario ad vnum primum mobile, quod mouetur à ſe primo,& eſſentialiter,quod etiam eſt compoſitum ex vno moto primo, & vno motore primo,qui motor primus non eſt virtus in corpore cõſtituta per corpus.igitur ſi aĩa cœli moueretur per accidẽs à ſe,oporteret eſſe aliud primum mobile à ſe, ad quod ipſum cęlum reduceretur.Cum igitur hoc ſit impoſsibile,ideo ſequitͬ vt forma cœli maxime forma primi cœli ſit aĩa & intellectiua & forã ſimplex. aĩa quidẽ ob appetitum, appetitus.n.conſtruit gradum aĩatorum.vt dicitur.2.de anima.Intellectiua vero ob motũ, qui eſt quodammodo intellectus,ſiue rationale,eſt.n. in tanto ordine & in tanta regula, vt ſit rationale. forma vero ſimplex ex qua vt ab vno motore, & cęlo efficitur animal cœleſte,pro tanto, quia non conſtituitur per ſubiectum. Debes ſcire, vt colligitur.12.meta. cõm.36.ꝙ cœlum eſt animatum.& animal animatione, & animalitate æquiuoce dicta, pro quanto de virtutibus animę ſolum habet appetitum,& intellectum, & hac ratione anima cœli eſt anima appetitiua, appetitu non quidem ſenſitiuo, ſed intellectiuo. Secundo debes ſcire ꝙ primitas moti à ſe potiſsimum atribuitur cœlo vltimo, ſiue ſit octauum, ſiue ſit nonum,ſiue decimum, propter duo. primo, quia motor eius mouet propter ſe, & gratia ſui. cæteri vero motores, & ſi moueant propter ſe,non tamen gratia ſui,ſed gratia primi,vt dictum eſt.Secundo quia primum cęlum cęteros orbes mouet ſui motu,quo videlicet mouetur vtpote motu diurno.Ipſum autẽ nullo orbe ſuperiori mouetur.recte igitur hæc primitas illi tributa eſt.Tertio debes ſcire ꝙ propter tria motus cœli primi dicitur intellectiuus.ſimillimusque ipſi intelligere. Primo quia eſt regulariſsimus. nam progreſſus regularis intellectui ſolet attribui.Secundo,quia eſt inorganicus.vt enim intellectio fit, & per nullam determinatam corporis particulam expletur, ita motus cœli ꝑficiſcitur ab intelligentia, & per nullam determinatã corporis partem.talem.n.operationem ſemper Auer. intellectiuam eſſe ait.7. metaphyſi.cõm.31.de actione formatiua, quam ait eſſe diuinam intellectualem propter hanc rationem, quia eſt in organica. Tertio, dici poteſt talis motus intellectiuus,quia proficiſcitur à motore & moto immaterialibus.ambo.n.ſunt ſeparati à materia, & vniuerſales aliquo modo, veluti intellectus, & intellectio ipſa.

Qualiter cæli anima & qualis eius appetitus.

Quare vltimũ cœlum dicitur. maxime primũ motum à ſe.

Quare motus cæli eſt intellectiuus.

Econtrario de animalibus quæ ſunt hic. apparet enim quod mouens componitur ex duobus mouentibus, ex anima, videlicet, & re deſiderata extrinſecus mouente animam, & ideo motum inuenitur in eis compoſitum non ſimplex.

Nunc oſtendit eſſe penitus econtrario in animalibus ſublunaribus.dictum eſt.n.tam motorem q̃ mobile eſſe ſimplex in cœlo.aĩa.n.cœli eſt oĩno ſimplex & vna, & ipſum mobile, quod ſe tenet loco materiæ, eſt ſimplex & vnum. In animalibus autem ſublunaribus eſt contrarium, & de motore & mobili. De motore quidem, quia motor completus, & totalis animalis eſt anima ipſa, & appetibile, quod ad extra mouet vt finis, ad intra mouet, vt agens, vt dicemus. De mobili vero, quia cum ipſum mobile debeat proportionari motori,etiam ipſum debet eſſe cõpoſitum ex mobili, quod mouetur ab appetibili, & eſt pars ſenſibi- Cõm. 13.

lis,& ex mobili quod mouetur ab anima ipſa appetẽte, & eſt pars corporea mixta,quæ ab aĩa mouet̃ motu locali.Debes ſcire in animali ſublunari duo eſſe ex parte motoris, duo vero ex parte mobilis. Ex parte quidem motoris eſt aĩa ipſa, quæ mouet membra, & finis conceptus, quia vt in anima vero mouet effectiue. vt quidem extra aĩam mouet vt finis. vt dicit̃.12. meta.cõm.36.non.n.poteſt aĩa mouere membra,niſi ſint ſenſus ipſi moti ab ipſis ſenſibilibus.vt dicitur.3.de aĩa.& tex. & cõm.48. Ex parte aũt mobilis eſt pars ſenſitiua, ſiue concupiſcibilis, quæ apta eſt moueri à præcõcepto fine,& eſt corpus ipſum mixtum in actu, quod eſt aptum moueri de loco ad locũ à talibus motibus,& ſic patet differentia aĩalium illorũ ab iſtis.

Qualiter compoſitio eſt in motore, et moto in aĩalibus iſtis.

Dubitatio.

Sed occurres, quia hoc pacto videtur compoſitus motor cęli intermedij.intelligentia.n.ſolis non mouet ſolem niſi præconcipiat finem primum,gratia cuius mouet, & ſic videtur motor ipſius ſolis eſſe cõpoſitus ex aĩa, & appetibili concepto ab illa anima.

Solutio.

Forte Auerreos loquitur in prima intelligentia & in primo mobili.nã de inferioribus non eſt hæc differentia,ſed alia,videlicet, quia anima horum aĩalium mouet effectiue, & finis nouiter conceptus mouet effectiue gratia finis exterioris acquirendi. At intelligentia lunæ,ſiue ſolis,licet moueat effectiue, non tñ finis nouiter conceptus. concepit.n.deum per illius eſſentiam non de nouo.ſimiliter nec mouet propter finem acquirẽdum, ſed ob habitum conſeruandum.concipit.n.ſimilitudinem & complacentiam, quam ſemper habuit & ſemper obſeruauit, ſed de hoc diximus in primo lib.huius.

An animalia moueantur à ſe.

Sed quæres an animalia hæc moueantur à ſe, videtur ꝙ non. per ea quæ hic dicuntur, quia non mouentur,niſi mota ab appetibili externo igitur . non mouentur à ſe.

Poſitio Ioan.

Reſpondet Ioã. ꝙ animal mouere ſe poteſt eſſe vel per excluſionem cuiuſuis principij,& ſic non mouentur à ſe, quia ad eorum motum concludit appetibile. Vel per excluſionem principij proximi,& ſic mouentur à ſe,quia ab aĩa proxime mouentur quæ eſt illius forma, & à nullo proxime animal mouetur.

Confutatio.

Sed hæc ſolutio non placet. nã appetibile cum mouet effectiue,mouet vt eſt in anima.vt allegatum eſt.12.meta.de forma balnei.vt autem mouet in aĩa exiſtens, mouet eadẽ & tanta proximitate, qua & quanta mouet ipſa anima.nõ.n.ſubiectum eſſe poteſt alicui propinquius ſuo intrinſeco accidente.

Põ Albertillæ.

Albertilla vero ait.animalia hæc moueri à ſe, quia poſſunt aliqñ mouere ſe nullo nouiter concurrente, vt patet in expergefactione animalis. aĩal.n.tunc mouet̃, nulla ſpecie appetibilis nouiter adueniente, ſed antiqtus ſeruatas. At grauia & leuia, & vniuerſaliter inanimata nunquam moueri poſſunt ſine motore extrinſeco.

Confutatio.

Nec hæc mihi placet,qa tunc differentia inter motum aĩalem, & naturalẽ eſſet de raro contingenti, quod Ariſto.non putauit.8.phy.

Propria põ.

Melius igitur dico aĩalia eſſe mota à ſe per excluſionẽ principij effectiui externi. Modo ſi mouentur ab aĩa & ab appetibili, non mouent̃ ab appetibili, niſi quatenus appetibile eſt forma animalis, aut forma formę aĩalis,& licet moueãtur aĩal ab appetibili externo, non mouetur ab illo vt externus eſt, niſi vt à fine, non vt ab agente. Hæc de dubitatione hac.

Dubitatio ſecunda de mobilitate animæ cœli.

Solutio.

Secundo dubitabis.quia vt anima animalium efficitut paſſibilis,& mobilis à materia eius, cur anima cœli non efficitur mobilis ab ea materia ad vbi,cui inhæret per ſe? Dici poteſt hoc eſſe propter duas cauſas, vt dictum fuit in primo lib.Primo quia intelligentia non conſtituitur in eſſe ab eius materia ad vbi. cum enim intelligentia tribuat eſſe cœlo, tribuit omnia accidentia, quæ ſunt ſinaliter propter vnionem eius ad illam materiam,vide licet dimenſionem, quia non quantum non eſt mobile, & ſphæricitatem, quia rectum non mouetur circulariter, & cætera id genus. illa aũt materia cum non conſtituat intelligentiam in eſſe,nihil ei communicat, quod eſt ipſi proprium, non.n.paſsibilitatem ad motum, aut diuiſibilitatem , aut aliud id genus. Hæc eſt vna cauſa, vt colligitur.9.meta.com.2.Alia cauſa eſt, quia intelligentia eſt perfectio vniuerſalis totius cœli, & cuiuſlibet cœli partis, quod cœlum occupat omne vbi omnemq; ſitum,cum.n.non ſit aliquis ſitus ad quẽ mouetur cœlum, quin illum occupet ſaltem ſm aliquam ſui partem. propterea non eſt aliquis ſitus, ad quem poſsit per accidẽs moueri intelligẽtia,cui prius non fuiſſet illa,cum ipſa ſit perfectio cuiuſlibet partis. ſecus in animali ſublunari.nam licet anima ſit vniuerſalis forma animalis. animal tamen non occuptat totum per quod mouetur.

Corpus autem cœleſte eſt quaſi materia iſtius formæ abſtractæ, quia eſt materia exiſtens in actu, & ideo non aſſimilatur materiæ, niſi in hoc tantum, quia eſt materia fixa ad recipiendam formam. Et ideo dignius dicitur ſubiectum quam materia. materia enim quæ eſt hic, dicitur materia, quia eſt in potentia forma in ea fixa, dicitur ſubiectum, quia eſt fixa formę, & ſit compoſitum ex materia, & forma.

Cõm 14.

Concluſit corpus cœleſte eſſe materiam cœlorum non quidem ſimpliciter, ſed reſpectu motus,quia nõ eſt in potentia ad eſſe & non eſſe, ſed ad motum, & quietem. Nunc vero vult declarare vtrum talis materia ad vbi poſsit dici materia reſpectu intelligentiæ, & ſi non, quo nam modo dici poteſt reſpectu illius. Vult igitur corpus cœleſte non eſſe materiam proprie dictam reſpectu intelligentiæ. ſed quaſi materiã,quia eſt materia exiſtens in actu, & non habet de ratione materiæ, niſi hoc tantum, quia fixe recipit formam.

Quatenus materia cœli eſt ĩ potentia ad intelligentiam.

Debes ſcire, vt ſuperius dictum eſt, illam cęli partem eſſe in potentia ad intelligentiam, ſed non in potentia ſecundum vtrunq;.non.n.poteſt recipere intelligentiam, & priuationẽ illius,ſed eſſe tñ ab illa.Et propterea ait illam materiam nihil aliud habere de ratione materiæ, niſi quia eſt fixa ad recipiendum formam.i. niſi quia actu eſt formæ coniuncta, & ĩ potentia ad illam ſm dimidium ipſius poſsibilis. Sic igitur patet tale corpus non dici ſimpliciter materiã reſpectu intelligentiæ. Deinde exponit quo nam modo dici debeat, & vult talem partem quæ dicta eſt materia aliquõ dicendam eſſe ſubiectum verius,& proprius.hoc probat exemplo ſumpto à materia horum inferiorum. Nam hæc materia dicitur ſubiectum, & dicitur materia. dicitur quidem materia quatenus eſt in potentia ad formam quæ nondum recepta eſt, ſed eſt fixe receptibilis, dicitur vero ſubiectum, quia eſt fixa formæ,& quatenus eſt id ex quo actu ſit compoſitũ,hoc eſt quatenus actu formæ coniungitur. cœli igitur illa pars quæ dicitur materia ad vbi, dignius ſubiectum dici debet,quia actu ſubiicitur formę,& eſt actu coniuncta illi, & in potentia ad illam ſm dimidium, non aũt ſm vtrunq;.

Subiectum materia differũt.

Debes ſcire,vt à Them.habetur phy. primo, digreſsione vnica. vnum & idem poſſe dici materiam alicuius & ſubiectum illius. Materia quidem

dem dicitur cum capitur cum potentia & priuatione, dicitur.n.materia earum rerum, quæ nondum factæ ſunt. Subiectum autem tunc,cum non eſt cum priua tione.pôt.n.materia actu eſſe ſubiectum alicuius,cu- ius potentiam amiſit. Verbi cauſa.æs dum ſine forma eſt, dicitur materia ſtatuæ, cum vero eſt formatũ iam in Apollinem aut in Mercurium, non eſt materia, ſed ſubiectum. Hæc Them̃.auctoritate Boet.ea igitur cœ li pars quę eſt materia ad vbi,dignius ſubiectum dici- tur intelligentiæ quam materia, cum ſemper ſit actu intelligentiæ coniuncta,& nunquam ſine illa. Quod ſi dicatur materia nõ dicetur niſi quatenus habet de ma teria potentiam, non ſm vtrunq;,ſed ſm dimidium. Hæc voluit dicere Auer.licet verba eius barbare tranſ lata ſint obſcura,quibus quoq; patet id quod Auerro. 8.metaphy.cõm.12.de hac cœli materia, & id quod non diximus in quæſtione de cœli materia.

Et videtur quòd ad eſſe corporis cæleſtis non ſit neceſ- ſaria eius forma, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus animaliũ quæ ſunt hic. in animalibus enim quę ſunt hic animæ eorũ videtur neceſſariæ pro eſſe corporum eorum, quia non ſal uantur animalia, niſi per ſenſibilem animam, & imagina tiuam. corpus autem cæleſte cum ſit ſimplex, & non tranſ mutabile ab aliquo extrinſeco, non indiget in ſuo eſſe ani- ma ſenſibili, aut imaginatiua, ſed tantum indiget anima mouente ipſum loco ſemper, & virtute quæ non ſit corpus, nec in corpore, ad largiendnm ipſi permanentia æternam, & motum æternum, qui non habet principium, neque finem.

Cõm.15. Sed circa dicta mouet Auer.qõnem vtrum intelli- gentia ſit forma cœli dans eſſe, an vt motrix & dans operationem & motum, & arguit ꝙ non,hoc pacto, nulla forma dat eſſe alicui,quod eſt per ſe æternum & ſimplex, ſed corpus cœleſte eſt æternum & ſimplex. igitur intelligentia non dat illi eſſe, ſed ſolum motum, De ratione mouet primo qõnem dicens. & videtur ꝙ ad eſſe corporis cœleſtis non ſit neceſſaria eius forma hoc eſt videtur ꝙ intelligentia non det eſſe cœlo pro- bat. ſicut eſt diſpoſitio in corporibus aĩaliũ, quæ ſunt hic. In aĩalibus.n.quæ ſunt hic animę eorum videntur neceſſariæ pro eſſe corporum eorum, quia non ſaluã- tur hæc aĩalia quæ ſunt in rerum natura, niſi per ſen- ſibilem animam, & imaginatiuam. Sic igitur vult ha- bere nullam formam dare eſſe alicui, quod eſt æter- num, vt per locum à contrario patet de animalibus. hæc eſt maior. Dat minorem.d.corpus aũt cęleſte cũ ſit ſimplex & non trãſmutabile ab aliquo extrinſeco. hęc eſt minor. Dat cõcluſionem.d.non indiget in ſuo eſſe anima ſenſibili,quam poſuit Auicen.aut imagina- tiua ſiue intellectiua, quam tenuit ipſe, & propterea addit,ꝙ tm̃ indiget aĩa mouẽte ipſum in loco ſemper, quæ nec ſit corpus, nec in corpore, quæ largiatur il- li permanentiam æternam, hoc eſt motum æternum qui non habeat principiũ,neq; finem. Eſt igitur qõ ꝙ intelligentia non dat eſſe,ſed motum, quia eſſe illius eſt perpetuum ſm ſe nullo egens. Motus vero corru- ptibilis. hæc eſt ſubtilis quæſtio licet ſit diſputata.

Et debes ſcire quod iſtud corpus cæleſte non indiget vir tute mouente ſemper in loco tantum, ſed virtute largien- te in ſe & ſua ſubſtantia permanentiam æternam. quoniam & ſi ſimplex ſit, & non habet potentiam in ſe ad corru- ptionem, tamen eſt finitæ actionis neceſſario, quia eſt fi- nitarum dimenſionum, & terminatarum ſuperficie conti- nente ipſum, & omne tale cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe abſque eo quod aliud largiatur ipſi perma- nentiam, & æternitatem: neceſſe eſt vt ita ſit definitate ſuæ permanentiæ ſicut eſt definitate ſuæ actionis, & ideo neceſſe eſt in intellectu eſſe potentiam largiẽtem ipſi perma nentiam æternam: quemadmodum largitur ipſi motum proprium æternum.

Soluit qõnem & vult cœlum egere virtute, quæ ſi- bi det eſſe,& motum ſempiternum,non ſolum in gñe cauſę formalis & finalis,ſed in genere cauſæ efficiẽtis. Cõm.16. Vbi debes ſcire in ſeparatis à materia idem eſſe formã, finem,& efficiens.& propterea quicquid dependet ab aliquo in genere finis, dependet ab eodem in gñe for mæ,& efficientis, & etiam quicquid dependet ab ali- quo in genere efficientis depẽdet ab illo in genere for- mæ,& finis. Ariſto.igitur probat cœlum ipſum depen dere ab intelligentia in genere efficientis, & per hoc habet ꝙ dependet ab eadem in genere finis,& formę. Et arguit ſic,oẽ illud quod ponitur alio poſito,& tol- Priã rõ Auer. litur alio ablato dependet ab illo in genere efficientis ſaltem. Sed cęlũ ipſum ponitur cũ per intellectum po nitur ipſa intelligentia,& tollitur cum per intellectum tollitur intelligentia, igitur dependet ab illa ſaltem in genere efficientis, maior eſt per ſe nota. minor pro- batur in litera propter duo. primo quia ablata intelli- gentia,aufertur motus, & ita mobile, quod eſſe non poteſt ſine illo motu. Secundo, quia cœlum eſt finitæ dimenſionis & terminatæ quantitatis. igitur quo ad accidentia ſaltẽ eſſentialia dependet ab illa, & ſic quo ad eſſe. Sed occurres.quia per hanc rationem probarẽ Dubitatio. ꝙ intelligentia dependet à cœlo, quia ablato cœlũ,ip- ſa etiam aufertur. Dicendum ꝙ ſecus eſt ſm rem,ſe- Solutio. cus ſm intellectum. Si.n.tollitur cœlum,proculdubio ſm rem tollitur intelligentia, quia non poteſt eſſe, ni ſi eſſet fruſtra. non aũt tollitur ſm intellectum,ſtat.n. per intellectum eſſe intelligentiam non exiſtente cœ- lo,& propterea potius cęlum ab intelligentia depẽdet quam econtra.& hoc voluit dicere Auerroes dum ait. cœlum poni & tolli cum ponitur & tollitur per intel- lectum intelligentia. tollitur igitur intelligentia ablato cœlo à poſteriori, tollitur vero cœlum ablata intelli- gentia à priori,

Et non tantum hoc, ſed neceſſe eſt hic eſſe virtutem quæ largitur ei motum proprium, ſiue actionem quæ eſt æternitas inter cæteros motus, ſcilicet motum localem in circuitu, & figuram propriam iſti motui, ſcilicet ſphæri cam, & menſuram propriam vnicuique illorum corpo- rum, & conuenientiam inter ea adinuicem in ordine & quantitate, itaque quod ex omnibus perficitur vnus actus, ſcilicet totus mundus.

Hæc eſt ſecunda ratio. In qua probat idẽ,licet ma- Cõm.17. gis probet de toto mundo ꝙ dependet à prima intelli gentia,& componit ſic.illud quod eſt cauſa ordinis in motibus, magnitudinibus,in figuris,ſitibus,ſine quo ordine aliquod congregatum eſſe non poteſt, eſt cau ſa effectrix illius aggregati, & omnium partium eius. Sed primus motor eſt cauſa ordinis in motibus,figu- ris, cæteriſq; id genus in toto mundo congregato ex orbibus ſine quo ordine ipſe mundus eſſe non poteſt. igitur mundus dependet à primo motore in genere cauſæ efficientis. Debes ſcire mundum eſſe veluti aĩal Qualis mũdus magnum, quod congregatur ex membris debito or dine, debita poſitura, debita quantitate conſtitutis. congregatur enim ex oĩbus orbibus debito ordine, debito ſitu, debita quãtitate collocatis. huius ordinis

in oĩbus

in omnibus iſtis cauſa eſt effectrix primus motor, ſine quo tale magnum aīal non eſſet, & propterea primus motor eſt cauſa effectrix totius mundi.

Nulla enim differentia eſt inter indigentiam virtutis actiue in corpore, & in omni corpore, aut in vno corpore compoſito ex corporibus ſimplicibus huiuſmodi, & indifferenter, ſiue illud corpus fuerit generatum, ſiue non generatum. vnde videmus cœlum habere vnam virtutem non tantum mouentem oīa ſed agentem & conſeruantem, ſicut eſt diſpoſitio in corpore hominis, & in corpore facto propter finem proprium, finis.n. ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, ſicut motum ſignificat mouens.

Cōm.18. Remouet circa dicta cauillum. poſſet.n. dicere quis aliquod totum dependere in ordine ab aliquo, cuius nulla pars dependet ab illo. Secundo dici poſſet aſſumptum eſſe verum de compoſito gñabili. Omne.n. cōpoſitum generabile quod dependet ab aliquo in ordine, dependet ab illo in eſſe. ſecus eſt de cōpoſito æterno. nam compoſitum æternum poteſt dependere ab aliquo in ordine, non aūt in eſſe. Rñdet idem eſſe de toto & partibus de compoſito & ſimplicibus, qñ ordo eſt eſſentialis ſine quo eſſe non poteſt ipſum totū vel partes. Et propterea ait non eſſe drīam inter virtutem actiuam in corpore ſimplici, & oī corpore, hoc eſt cōpoſito ex pluribus corporibus ſimplicibus, quantum ad hoc ꝙ illud totum dependeat in ordine, & eſſentia. Hæc quo ad primum. quo vero ad ſecundum ait non eſſe differentiam ſiue illud totum ſit æternum, ſiue generabile, quo ad hoc ꝙ dependet in ordine ab illo. Propterea concludit ita eſſe de mundo ſiue cœlo veluti de homine, vel aliquo compoſito facto ob certum finem. Quia vt tale compoſitum eget agente deducente ad finem illum, ſic cœlum eget agente efficiente & cōſeruante ipſum in fine quem habet: nam vbi eſt finis, ibi eſt agens, quia finis ſignificat agens ſignātione neceſſaria, ſicut motum ſignificat mouens. eſt enim finis effectus agentis, vt motus effectus mouentis. Et ſic patet ſolutio cauillorū. Debes ſcire ꝙ finis exiſtés in aliquo indicat aliquod agēs eſſe in illo propter tria. Primo, quia finis ad extra habet rationem effectus, qui eſſe non poteſt ſine agente. Secundo, quia cauſæ ſunt ſibiinuicem cauſæ. finis.n. nō dicitur finis, niſi moueat agens, nec agens dicitur agens, niſi ab ipſo moueatur fine. Tertio, quia de ratione finis eſt eſſe vltimum in executione, quod eſſe nō pōt, niſi ſit agens ad quod ſequatur. Sic igitur, quia finis quo ipſius cœli eſt motus & conſeruatio rerum, finis gratia cuius eſt ipſamet intelligentia, inquantum per talem motum conſeruatur, hac ratione eſt agens motum, & cum cęlum eſſe non poteſt ſine motu, hac ratione intelligentia eſt cauſa effectrix cœli, nec eſt impoſsibile vt intelligentia ſeipſam conſeruet, quatenus cōſeruat aliquod primo, ſine quo eſſe non poteſt. veluti anima conſeruat ſe conſeruando ſubiectum, hæc Auerro.

Finis exiſtens in aliquo agēte propter tria.

Sed in genere agentiū quoddam eſt prius tempore acto, & omne quod fit in ſphæra iſtius mundi eſt iſtius agentis, & iſtius acti. quoddam eſt prius natura ſicut eſt diſpoſitio temporis cum orbe, & agentis cum orbe. ſ. facientis ipſum in diſpoſitionibus neceſſarijs, in inueniendo finem ob quem fuit.

Commen.19. Iis probatis, nunc ſoluit rationem factam in qōne, arguebatur.n. cœlum eſt æternum. igitur non habet agens. Reſpondet nunc ꝙ duplex eſt agens, quoddam quod tpe præcedit effectum, quia diſponit materiam, & educit formā de potentia illius. Ex hoc pacto nullum ſempiternum habet agens. Sed ſolū ea quę ſunt infra ſphæram actiuorum & paſsiuorum. quoddam quod ſolum effectum præcedit natura & cālitate, & hoc pacto æternum habet agens. Et cum dicitur illud quod ſui natura eſt æternum non indiget agente, nec coæuo ſibi, nec priori eo. Dicendum conſequenter ꝙ nō eget agente educente de potentia ad actum, ſed conſeruante quod eſt in actu in diſpoſitione tali. non quidem conſeruatione præſeruatiua, quo modo conſeruantur ægrotatiua corpora, ſed coexiſtitiua, quali conſeruatione conſeruatur concluſio neceſſaria per principia eius vt diximus in lib. primo, & dicemus in codicillo de infinitate primi, & in lib.d.d. Et hoc pacto intelligentia eſt forma cęli & finis gratia cuius illius. non.n. eſt forma educta ab agente, nec de nouo dans ſibi eſſe, ſed ipſamet quæ eſt agens conſeruás, eſt forma perficiens. non quidem perfectione præſeruatiua, ſed coexiſtitiua, & eſſentialis, vt diximus. Similiter eſt finis eius cœli, cuius gratia cœlū eſt & mouetur. non quidem de nouo educibilis ab agente, ſed ab eodem conſeruabilis. Sed de his poſtea.

Duplex agens.

Qualiter intelligenita eſt cauſa cœli.

Et cum ignorauerūt hoc quidam eſſe de opinione Ariſtote. dixerunt ipſum non dicere cauſam agentem tantum, ſed cauſam mouentem, & illud fuit valde abſurdum, & non eſt dubium in hoc quòd agens ipſum eſt mouens ipſum. Quod enim mouet ipſum motu illi proprio, eſt illud quod largitur illi primo diſpoſitiones, per quas acquirit motum proprium.

Commen.20. Iis diſputatis, refellit erratum nonnullorum philoſophorū, qui voluerunt intelligentiam ſolum eſſe cauſam mouentem cœlum, hoc eſt dare operationē motumúe cœlo, non autem eſſe cauſam agentem, hoc eſt dare eſſe illi. Iſti.n. ſunt qui dixerunt nullum æternum ea parte qua æternū poſſe habere agens. Contra quos obiicit Auer. per rationem dictam, quia omnia agens eſt mouens, & econtra. quicquid.n. eſt cauſa motus ſempiterni eſt cauſa illius, & ſyllogiſmus eſt. oē agens diſpoſitiones & motum ſine quibus mobile eſſe non poteſt, eſt cauſa eſſentiæ mobilis, ſed intelligentia eſt cauſa motus & diſpoſitionum, videlicet dimēſionum, figuræ, & ordinis, ſine quibus cęlum & mundus eſſe non poteſt. igitur eſt cauſa mundi, & cœli effectrix & conſeruans.

Et hæc eſt virtus illa quam laudauit Ariſto. in mul tis locis ſui libri de cœlo & mundo, & indicat ipſam eſſe cœlo nobiliorem, & altiorem.

Commen 21. Demum confirma ſolutionem auctoritate Ariſto. qui in ſecundo lib. de cœlo. vt animaduertit Auerroes cōm.62. & 64. laudauit hanc virtutem intelligentiæ, aſſerens ipſam eſſe nobiliorem & altiorem cęlo quatenus eſt cauſa effectrix ſubſtantiæ & motus eius, hæc Auer. in ſolutione quæſtionis prædictæ. Ex his clare colligitur opinionem Auerrois eſſe Deum eſſe cauſam vniuerſi ſecundum tres rationes, videlicet effectricem, formalem, & finalem. Similiter & quamlibet intelligentiam ſui cœli ſecundum has tres rationes eſſe cauſam. Ioannes vero hic & alibi opinatus eſt Deū eſſe finem tantum. Mouetur primo ex parte agentis, quia omne agēs præcedit effectum & extrahit formam de potentia ad actum. Secundo, ex parte mundi & cœli, quia ſuapte natura æternum, & perpetuū nullo egēt pro ſui eſſe, vel æternitate. Et propterea gloſat Auerro. verba de agente metaphorice. finis.n. eſt

Poſitio Auer. de actione Dei.

Poſitio Ioā. de cauſalitate dei

Confutatio. eſt agens metaphorice.hæc Ioan. Sed(pace ſua)dixerim ꝙ hæc poſitio non Peripatetica, nec Auerroica. Auerroica quidem non,quia Auer.per duas rõnes hic demonſtrauit mundum à primo motore & cœlum ſiue orbem ab intelligentia dependere in tribus gñibus cauſarum.Præterea,Tertia diſputatio libri.d.d.defendit contra Algaçelem cum decreto phyſi. mundum ipſum eſſe effectũ dei.Vnde in ſolutione dubij.18.eiuſdem diſputationis perſuadet hæc tria eſſe vnum in ſeparatis hoc pacto, videlicet omne dãs formam alicui, dat illi eſſe, & eſt illius efficiẽs. Primus motor dat mũdo formam,igitur eſt illius efficiens. Minor proſyllogiçatur,ibidem ſic,dans finem alicui,dat illi formã. Primus motor dat ipſi mũdo finem.igitur dat illi formam.Præterea,In libris commentationum Ariſt.idẽ ſæpe perſuaſit, vt.12.meta.cõm.44.& 2. cœli cõm. 58.& alibi pluries. Peripatetica vero minime videtur hæc poſitio. Primo, quia Ariſto.12. metaphyſi.fere per totum determinat primum principiũ mouere vt intelligibile & appetibile.modo ea ratione qua mouet vt appetibile mouet vt finis.ea vero rõne qua mouet vt intelligibile,mouet vt agens.vt Auer.colligit.cõm. 36.Præterea,Omnia agentia,vt Auer.notat.12.meta. cõm.44.reducuntur ad ipſum,& agunt & ſunt participatione primi entis.vt ſecundo meta. conſtat tex.& cõm.4.Quæ vero talia ſunt per participationẽ, & per reductionem,oporet vt reducãtur ad aliquod tale per eſſentiam,quod ſit cauſa cæterorum,quare Deus erit primum agens per eſſentiam totius entis ſimpliciter & vniuerſi.Hæc ſufficiant contra Ioan.quia in codicillo de infinitate primi faciemus capitulum ſingulare cõtra eum,Sed occurres, quia Auer.12.metaphy. cõm. 41. in ſolutione qõnis Ioan. Grãm. vult intelligentiam eſſe neceſſariam, quia motus eſt corruptibilis,vt ab illa perpetuetur.Et hoc pacto poſuit intelligẽtiam cauſam effectricẽ motus (quia videlicet motus ipſe eſt corruptibilis)vt ab illa perpetuetur.Sed cœlum nõ eſt corruptibile,igitur non indiget agente.Pro ſolutione debes ſcire.vt Auer.innuit in textu agens eſſe duplex, aliud quidem educens, aliud conſeruans. Et hæc differunt primo, quia agens extrahens ſiue educens eſt prius tpe acto. agens vero conſeruans eſt prius natura & cauſalitate. Secundo, quia agens educens poteſt impediri, agens vero conſeruans non.vt tangitur ſecundo phy.cõm.74.& 89.Tertio,quia id quod agitur ab agente deducente eſt corruptibile, quod vero agitur ab agente conſeruante nõ eſt corruptibile,ſed tale, quod non eſſet niſi agens illud eſſet.Veluti cõcluſiones non eſſent neceſſariæ, niſi propoſitiones eſſent neceſſariæ.Ex quibus ſequitur ambo hæc agentia conuenire in ratione agentis meta.& vniuoce,quia ambo terminant dependentiam ſuorum effectiuum. In ratione vero phyſica differunt,quia alterum per motũ, & id genus,dependentiam ſui effectus terminat. alterum per eſſentiam atq; propriam vim & naturam. Simili pacto dici poteſt de forma & fine. Deus.n.eſt forma mundi, & finis eiuſdem, quemadmodum forma ignis eſt forma ſui ſubiecti & finis illius & vniuoce.nõ quidem in ratione phyſica,ſed in rõne metaphyſica. Et hæc Ioan.ignorauit, & fecit metaphyſicam diminutam tribuendo effectibus illius ſolum cauſam finalem.Ex iis patet ſolutio ad dictum.Auer.intelligentia enim eſt cauſa motus cœli.& ipſius cœli. Motus quidem effectrix cauſa eſt vt educens, quia motus eſt ſui

Bona dubitatio in opini Auer.

Solutio

Duplex agens & quæ differẽtia illorum.

natura corruptibilis, & continuo alius atq; alius, ſolũ ęternus in ſpecie,& hoc pacto neceſsitas intelligẽtię reſpectu motus eſt duplex,ſcilicet ad eſſe & ad conſeruationem. Cœli vero cauſa eſt vt conſeruans, nõ quidem præſeruatiue, ſed coexiſtitiue.Per idem patet ſolutio ad rõnes Ioan.Prima quidem tollitur per hoc,qa non omne agens prius tempore acto,ſed ſolum agens educens. Secũda vero per hoc quia non requiritur effectrix cauſa vt educens,ſed vt conſeruans.non quidẽ præſeruatiue, ſed coexiſtitiue.hæc ſunt peripatetici dicta, licet ſint iis verbis explicata. Sed quia Auer.in ſolutione quæſtionis indicat intelligentiam eſſe cauſam motus cœli,quia ſui natura motus poteſt deſinere, & cauſam figuræ ſphærice,& cauſam ordinis, ideo nunc diſputemus vtrum motus cœli ſit corruptibilis. Hoc eſt vtrum cœlum poſsit quieſcere. nam de figura cœli, & de ordine cœlorũ & ſtellarum ſcribemus diligenter in libro ſecundo de cęlo,quem cito edemus.Videtur igitur ꝙ cœlum non poſsit quieſcere.Primo, quia ſi cęlum poſſet quieſcere,aliquãdo quieſcet.aliter aliquã potentia eſſet ocioſa in natura.Præterea, Non eſt maior, ratio cur valet hæc conſequentia, cœlum poteſt corrumpi. igitur aliquando corrumpetur, illa vero non,cœlum poteſt quieſcere.igitur aliquãdo quieſcet. Secundo Auer.primo cœli,cõm.100.aſsignauit cauſam perpetuitatis motus ex parte cœli,& dixit hoc eſſe pro tanto, quia natura materiæ eius eſt innata nõ moueri violenter, & non quieſcere naturaliter. Tertio,cœlo in eo quod cœlum repugnat velocius moueri, vel tardius, quam mouetur. vt dicitur.6.phyſico. cõm.15.igitur repugnat quieſcere.Quarto fortiſsime arguo.ſi cœlum quieſcit,cœlum non eſt. vt patet ſecũdum opinionem Auerr. vbiq;. igitur ſi antecedens eſt poſsibile,conſequens erit poſsibile. In omni.n.bona conſequentia ſi antecedens eſt poſsibile, conſequens eſt poſsibile. Sed per te antecedens eſt poſsibile.igitur & conſequens. In contrarium videtur Auer.hic. vbi dixit ꝙ cœlum indiget intelligentia, quia motus eius eſt finitus, propterea quia dimenſio cœli eſt finita. Præterea,Aperte.12.metaphy.cõm.41.ait in cœlo non eſſe potentiam ad corruptionem, ſed bene ad quietem.& propterea eſt neceſſaria intelligentia.Præterea.nono meta.Ariſto.vt notat Auer. cõm.17. ait. non eſt timendum cœlum quieſcere, ſed timor eſt de poſsibili. igitur cœlum poſsibile eſt quieſcere. Et ſic quæſtio videtur ambigua pro vtraque parte. Pro ſolutione ad quæſtionem debes ſcire ꝙ non eſt dubium cœlum poſſe quieſcere, & quieſcere ſm materiam & ſubiectum, qm̃ nunquam mouetur ſm materiam & ſubiectum,imo ſecundum ſubiectum eſt imobile,nec eſt dubium cœlum poſſe quieſcere in eo ꝙ corpus,omne.n.corpus in eo ꝙ corpus poteſt quieſcere.nec eſt dubium cœlum poſſe quieſcere ſecundum aliquẽ motum numero. Nemo.n.dubitat cœlum poſſe quieſcere à motu quo hodie mouetur.continuo.n.mouetur: & cõtinuo quieſcit,quia quieſcit quiete oppoſita reuolutioni heſternæ.Sed qõ eſt vtrum cœlum poſsit quieſcere ſimpliciter, ita ꝙ ſibi inſit quies oppoſita omni motui,vt quieſcat à motu pręſenti,heſterno,& futuro, ita ꝙ ſit ſenſus, cœlum non mouetur aliquo motu & poteſt moueri. Secundo debes ſcire ꝙ per cœlum poſſumus intelligere ipſum animal cœleſte, quod à ſe mouetur, vt videlicet includit motorem & mobile,& hoc pacto cœlum non poteſt quieſcere, quia poſſet tale

Vtrum cœlum poſsit qeſcere.

Senſus qõnis.

Cœlum dupliciter capi.

tale animal quieſcere, poſſet tale animal non moueri à ſe,& ſi poſſet non moueri à ſe,poſſet intelligentia nõ mouere,quod eſt impoſsibile, quia illa mouet neceſſario apud philoſophos.veluti eſt neceſſario.Aut poſſumus intelligere per cœlum corpus cœleſte quod eſt altera pars cœli, & ſubiectum intelligentiæ,& materia ad vbi.& de hoc tenet Auer.ꝙ cœlum poteſt quieſcere quiete ſimpliciter ad hunc ſenſum ꝙ cœlũ non moueatur & poſſet moueri.

Rõnes Auer. Prima. Quod quidem de mente eius multifariam probatur.Primo vna & eadem eſt materia contrariorum,vt dicitur.5.phyſi.cõm.14.ſed cœlum hoc pacto ſumptum eſt materia motus. igitur materia quietis,& ita vt poteſt moueri poteſt quieſcere.

Secunda. Secundo,ſi cœlũ illo modo ſumptum nõ poſſet quieſcere, tunc fruſtra intelligẽtia illi vniretur vt moueat & motum cõſeruet, vt colligitur hic.& 12.meta.cõm. 41.

Tertia. Tertio, cœlum eſt corpus dimenſione finitum & vi paſsiua limitatum & loco deſcriptum.igitur poteſt à motu ceſſare.vt colligitur.2.cęli.cõm.38.& 39.& 71. & 8.phyſico.cõm.79.

Quarta. Quarto,illa cœli pars quæ eſt materia ad vbi & ſubiectũ intelligentiæ,eſt mere paſſiua reſpectu motus, & in potentia contradictionis,igitur poteſt recipere quietem, tenet conſequentia per ea quæ habentur in.9.meta.tex.& cõm.17.&19.

Concluſiones ẽ mente Auer. Quibus patet poſitio Auer.& etiam id quod primo cœli. cõm.5.&2.meta. cõm.16. dictum eſt,ꝙ videlicet illa cœli pars, quæ eſt materia ad vbi, eſt ſaltem natura æquiuoce dicta,quatenus eſt in potentia ad motum & quietem.

Animal cœleſte qualiter põt quieſcere. Vlterius patet ꝙ ſumendo cœlum pro animali cœleſti compoſito ex motore & mobili,tale animal cœleſte poteſt quieſcere ſm quid, quia ſm eam partem,quæ eſt eius materia & ſubiectum,non aũt poteſt tale animal quieſcere,quia non valet.Socrates põt eſſe turpis ſm pedes, igitur turpis.& ſimiliter non valet cœlum aĩal mobile à ſe poteſt quieſcere ſm corpus. igitur quieſcere,quia ſm animam nõ poteſt quieſce, quæ eſt principalior pars. Sumendo igitur cœlum pro materia ad vbi abſolute conſiderata poteſt quieſcere quiete remouente oẽm motum, & ſumendo cœlum pro animali cœleſti,etiã põt quieſcere ſm quid quiete tollente omnem motum, quia ſm corpus, non aũt quieſcere ſimpliciter,quia non ſm totum ex anima & corpore cõpoſitum, nec ſm animam, quæ eſt potior pars.Hæc eſt mens Auer.Tunc ad rõnes. Ad primam dici põt ꝙ cœlum eſt in potentia ad quietem, vt dictũ eſt,& cum dicitur. igitur reduceretur ad actum aliqñ, aliter eſſet fruſtra.

Solutione Albertillæ ad primam rationem Replica. Albertilla concedit potentiam ad priuationem fruſtrari, quia rei natura non perficitur per priuationem,ſed per habitum.Bene tñ eſſet impoſſibile potentiam ad habitum fruſtrari, quia rei natura perficitur per habitum. Sed hæc ſolutio videtur ambigua, quia tunc à pari potentia ad corruptionem nõ deberet reduci ad actum, nec eſſet fruſtra ſi non reduceretur ad actum.Cuius oppoſitum voluit Auerro, primo cœli contra Auic.cõm.20.& Ariſto.per totum.

Defenſio. Dici põt pro Albertilla ꝙ potentia ad corruptionem, quatenus eſt ad corruptionem non eſſet fruſtra ſi non reduceretur ad actum, ſed quia corruptio eſt gñatio alterius, propterea eſt fruſtra quatenus eſt ad gñationem.at potentia ad quietem eſt potentia ad priuationem motus,& nullo modo ad gñationẽ. non.n.quies vnius eſt motus alterius.& ita non eſt ſimile:hæc pro Albertilla.

Alia ſolutio. Aliter dici põt ad principalem rõnem ꝙ qñ aliquid eſt in potentia ad duo indifferenter per vnã & eandẽ potentiã nõ fruſtratur ſi alterũ illorũ recipit ſemper,& alterũ nunquam.Verbi cauſa centralis terra per vnam, & eandem potentiam põt recipere motum & quietem. Si modo ſolam recipiat quietem & ſemper, non fruſtrabitur, ſi nunquam motum recipiat. ſecus eſt de materia, quæ eſt in potentia ad eſſe & non eſſe.materia.n.eſt in potentia ad eſſe per vnã potentiam, & ad non eſſe per alteram. Sunt.n.duæ potentiæ quæ ſibi mutuo ſuccedunt in materia veluti actus.vt Auer.ait primo cœli.cõm.118.&121.Et propterea ſi aliquid eſſet in potentia ad non eſſe, niſi aliquando reduceretur ad actum eſſet fruſtra, quia illa potentia eſt tota ad non eſſe,& ſolũ ad non eſſe.at potentia ad motum quietemue eſt vna eademq;. & propterea poteſt ſaluari ſi reducatur ad actũ tm alterius. Cauſa aũt quare mobile eſt in potentia ad motum, & quietem per eandem potentiam, eſt quia id quod eſt mobile eſt in actu & perfectum, id vero quod eſt generabile & corruptibile, eſt materia, & ens imperfectum quod generationem vel corruptionẽ recipere non poteſt ſine propria & contracta potentia ad alterum eorum ſeorſum ab altero.

Alia ſolutio. Aliter dici poteſt quòd cœlum illo modo ſuptum eſt in potentia ad quietem, & cum dicitur. igitur quieſcet aliquando, concedo quiete oppoſita huic reuolutioni: & ita ſemper quieſcit, & ſemper mouetur.

Replica. Sed replicabis, cœlum poteſt quieſcere. igitur aliquando quieſcet quia poſsibile eſt quo poſito in eſſe nullum ſequitur impoſsibile,quieſcit,igitur non mouetur, & eſt aptum moueri. tenet conſequentia per definitionem quietis. 5.phyſi. aſsignatam.Et ita cœlum aliquando erit non motum contra Ariſt.in.8.

Solutio. Dici poteſt ꝙ aliquod eſt poſsibile, quod non debet poni in eſſe ſm totũ. verbi cauſa poſſibile eſt vniuerſum ignem corrumpi,non tamen aliquando ponetur in eſſe, quia ſolum ſecundum partẽ corrumpitur, & hoc ſufficit pro definitione poſsibilis. poſsibile enim eſt quo poſito in eſſe vel aliquo ſibi ſimili in ſpecie poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſsibile, & ſic eſt in propoſito. vna.n.reuolutio & vniuerſus motus æternus eiuſdem ſunt ſpeciei.Et propterea ſi poteſt aliquid ponit in actu pro vna reuolutione, non eſt fruſtra, ſi non ponitur pro vniuerſo motu:hæc ſufficiant. Et per hoc patet qualiter eſt diſsimile de generatione & corruptione,& de motu & quiete.

Ad ſecundã. Ad ſecũdam dici poteſt ꝙ Auer.per naturam cœli nõ eſſe innatam quieſcere intelligit ꝙ non habet formam per q̃ tendat ad quietem. nam ſi hanc formam haberet, motus cœli eſſet violentus.& ſic vult duas eſſe cauſas æternitatis motus. videlicet quia intelligentia neceſſario mouet, & quia cœlum nullam habet formam per quã tendat ad quietem.

Ad tertiam. Ad tertiam concedo ꝙ cœlo in eo ꝙ cœlum repugnat tardius moueri, ſumendo cœlum pro animali cœleſti compoſito ex motore & mobili. Cum quo tamen ſtat cœlum ſumptum pro altera parte cœli poſſe quieſcere.

Ad quartam. Ad quartam concedo ꝙ ſi cœlum quieſcit, cœlum non eſt. & concedo antecedens eſſe poſsibile & conſequens, ſed non eadem ſpecie potentiæ. nam cœlum non eſſe eſt poſsibile ad imaginationem, dato ꝙ aliud non ſit.& ex conditione,at ipſum quieſcere eſt poſsibile ſecundum naturam cœli, & propterea poteſt intelligi cœlum quieſcere,& intelligi eſſe.Licet de facto ſi quieſcere non eſſet.& hoc pacto poteſt defendi hæc pars quæſtionis.

Poſitio ꝓpria. Sunt qui dicũt cũ quibus & ego ſum ꝙ cœlum poteſt quieſcere ſm

partem

partem motus, non autem ſm totum motum.putāt enim ita de motu eſſe,vt de elemento. vt.n.elemētum nō pōt eſſe corruptibile ſm totum ,ſic cœlum non poteſt quieſcere à toto motu . Et hoc probatur, qa apud peripateticos motum cœli non eſſe eſt impoſsibile.igitur quietem cœli ſimpliciter eſſe eſt impoſsibile. tenet conſequentia,quia ex corruptione vnius contrarij fit alterum,igitur ſi alterum contrariorum non poteſt nō eſſe,alterum non poteſt eſſe. Antecedēs probatur, qa ex hoc ꝙ motus cœli non eſt, ſequitur ipſum eſſe, nā eo ipſo non eſt,petitur modo vel deſinit eſſe per ſe vel ad cortuptionem ſubiecti,non per ſe quia tūc poſt motum eſſet motus, ſi ad corruptionē ſubiecti,tunc corruptio eſſet: & ita alteratio, & ita primus motus qui eſt motus cœli,& ita ſi motus cœli nō eſſet, ipſe eſſet. quare motum cęli impoſsibile eſt non eſſe apud peripateticos . Et per conſequens quietem vniuerſalē cœli à toto motu impoſsibile eſt eſſe. Hæc dicerent peripatetici,cum his tñ ſtat cęlum poſſe quieſcere quiete oppoſita alicui motui.vt motui heſterno vel hodierno. vel craſtino,cœlum vero quieſcere toto motu eſt ſimpliciter impoſsibile, ſicut motum non eſſe eſt ſimpliciter impoſsibile . Ad rationes vero Auer. ad primā dici pōt ꝙ vna & eadem eſt materia contrariorū, & quia cœlū eſt materia motus,eſt etiā materia quietis,ſed non vniuerſalis quietis, ſicut vna eſt materia partis ignis, & totius ignis, non tamen quia materia poteſt recipere corruptionem partis ignis, poteſt recipere corruptionem vniuerſalem ignis. Ad ſecūdam dici pōt ꝙ vnitur vt quieſcere quiete hodierna, & ſm partem, ne quieſcat quiete vniuerſali, & ſimpliciter. Per idem reſpondetur ad tertiam,& quartam . hæc de quæſtione.

Solutio rōnum Auerro.

Et iam induxit nos amor explanandi hic facere digreſſionem à principali.ſ.à declaratione corporis cæleſtis quod eſt de cœlo tanquam corpus de aīali, dicamus igitur quòd corpus cæleſte communicat cum corporibus generabilibus & corruptibilibus in hoc quòd eſt ex tribus dimenſionibus .ſ.ſubſtantia recipiens dimenſioness quòd vtraque ſubſtantia non eſt ſine dimenſionibus.

Commen.22.

Quia digreſsionem obiter fecerat à propoſito, nūc redit ad rem propoſitam & primo excuſat ſe, áſſerens ſe digreſsionem feciſſe à propoſito ob amorem explanandi dictam quæſtionem de vertute agente cœlum, & hoc inquit.Et iā induxit nos amor explanandi hoc, quod dictum eſt de agente cœli . & de factura mundi facere digreſsionem à principali, quod principale erat tractare de cœleſti corpore, quod eſt ita pars cœli, vt corpus eſt pars aīalis.eſt.n.cœlum animal quoddam,cuius altera pars eſt corpus cœleſte . vt diximus. cum igitur ita digreſſus eſt,redit ad rem hāc, & reſumit quædam iam dicta, & primo proponit duas conuenientias inter corpus cœleſte, & corpus ſiue materiam animalium ſublunarium. prima eſt ꝙ corpus cęleſte,quod eſt altera pars cœli, eſt ex tribus dimenſionibus,videlicet dimēſionatum. hoc eſt ſubſtantia recipiens dimenſiones ſupple tu,vt materia generabiliū. Secunda eſt ꝙ vtraq; ſubſtantia, hoc eſt tam corpus cœleſte, quod eſt altera pars cœli, & materia aīalium cœleſtium, quam corpus ſublunare ſiue materia generabilium non eſt ſine dimēſionibus,hoc eſt nunquam expoliatur à dimenſionibus,ambæ.n.ſemper ſubiiciūtur dimenſionibus. Sunt igitur duæ conuenientiæ inter materiam aīalium cœleſtium, quod eſt corpus cœleſte, & materiam animalium ſublunarium, quod eſt corporea materia. Quarum prima eſt,quia ambæ ſubiiciuntur dimenſionibus . Secunda ꝙ ambæ perpetuo ſubiiciuntur dimenſionibus . Debes ſcire ꝙ cœlum eſſe dimenſionatum, & perpetuo quantum,ſimiliter & corpus cœleſte , colligitur ex Ariſto.12. meta. vt Auer. exponit. commē.10.nam cœleſte corpus eſt materia ad vbi, & materia ad vbi eſt mobile in actu, & mobile in actu eſt dimenſionatum,quare cum perpetuo corpus cœleſte ſit mobile , dimenſionatū perpetuo erit, & ſic patet iſtud.

Materia aīaliū cœleſtium, & ſublunariū in duobus conueniunt.

Quomodo hic ab Ariſto.col. liguntur.

Sed inuenimus ſubſtantiam deferentem dimenſiones,& dimenſiones in corpore generabili,& corruptibili vel corporibus generabilibus & corruptibilibus eaſdem numero in potentia non eaſdem in actu.ſ.quòd dimenſiones omnes communes omnibus corporibus generabilibus ſunt eodem modo in potentia, quia inuenimus idem corpus transferri de forma in formam, & ex dimenſionibus in dimenſiones alias in actu, verbi gratia, quòd corpus quod eſt aer,trāſfertur in corpus quod eſt ignis.

Commen.23.

Cum poſuit conuenientiam inter cœlum & corruptibilia corpora ex parte materiæ, ſiue corporis.nunc ponit eſſe differentiā ex parte corporis & materiæ,& primo reſumit conditiones generabilium,& inquit,ꝙ inuenimus in corporibus corruptibilibus ſubſtātiam quæ defert dimēſiones hoc eſt materiam ipſam , & dimenſiones ipſas eadem numero omnium corruptibilium non quidem in actu, hoc eſt vt terminatæ ſunt. ſunt.n.dimēſiones diuerſæ vt terminatæ ſunt, ſicut & formæ.vt dictum eſt lib.primo, ſed in potētia hoc eſt quatenus interminatæ ſunt, eaſdem dico quatenus vt interminatæ, ſunt in potentia & communes omnibus generabilibus eędem numero in potentia ad omnia. Et hoc declarat pro tanto, quia inuenimus idem numero corpus transferri de forma in formam, & de dimenſionibus in dimenſiones alias in actu, quod eſſe non poteſt, niſi ſit vna communis materia , & communes dimenſiones.vt.n.quia formæ ſe mutuo expellunt, ſupponunt vnam communem materiā,& vnam numero omnium in potentia, ſic quia termini dimenſionum & dimenſiones in actu ſeſe mutuo expellunt ab eodem corpore, ſupponunt idem numero corpus in potentia per communes dimenſiones affectum,quę ſunt eædem numero & communes in potentia ad omnes terminos.Cuius exemplum ponit.d. verbi gratia. corpus quod eſt aer, transfertur in corpus quod eſt ignis,in qua tranſlatione variantur termini,& non dimenſio ipſa in potentia , vt variantur formæ in actu, & non materiæ. hæc Auerro.hic, & primo phyſico. commen. 63.& omnia hæc fuerunt pertractata in primo libro.

Si igitur hoc corpus quod eſt commune formæ acris & ignis eſſet, idem numero in actu, tunc forma eſſet accidens: & ſi eſſent duo in actu : & tranſmutaretur vnum in alterum,neceſſe eſſet corporeitatē deſtrui de corpore corrupto ad non corpus, & corporeitatem generatā generari ex non corpore, vnde neceſſe eſt eas habere materiam corporalem ſibi communem.

Commen.24.

Has quas dixerat conditiones,nūc probat,vbi debes ſcire ꝙ in trāſmutatione illa de aere ad ignem, vel ecōtra duo poſſunt fingi contradictam veritatem. primo imaginando ꝙ ſit idē corpus actu & terminatum, quod mutatur de aere ignem , vt dixerunt antiqui. vt alij aerem, aliud ignem , aliud aquam,& id genus, vt

patet

patet primo phyſi.& primò de generatione. Secundò imaginari poſſumus nullũ eſſe cõmune corpus vtriſq;, videlicet aeri & igni, ſed eſſe duo actu corpora, & propriis dimenſionibus terminata, & trãſmutari mutuo, & nihil eſſe cõe illis, ſed vnum corrumpi, & de illo corrupto generari alterum, vt ꝙ corrumpatur aer omnino, & nihil illius remaneat & generetur ignis nullo præſuppoſito. Hæc igitur refellit, primò tamẽ primum figmentum. Secundo ſecũdum figmentum. Primum refellit per hoc, quia ſi illud commune corpus eſſet in actu idem numero, tunc omnis forma adueniens eſſet accidens, quia quælibet adueniret enti in actu, & ita ſubſtantiales formæ eſſent accidẽtia, & tunc generatio eſſet alteratio vt deducitur primo de generatione. Secundũ refellit per hoc, quia ſi eſſent duo in actu modo dicto &, & vnum tranſmutaretur in alterum, tũc corporeitas elementi corrumpendi, vt aeris, deſtrueretur ad non corpus, & corporeitas elementi generandi generaretur ex nõ corpore, quæ ſunt ĩpoſſibilia, vt probatum eſt libro primo, & propterea cum ambo hæc ſint impoſſibilia, infert debere eſſe corporalem naturam ambobus cõmunem, non quidem in actu, ſed in potentia, vt dictum eſt. Debes ſcire ꝙ de generatione ſunt apud veteres duæ poſitiones, vna quidem ex non ente generat, hoc eſt ex nihilo, vt poetę & theologi opinantur, & hi ponunt eſſe duo corpora in actu, quorum vnum in alterum tranſmutatur, & per nihil commune vtriſq;. Alij poſuerunt materiam eſſe corpus in actu, vt alij aerem, alij ignẽ, alij aquam, alij terrã. Plato medium corpus iis cõe in actu tñ. in actu dico ẜm formam, & ẜm terminos dimenſionis. & ambas has poſitiones hic Auer. confutauit, opinionem ſuam approbando, quæ oĩa primo lib. diligenter ſunt explicata & deducta, nunc aũt cum hæc dicantur q̈ſi per modum epylogi, ſatis eſt ea reſumere breuibus.

Opiniones de gñatione rerũ.

Quærendum eſt igitur vtrum illa ſit vna, aut plures, & ſi vna vtrum vna potentia, aut actu, & ſi plures ſimiliter. Cogimur igitur ponere vnam potentiam. & plures potentias.

Cõm.2 5.

Hactenus concluſit ꝙ vna eſt materia quanta omnium generabilium, & corruptibilium, nunc quærit hoc per modum qõnis, videlicet vtrum hic materia ſit vna omnium, an plures, & tot quot formæ quibus ſubiicitur. Secundo quærit dato ꝙ ſit vna, vtrum ſit vna ptãte, hoc eſt per priuationem vnã oĩum formarum. potentia.n. pro priuatione ſumitur vt dicitur. 9. metaphyſi. cõm.3. An vna in actu per vnam formam, vt dixerunt antiqui. Si vero materiæ ſint plures: & tot quot generata, vtrũ ſimiliter ſint plures actu per formas plures, an poteſtate per plures priuationes. Hæç eſt qõ. Rñdet Auer. ꝙ materia eſt vna ẜm vnam potentiam, & plures ẜm plures potentias. Vbi animaduerte ꝙ ſumẽdo potentiam pro aptitudine materiæ, quia ipſa caret formis, & põt illas recipere, materia eſt vna ẜm potentiam, hoc eſt per vnã priuationem omnium formarum. vt dicitur. 12. metaphy. cõm. 14. Si vero ſumitur potentia pro habilitate, quæ reſultat ex diſpoſitione qualitatiua, & quantitatiua inducta ab agente, aut pro potentia reſpectiua, ſic eſt plures ſecundum tales habilitates, vt dicitur eodem. 12. cõ. 11. Sed occurres per quæſtionem. Auerro. 12. metaphyſi. cõm. 14. quia videtur quòd materia ſit aut forma vniuerſalis, veluti genus, vel communis per formam vniuerſalẽ, vt compoſitum genericum. quia eſt quid commune prædicabile de pluribus, & omne tale eſt vniuerſale, & tota aut forma vniuerſalis, aut compoſitum vniuerſale. Reſpõdet ibidem Auer. quòd materia eſt vna numero omnium. verum vnũ numero bifariam eſt. vnũ enim eſt per priuationem, & ſic poteſt aliquid eſſe vnum numero, & commune pluribus. vnum quidem numero per carentiam differentiarum quibus ſit differentia numeralis. commune vero per carentiã vnius certæ formæ, qua determinetur ad vnum. Aliud vnum numero eſt per habitum, & ſic vnum numero eſt, qđ habet vnum numero habitum, quo ſit hoc & indiuiduum. Ad rem dico ꝙ materia eſt vna numero, & vniuerſalis. vna quidem numero per priuationem differentiarum quibus numeretur. Vniuerſalis vero & cõmunis per carentiam vnius certæ formæ quia ſit indiuidua, & determinata, & ſic concedo ꝙ materia eſt cõmunis, & vniuerſalis, non tamen forma, vel habens formam, ſed vnũ priuatione dicto modo. Hæc Auer. ibidem. De vnitate materiæ diximus lib. primo. nunc vero ſit dictum in tantum. Ex iis vt infert Auerro. in illo. 12. cõm. 14. apparet differentia inter communitatem materiæ, & communitatem generis. nam communitas materiæ eſt per intellectum, quia eſt ratio priuationis, quæ non habet eſſe extra animam, communitas vero generis eſt in re, quia habet eſſe per formã, quæ eſt in re vniuerſale quid in potentia. Hæc ſufficiãt de intellectu ipſius materiæ.

Quæſtio an mã ſit genus.

Solutio.

Differẽtia inter cõitatem materiæ & generis.

Declarabitur igitur ſecundum hoc quòd corpora quæ ſunt hic generabilia & corruptibilia ipſa componantur ex ſubſtantia quæ eſt in potentia & dimenſionibus exiſtentibus in ea, quæ ſunt in potentia. Et etiam quòd illud corpus eſt vnum potentia, & multa potentia, & quòd cum exit in actum, erit materia in actu. vnde dicit Ariſto. quòd materia non habet eſſe in actu, niſi ſecundum quòd videtur, quemadmodum forma non habet eſſe in actu niſi ſecundum quòd intelligitur.

Cõm.2 6.

Nunc quaſi epylogat ea quæ dixit de materia generabiliũ, & dicit primo, ꝙ patet ex dictis corpora ſublunaria componi ex materia per ſe, ex dimenſionibus vero diſpoſitiue. Dicit ſecundo ꝙ patet materiam dimenſionibus affectam, quæ eſt corpus, eſſe poteſtate vnum. hoc eſt priuatione: & multa poteſtate, hoc eſt per diuerſas habilitates, vt diximus, ita vt tunc ſit in actu cum exit in actu. & per cõſequens patet materiam non eſſe vnam propter formam vnam. ſed eſſe vnam per priuationem & potentiam vnã. Cuius cauſam aſsignat ex dictis Ariſto. 12. metaphyſi. tex. cõm. 14. Vbi ait materiam non habere eſſe in actu, niſi ſecundum quod videtur, ideſt propter formam, quę eſt ratio mouendi viſum & ſenſum. quemadmodum forma non habet eſſe in actu niſi ſecũdum ꝙ intelligitur, hoc eſt vt abſtrahit à materia, & conditionibus materiæ, igitur materia habet eſſe in actu propter formam, & per conſequens ipſa eſt plura potentia, & vna per priuationem formæ. hæc Auer. de conditionibus materiæ corporũ gñabilium. Sed quia Auer. 1. cęli. cõ. 92. vr̃ oppoſitũ ſentire. ait.n. rem ſentiri propter materiã: & intelligi ob formã, hic vero aſſerit materiam ſentiri ob formã. Præterea, dubitaẽ fortius, ait.n. hic formam eſſe in actu, dum intelligitur, qđ falſum eſt, quia dum intelligitur eſt vl'e quid, & ita eſt in potentia. vt dictum eſt. 12. meta. cõm. 14. & 1. meta. cõm. 17. Dici poteſt ad pri-

Dubitatio occurrens.

Solutio.

ad primam ꝙ materia & forma poſſunt comparari ad tertium vtpote ad compoſitum,& inter ſe. Si compararentur ad tertium, ſic propter materiam compoſitum eſt ſenſile, quia ob materiam compoſitum eſt hoc & indiuiduum, ob formam vero intelligitur, quia forma eſt vis poteſtate, vt dictum eſt. Si vero compararentur inter ſe, ſic materia ſentitur propter formam, quia ob formam eſt in actu. non.n. põt materia ſentiri niſi m ouẽat ſenſum, & non mouet ſenſum, niſi ſit in actu, & non eſt in actu, niſi propter formã. igitur materia ſentitur propter formã. Sed pulchra dubitatio eſſet, quo nam modo materia quæ ſui natura inſenſilis eſt, poteſt eſſe id quo ſentitur cõpoſitum quæ res propoſitũ trãſcendit, & etiam in.1. cœli diligentius diſputabimus.

Solutio. Ad ſecundam dici poteſt ꝙ Auer. per eſſe in actu intelligit eſſe permanens ſemper, veluti ſubſtantiæ ſeparatæ dicuntur per excellẽtiam in actu, quia ſempiternæ. forma itaq; dum intelligitur eſt in actu, & eſt in potẽtia, eſt quidem in actu eſſendi, quia vt ſic habet eſſe vniuerſale, & æternum. eſt in potentia ad prædicandum. in actu quidẽ eſſendi ſemper, quia vt ſic abſtrahit à materia & potentiæ materię, ratione cuius redditur potentialis. 9. metaphy. cõm. 2. in potentia vero ad prædicandum, quia vt ſic eſt, vniuerſale quid.

Corpus vero cœleſte cum non tranſmutetur ſecundum ſubiectum neceſſe eſt componi ex ſubſtantia in actu, & dimenſionibus in actu, & ideo eſt ingenerabile & incorruptibile, & cum ita ſit, corpus cœleſte eſt materia recipiens formam celi, hoc modo qui declaratus eſt de hac materia. ſ. de eius conuenientia cum materia generabili & corruptibili in aliquo & diuerſitate eius ab ea in aliquo. Nam vtraq; etiam eſt materia ſecundum quòd videtur, & ſimiliter etiã ſecundũ quòd inuenitur in eis potentia ad motũ in loco, & ſi in corpore cœleſti non ſit potentia ad tranſmutationem.

Côm.27. Cum dixit conditiones materiæ generabilium, nũc addit conditiones materiæ cœli. vt colligatur dr̃ia cœli & generabilium. Et dicit primo ꝙ corpus cœleſte. i. cœlum ipſum quod eſt animal, cum non tranſmutetur ẽm ſubiectum, neceſſe eſt vt componatur ex ſubſtantia in actu, & dimenſionibus in actu. Hoc eſt vt ea pars quæ locum materiæ tenet, ſit ſemper actu formæ copulata, & dimenſiones illius ſint ſemper terminatæ, & nunquam in potentia ad terminos, & hoc pro tanto, quia cœlum ipſum eſt æternum, & non tranſmutabile ẽm ſubiectum, vel ad ipſum ſubiectum, vt habet alius textus, & conuertitur, vt quia cœlum eſt ex materia in actu & dimenſionibus in actu, ideo eſt ingenerabile, & incorruptibile. Dicit ſecundo ꝙ tale corpus quod ſe tenet loco materiæ eſt materia recipiens animam cœli, ſiue formam cœli, non abſolute quidẽ, ſed ẽm modum conuenientiæ, & dr̃iæ dictum. Dicit tertio quod conuenientiæ ſunt duæ, prima quia ambæ materiæ, videlicet, hæc generabilium: & illa cœlorum ſunt quatenus videntur, & non intelligit ſecundum ꝙ videntur, ſcilicet per accidentia ſenſilia, vt noſtri cõtemporarij ſentiunt, ſed ſecũdũ ꝙ vnum, hoc eſt ſunt in actu propter formas. ambæ.n. cõſtituuntur in eſſe ſpecifico propter formas vt dictũ eſt, ſecũda eſt quia ambæ ſunt in potentia ad motum. Licet materia cœli per ſe, quia eſt corpus in actu. Hæc vero per accidens, vt pars, compoſiti. Dicit quarto, ꝙ differentia eſt quia mã cœli eſt in potentia ſolum ad motũ localẽ, hæc materia eſt in potentia ad gñationem, & ſic patet differentia, & conuenientia cœlorum, & gñabilium ex parte eorum corporum, ſiue materierum.

Et ſubſtantiæ exiſtentes in ſubſtantiis exiſtentibus in corpore cœleſti non ſunt potentia ad tranſmutationem: at ſubſtantiæ exiſtentes in ſubſtantiis exiſtentibus in corpore generabili & corruptibili ſunt, & ſimiliter eſt in corpore cœleſti. declaratum eſt.n. de eis eas eſſe conuenientes cum formis generabilibus & corruptibilibus in aliquo, & in ali quo differentes ab eis.

Nunc ponit differentiam inter cœlos, & animalia ſiue corpora generabilia ex parte formarum, & ſenſus verborum ſic barbare tranſlatorum eſt, ꝙ ſubſtantiæ i. formę ſubſtantiales exiſtentes in ſubſtãtiis. i. materiis exiſtentibus in corpore cœleſti, ideſt cœlo ipſo aĩali vt partes, hoc eſt & ſubſtantiæ & formæ cœlorum non ſunt potentia ad tranſmutationem. ſunt.n. æternæ, at ſubſtantiæ & formæ in materiis quæ ſunt in corporibus gñabilibus vt partes ſunt. ſ. in potẽtia ad tranſmutationem. ſic igitur differunt formæ cœlorũ à formis corporum gñabiliũ, quia illæ ſunt æternæ. Hæ vero trãſmutabiles. hoc aũt ꝓbat per ea quæ dicta ſunt circa dr̃iam & conuenientiam harum formarum ab illis, & vt de formis dictum eſt, ſic de corpore cęleſti ſimilr̃ eſt dicendum, & de generabili quæ omnia dicta ſunt. Côm.28.

Et ex hoc modo id quod congregatur hic ex anima & corpore dicitur aĩal, cum hoc quòd illud quod congregatur illic ex corpore & anima dicitur non æquiuoce animal, ſed ſecundum prius & poſterius, & ideo neceſſe eſt in talibus naturis vt prius ſit cauſa poſterioris, vt dictum eſt de hac natura alibi. verbi gratia, illa quæ dicuntur talia ſed diuerſant ur ſecundum magis & minus.

Ex dictis infert duo, quorum vnum ſequitur ad alterum. primum eſt quod intelligendo hoc modo cõpõnem in cœlo, & in gñabilibus tam illud quod congregatur hic ex aĩa & corporeq̃ illud quod congregatur illic etiam ex aĩa & corpore dicitur aĩal, nõ tñ vniuoce, nec æquiuoce, ſed analogice ẽm prius & poſterius, hoc eſt primum. Secundum eſt ꝙ ꝑ hoc cœlum eſt cã aĩalium ſublunarium. nam in talibus naturis analogicis ſemper quod prius eſt, eſt cã effectrix, & eſſentialis eius quod eſt poſterius. vt de hac natura dictum eſt alibi, videlicet. 2. meta. cõm. 4. & 12. meta. cõm. 51. dictũ eſt.n. ꝙ illorũ quæ ſunt talia, & quæ ſunt dr̃ia ẽm magis & minus, id quod eſt magis ſemper eſt cã eius quod eſt minus. vt quia ignis eſt calidus per eſſentiam, ideo eſt cauſa calidorum. Sed occurres, quod nam aĩal eſt prius, an aĩal cœlicum, an hoc ſublunare? hoc.n. videtur prius, quia per hoc ſublunare illud nacti ſumus. Dici poteſt. vt in lib. Poſterio. dicitur prius eſſe & quo ad nos, & quo ad naturam, aĩal quidẽ hoc ſublunare prius eſt ad nos, quia vt recte argutum eſt, per hoc aĩal ſublunare illud cœlicum venati ſumus. Aĩal vero cœlicum eſt prius quo ad naturã, quia præſtantius & nobilius. Hac rõne illud huic cauſa eſt eſſendi, hoc illi cauſa eſt cognoſcendi, & ſic patet ordo horum. Côm.29. Dubitatio: Solutio.

Quoniam igitur cœlum componitur ex materia & forma, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus quæ ſunt hic, declaratum eſt. Amplius in quo conuenit forma iſtorum cum formis illorum, & in quo differunt: & in quo differt vltimus motor iſtorum ab vltimo motore illorum. Remanet igitur declarare in quo differunt hæc duo genera quo ad accidentia & in quo conueniunt.

Epilogat oĩa declarata, & ꝙ dicit patet in tex. dein de proponit intentionem dicendorũ, & ait ſe velle dicere in quo differunt & conueniunt hæc duo gñã aĩalium Côm.30.

liũ quod ad accidẽtia, quia vt Auer.ait.1.de aĩa.cõm.3. cognitio rei non perficitur niſi per cognitionem ſubſtantiæ eius, & accidentium, quæ accidunt per ſe illi rei. Sed occurres, quia videtur ꝙ Auerro. tranſgreſſus eſt ordinem. prius.n. debuit tractare de accidentibus, quã de eſſentiis. eſt.n. ordo doctrinæ à notioribus. Di ci poteſt ꝙ Auer. proceſsit reſolutoriè à priori ad poſterius, qm̃ inuẽtio illorum eſt facta per cognitionem acceptam ſecundum conuenientiam & differentiam ab ipſis gñabilibus, quæ ſufficit ad inuentionem cau ſæ accidentium illorum per ſe, hęc Auer.

Dubiũ circa ordinem.

Solutio.

Differunt enim in natura paſſiua, quæ dicitur alteratio, & conueniunt ſecundum accidentia, ſecundum quæ nõ tranſmutatur ſubſtantia. Hæc.n. alteratio ſecundum quam tranſmutatur ſubſtantia alterati, videtur eſſe propria cor poribus, quorum ſubſtantiæ admiſcentur potentiæ, & ſunt corpora generabilia & corruptibilia. accidentia vero quæ non traſmutant ſubſtantiam deferentis, ſunt communia vtrique corpori.

Cõm. 31.

Propoſita intentione, exequitur, & declarat quæ ſunt illa accidentia in quibus conueniunt, quæúe illa in quibus differunt. Vbi debes ſcire ꝙ accidentiũ quędam ſunt corruptiua ſubſtantiæ, quædam perfectiua. corruptiua quidem ſunt, quæ vel ipſa immediate præparant ad corruptionem vt qualitates tactiles de tertia ſpecie qualitatis. quædam quæ conſequuntur ad qualitates tactiles, vt qualitates ſecundæ, albedo, videlicet & nigredo, & id genus. perfectiua vero ſunt, quæ inſunt, nec præparant ad corruptionem, nec conſequun tur præparantia ad corruptionem, vt motus, & lux, & id genus. Vult igitur Auer. cœlum & gñabilia differre quidem quo ad accidentia corruptiua primo vel ſcd'o modo. cõuenire vero quo ad accñtia perfectiua vt ſunt motus & id genus. cã autem quare differunt in primis accidentibus eſt, quia illa non inſunt niſi iis corporib°, quæ miſcenẽ potẽtiæ, & materia, cuiuſmodi ſunt cor pora corruptibilia. cętera vero ĩſunt oĩbus corporibus. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ accidentia primo modo appellantur naturæ paſsiuæ & alterationes. naturæ quidem paſsiuæ pro quanto ſunt de tertia ſpecie qualitatis, quæ eſt paſsibilis qualitas. alterationes vero pro quanto præparant ad corruptionem.

Differẽtia accidentium.

Accidẽtia cur appellantur naturæ paſsiuæ, et alterationes.

Et primum iſtorum eſt motus localis, et diaphaneitates & qualitates quas ſequuntur iſta. ſ. raritas & denſitas. Videtur.n. quòd raritas & denſitas cauſæ ſint fere diaphanei tatis & non diaphaneitatis

Cõm. 32.

Dictum eſt cęlum & gñabilia corpora cõuenire in accidentibus quę non abiiciuntà ſubſtãtia deferentis. nunc explicat, illa & ait ꝙ de illis eſt motus localis. hic .n. vt dicitur. 5. phy. cõ. 14. nihil abiicit à ſubſtantia rei, & propterea eſt maxime perfectiuus. Amplius de illis eſt diaphaneitas, hoc eſt tranſparens & opacum. hæc.n. non abiiciuntà ſubſtantia eius, cui inſunt, etiam de illis ſunt raritas & denſitas quæ ſunt qualitates ad quas ſequuntur iſta, videlicet diaphaneitas, & opacitas, & ꝙ ad raritatem denſitatemúe ſequãtur diaphaneitas & opacitas, declarat ex hoc, quia raritas & denſitas ſunt fere cauſæ diaphaneitatis & opacitatis. Sic igitur accidentia, in quibus conueniunt, ſunt motus localis, diaphaneitas & opacitas, raritudo & denſititudo. Quo vero ad verba attinet debes ſcire ꝙ diaphano verbum græcum eſt, & latine ſonat paruium, tranſparens, vel interlucens, cuiuſmodi eſt vitrum, aer, aqua, & ignis elementarius & id genus. hæc enim peruia dicuntur, tranſparentia, ſiue interlucentia, quia interpoſita inter viſum & obiectum, non impediunt viſionem, immo viſile obiectum penetrat intentionaliter per illa, & huius generis eſt cœlum, quia cœlum lunæ interpoſitum inter nos & ſtellas fixas non impedit viſionem illarum, immo per ipſum illæ interlucent. Huic vero contrarium eſt opacum, ſiue tetrum, quod nec interlucet, nec tranſparet, ſed eclipſat, viſile cuiuſmodi eſt terra, lignum, & id genus. quod ab Auerroe dicitur per negationem, videlicet non diaphanum. forte quia in Arabico non habet nomen. Secundo debes ſcire quod rarum & denſum non ſunt vere cauſæ diaphaneitatis, & opacitatis, quia ambo ſunt æterna, & nullum æternũ eſt vera cauſa effectrix alterius æter ni. Præterea ambo conſequuntur animam cœli, ſed dicuntur fere cauſæ, quia immediatius rarũ & denſum fluunt ab intelligentia, quam diaphaneitas & opacitas, vel quia diſpoſitiuæ cauſæ ſunt reſpectu illarum, nam quam cito aliquid efficitur rarum, tam cito præparatur ad tranſparentiam, quam cito vero denſum, tam cito ad opacitatem.

Quid diaphanon & opacũ.

Qualiter rarũ & dẽſum ſint cauſæ diaphani & opaci.

Sed tamen dicuntur vtræque in vtroque corpore ſecundum prius & poſterius ſicut dicitur corporeitas.

Cõm. 33.

Soluit dubitationem, dictum eſt enim hæc acciden tia quæ non auferunt à ſubſtantia ſubiecti, conuenire cęlo & generabilibus, poſſet quis dubitare, vtrum conueniant vniuoce, vel æquiuoce, vel analogice ſecundum prius & poſterius. Reſpondet quòd vtræq;, hoc eſt omnia hæc accidentia, ſunt omnia cœli & generabilibus non vniuoce, nec æquiuoce, ſed ſecundum prius & poſterius, veluti ipſa corporeitas, nam motus cœli eſt cauſa omniũ motuum, qui ſunt in corporibus generabilibus. Similiter raritas illa & denſitas, diaphaneitas & opacitas, ſunt cauſæ diaphaneitatis, & id genus, quæ ſunt in iſtis. & tu intellige non abſolute. raritas enim & denſitas cœli non ſunt cauſæ effectrices, ſed ratione ſubiecti, cui inſunt, & propterea adiecit, ſicut dicitur corporeitas. nã vt illa cor pora ſunt cauſæ horum, ſic omnia quæ illis inſunt, ſunt cauſæ omnium quæ his inſunt. igitur hæc analogia eſt ratione ſubiectorum, non abſolute.

Et ſimiliter conueniunt in illuminatione, & obſcuritate. Sed hæc magis videntur dici æquiuoce quam ſecundũ prius & poſterius. lux enim videtur fieri hic in hoc corpore igneo diaphano ſimplici quod eſt in concauo orbis lunę, quando agit in corpore denſo, & admiſcetur cum eo, at cauſa illuminationis partium corporis cœleſtis, ſcilicet ſtellarum videtur eſſe denſitas illius partis diaphanæ in actu ex orbe. Et hoc apparet in ſtellis quæ eclipſant ſe adinuicem, et hoc bene apparet in luna.

Cõm. 34.

Quartum accidens in quo cœlum conuenit cum generabilibus corporibus, eſt lux, & obſcuritas. ſunt enim cœli lucidi, vt ſtellæ, & ſunt nonnulla corpora gñabilia lucida, ſunt cœli obſcuri, qui græce aphoti dicuntur, vt hæ cœlorum partes, quæ non ſunt ſtellæ, ſimiliter & luna obſcura eſt, ſed recipit lumen à ſole. Sunt & nonnulla generabilia obſcura, vt lapides ligna, & id genus. igitur in his accidẽtibus etiam cõueniunt. dicit enim ꝙ licet conueniant hęc, tamen potius videntur dici æquiuoce, quam analogice, & hoc poteſt declarari pro tanto, quia inter lucẽ cœleſtem, & ſublunarem nõ mõ reperitur ordo ſubtorum, ſed etiam ꝑm proprias rõnes. lux.n. illa eſt cã lucis huius rõne ſubti,

quia

quia ſubiectum illud eſt cā ſubiecti huius,etiam ꝓprijs rōnibus,quia lux hæc ſublunaris,quæ cōpetit igni, non efficiť niſi quatenus ignis ſimplex efficiť mixtus. vt qñ accendiť in licinio, face,ligno,& id genus, at ſtella pars cœli lucida lucet ꝓpter admixtionem cū alio corpore, ẜm propter condenſationē partium.igitur lux & tenebra dñr pluſq̃ analogice.i.æquiuoce,qa ẜm prius & poſterius dñr tam rōne ſubiectorum, q̃ rōnibus proprijs, quibus ipſæ ſunt.Quod vero ſtellæ ſint denſæ probat ꝑ hoc quia ſtellæ eclipſant ſe.cū.n.ſtella inferior interponiť inter nos & ſtellā ſuperiorem,tunc illa ſuperior eclypſatur, qđ eſſe non poſſet niſi ſtella inferior eſſet denſa non permittens interlucentiam.q̃ quidem dēſitudo maxime patet in luna, q̃ eclypſat oēs ſuperiores. ſic igitur apparet ſtellas eſſe lucidas ꝓpter denſitudinē.Ignis vero lucet ꝓpter eius admixtionem cū opaco. Qđ vero verba attinet, debes ſcire ꝙ diaphanum eſt quoddā in potentia,qđ quidem ſui natura nō lucet,ſed recipit lumen ab alio,vt aqua,aer,& id genus.quoddā in actu,qđ ſui natura lucet,veluti ſtellata pars.hæc.n.diaphana eſt quēadmodum pars non ſtellata, quia eiuſdē ſpeciei eſt cum illa,tñ eſt diaphana in actu,qa propter ſui denſitudinē lucens,& à ſeipſa illuminata,aut forte eſt actu diaphana,quia ſemp illuminata à ſole recte.igiť Auer.ſtellas appellat actu diaphanas. partes vero non ſtellatas appellat diaphanas in potentia,quia illæ lucent,hæ vero nō. Sed occures,quia Venus & Mercurius ſunt ſub ſole, & nunq̃ eclypſant ſolem. De hac qōne Ariſto. opinatur ſupra lunā eſſe ſolem,ſupra ſolē eſſe venerem, ſupra venerē eſſe mercurium,ſupra mercuriū martem, ſupra martē iouem,ſupra iouē ſaturnum,ſupra ſaturnū ſtellas eſſe fixas,ſupra has nihil eſſe,niſi entia optimā vitam ducentia.Rē hanc de ſole maxime approbat Ariſt. in lib.de mundo,ꝑ hoc quia luna cæteros eclypſat,ipſa vero à nullo condiť,niſi interuentu terræ.Sol vero cūdit oēs,& non condiť niſi interuentu lunę.Auer.vero.2. cœli.cōm.58.vř perſuadere rem hanc,quia ſol motu ꝓprio velocius mouetur venere & mercurio, igitur debet eſſe prope velociſsimum,videlicet lunā.Huius opinionis fuerunt,& Ieber & Theon, qui poſt Ptolomæū obſeruarunt multis annis. Ptolo. vero de ſitu trium ſuperiorum cum Ariſt.concordat.Deprehendit.n.hoc inſtrumento diuerſitatis aſpectuum,vt diceť,ſed de Sole addubitare viſus eſt. Nā in nona magnæ cōpoſitionis ſectione aſſerit ſe non potuiſſe diſcernere an duo inferiores ſint ſub ſole vel ſupra ſolem,quia non valet,non abſcōdunt ſolem, igitur ſunt ſupra ſolem, quia ſtat illos nunquā diametrari inter ſolem & oculos noſtros.veluti vř in luna,quæ licet ſæpiſsime cum ſole coeat,raro tñ condit ſolem,quia raro diametratur.Et dato ꝙ illi diametrenť,vt apte Ptol.demonſtrat eodem in lib.ſectione tertia, & recto aſpectu inter nos & ſolem interponantur,adhuc poſſunt non cōdere ſolem aut quia ſunt nimis lucidi,nam lux interpoſita inter lucidum & oculos lucidum nō condit,aut quia ſunt diaphani.ſic.n.lucent & ſunt diaphani,& ſic non condunt ſolē.Aut quia ſunt nimis puij accidente ad hoc nimia eorum diſtantia à terra. nam conus vmbræ illorū corporum in aere perditur & nō pertingit vſq; ad nos. Aut propter alias cauſas,quas alij ponunt. Demum Ptol.Petoſiris,Neocepſus,Dorotheus,& Hiparchus ſolem ſtatuunt in medio planetarum,poſt quē verſus terrā ſtatuerunt venerē,poſt quā mercurium collocarunt, tā & ſi de mercurio Ariſt.dicat oppoſitū. ipſum,videlicet eſſe ſupra venerē.demum lunā,hoc autem obſeruatione depræhenderunt.nam ſumptis diuerſis inſtrumentis & exactiſsimis ꝑ diuerſitate aſpectuum depræhēdenda ſimul tēpore in diuerſis locis in latitudine multum remotis apparuit diuerſitas aſpectus notabilior, atq; ſenſibilior in luna q̃ in mercurio, & in mercurio q̃ in venere, & in venere q̃ in ſole,& ſic de cæteris ſuo ordine. Quod eſſe non poterat,niſi quia luna eſt nobis propinquior mercurio, & mercurius venere,& venus ſole,& ſol cæteris. Quā obſeruationē Albumaſar cōfirmauit coniecturis naturalibus ſatis ꝓbabilibus in lib.ſuarū eruditionum.

Diaphanū duplex.

De ſitu ſolis et ſtellarum. Poſitio Ariſto. de ordine planetarum.

Poſitio Ptolo.

Cauſa quare ĩ. feri non condunt ſolem.

Sol in medio.

Ariſt. vero ſaluari poteſt, quia tēporibus Ariſt.aſtrologia non erat completa, nec dñæ motuū oēs perceptæ. Cuius ſignum eſt,quia Auer.ſequens antiq̃ aſtrologiam Eudoxi & Calippi errat de motu ſolis. credidit.n.ſolē proprio motu ferri velocius venere & mercurio. hoc.n.erroneū eſt, quia depræhenſum eſt venerem & mercurium velocius motu ꝓprio ferri ipſo ſole, licet motibus mediis ſemper ſit media veneris mercuriiq; cū ſole cōiunctio. vt obſeruauit Ptolomeus. Quibus patet ſolutio ad rōnes pro Ariſto. poſitione. Hæc pauca de ſitu ſtellarū. nam diligentius in lib.2.de cœlo dicemus. Quæres cōſequenter ꝓpter quid ignis propria in regione non lucet? Iuniores aſſerunt illum non lucere argumento quia ignis illæ eſt alterius rationis. Quod vero ille ignis æquiuoce ignis ſit, alteriuſq; rationis teſtatur Alex.vt narrat Auer.primo cœli.cōm. 91. teſtatur & calor illius, qui eſt alterius rationis. eſt .n.viuificatiuus & ꝓlificus. elementarius vero corruptiuus.talis autem eſſe non poſſet,niſi foret alterius rationis, vt dř.12.meta.cōm.18.& ſecundo cœli.cōm 52. & vt dicemus in hoc lib.ſic igitur ille ignis non lucet, quia non eſt ignis,niſi æquiuoce. Ego vero non vidi Alex.ſed quicquid ſit, nec ille ignis eſt penitus alterius rōnis, nec dato ꝙ ſit alterius rōnis, ſequitur vt non luceat. Quod quidem non ſit alterius rationis,patet.quia ille & iſte ſunt elementarij, non differentes niſi ẜm quid,quatenus,videlicet,ille eſt purus,hic autem commixtus. Quod vero non ſequatur vt non luceat, dato ꝙ ſit alterius rationis,declaratur,quia cœlum eſt multo magis alterius rationis ab iſto igne, quam ille ignis ab iſto igne. Dicamus igiť cum Auer. quarto cœli cōm. 52.vbi mouet,& ſoluit quæſtionem,& vult lucem ſibi competere extra ſuum locū veluti congelatio ipſi aque extra ſuum locū cōpetit, cuius cauſa eſt(vt innuit)quia lux non cōpetit igni, nec cōgelatio aquæ,niſi quatenus præternaturaliter afficiuntur, vt videlicet, aquæ miſceť quicquam terrei. igni quicquā opaci terrei. modo nullum elementum præternaturaliter in proprio afficitur loco,& propterea ſi aqua debeat congelari, & ignis lucere,oportet vt ambo exeant loca naturalia, ad hoc vt ſeſe miſceant alicui,per quod hoc luceat & illud congeletur, & hac ratione nec ignis proprio in hoc lucet, nec acqua proprio in loco cōgelatur, & ſic patet ſolutio quæſtionis.illud vero quod dixit Alex.ꝙ ille ignis & iſte æquiuoce dicuntur, exponit Auer. eſſe verum per accidens,quatenus per accidens ille gñat,iſte corrūpit. nā cum illo miſceť quicq̃ de radiis ſolis,qui deſcendētes cum aliquo illius, viuificāt,huic miſceť aliquid terrei, & hac ratione mortificat,quare ille viuificat per accidens ob admixtionem cum radiis viuificantibus.hic mortificat ob admixtionem cum opaco terreo.

Defenſio Ariſto.

Error Auer.

Quæſtio de luce ignis. Pō iuniorum.

Confutatio.

Solutio Auer. & propria.

Et cum ita ſit:ſtellarum ſubſtantia & cœli eſt eadem natura ſecundū quòd omnes antiqui dicunt vt narrauit Ariſt.

in libro cœli & mundi. Et corpus cœleſte ſecundum hoc eſt diaphanum per ſe in actu econtrario corporibus diaphanis quæ ſunt hic, quæ ſunt diaphana in actu apud præſentiam lucis.

Cõm.35 Ex ijs quæ dixit, infert duo. dictum eſt.n.partes cœli non differre niſi penes rarũ & denſum inter ſe. Ex ijs ſequit̃ primo ꝙ non differunt ſpẽ quia rarum & denſum non faciunt dr̃iam ſpecificam, & ita ſtellarũ ſubſtantia, & cœli eſt eadẽ natura ꝑm ſpẽm, veluti antiqui Aſtrologi ſenſere, & Ariſt. narrauit in lib.2. de cœlo. Secũdo ſequitur vt corpus cœleſte totũ ꝑm ſe & quodlibet ſui ſit actu diaphanum & ꝑ ſe. actu quidem quia ſemper lucens, ſiue illuminatum, ꝑ ſe vero, quia totũ cœlum eſt ꝓpria natura lucidũ, & non ab alio niſi à parte, vt dicemus. econtrario corporibus diaphanis q̃ ſunt hic, q̃ ſunt diaphana in actu apud præſentiam lucis corporis luminoſi ſolis, vel ignis, aut id genus. Hoc autem ſequitur, quia partes non differunt ſpecie, ſed ſola raritudine & denſitudine, & ita omnes ſunt lucidæ, & omnes actu diaphanæ propria natura.

Et partes diuerſantur in hoc in diaphanitate, & non diaphanitate, ita quòd in eis ſit aliquod ſimile colori, ſicut in galaxia: et quia luna videtur eſſe denſa & obſcura & recipiens lumen ab alio. ſ. à ſole, & in libro de animalibus dixit Ariſt. quòd natura eius eſt vnigenia naturæ terræ plus quam cæterarum ſtellarum. Et forte corpora cœleſtia diuerſantur in raritate & denſitate: quæ ſunt cauſæ illuminationis & obſcuritatis: licet hæc nõ inueniantur niſi in luna tantum, ſecundum hoc igitur eſt intelligenda vt mihi videtur, diſpoſitio & illuminatio corporum cœleſtium.

Cõm 36. Sed circa dicta ſoluit duas dubitationes. prima dubitatio eſt, quia dictũ eſt totum eſſe diaphanũ, & totũ eſſe lucidum. Qđ non vr̃ bene dictũ, quia tunc oẽs ſtellæ, & oẽs cœli partes eſſent æqualiter lucidæ, & æqualiter obſcuræ, æqualiter diaphanæ & opacæ cuius cõtrarium teſtat̃ ſenſus. R̃ndet & concedit oẽs eſſe lucidas, & actu diaphanas, ſed differre ꝑm magis & minus, intantũ ꝙ in eis eſt aliquid ſimile colori, veluti apparet in via lactea, q̃ græce galatia, ſiue galatea dr̃, & ſic concedit oẽs eſſe actu diaphanas & lucidas, licet ſit dr̃ia penes magis & minus. Secũda dubitatio mouet̃ in textu, & eſt, quia luna vr̃ eſſe dẽſa & obſcura, vt docet eius macula, & recipiens lumen ab alio, vt à ſole. igit̃ non quælibet pars cœli eſt lucida, & actu diaphana. Cõfirmat̃ auctoritate Ariſt. in. lib. de aïalibus, vbi dixit Ariſt. naturã lunæ eſſe inter ſtellas, veluti eſt natura terræ inter elementa ſed terra nõ eſt actu lucida, igit̃ nec luna, hæc eſt dubitatio. R̃ndet & ſolutio eius eſt ꝙ corpora cœleſtia & partes cœli diuerſantur, vt dictũ eſt in raritudine & denſitudine, quæ ſunt cauſæ illuminationis, ſiue lucis, obſcuritatis ſiue tenebrę. Tunc ad rõnem ait hæc nõ inueniri niſi in luna. ſ. ꝙ ſit obſcura & recipiat lumen ab alio. igit̃ luna & oẽs ſtellę ſunt lucidæ, & actu diaphanæ ꝑm magis & minus, luna. tñ licet ſit lucida & diaphana, eſt tñ remiſſe talis, & ꝓpterea recipit lumẽ notabile à ſole. Et ſic dubitatio eſt ablata, & epylogat ꝙ hoc pacto debet intelligi diſpoſitio cœli. Sed hic ſunt quæſtiones, prima

Vtrum totum cœlum ſit lucidum.

vtrum cœlum, & q̃libet eius pars ſit lucida & actu diaphana, & vr̃ ꝙ nõ, primo ꝙ totum cœlũ eſt diaphanum

Prima ratio.

vt dicebatur in textu. & Auer. ſecundo de aïa. cõm.69. igit̃ totum non habet lumen à ſe. diaphanũ. n. eſt luminis receptiuum. Secundo Auer. ſecũdo cœli. cõm.49.

Secunda.

& hic, vult lunã eſſe obſcurã, quia ſimilis eſt naturę terræ. igitur illuminat̃ ab alio. Tertio, oẽs ſtellæ recipiunt

Tertia.

lumen à ſole. igitur non habẽt lumen à ſe. oportet. n. oẽ recipiens eſſe denudatum à natura recepti. vt dr̃ tertio de aïa. cõm.4. & 2. de aïa. cõm.67. antecedens eſt Ariſt. in lib. de proprietatibus elementorũ, ſi ille liber eſt eius

Quarta. Quarto quod non eſt ꝑm ſe totũ denſum, non eſt ꝑm ſe totũ luminoſum, ſed cœlum non eſt ꝑm ſe totũ denſum, igit̃ nec ꝑm ſe totum luminoſum. Maior eſt Auer. in textu, qui ait de nſitatẽ eſſe cãm lucis ſtellarum. ſtella. n. lucet, quia eſt denſior pars orbis, minor patet, quia ſi cœlum ꝑm ſe totum eſſet denſum, tunc ꝑ orbes inferiores non poſſemus videre ſuperiores, eclipſarent. n. ſe veluti vna ſtella eclipſat aliã.

Quinta. Quinto quod non eſt ꝑm ſe totum viſile, non eſt ꝑm ſe totum lucidum. Modo cœlum eſt viſile ꝑm ſe totum, ſed ſolum ꝑm ſtellam. igit̃ nec ꝑm ſe totum lucidũ.

Sexta. Sexto ſi cœlum ꝑm ſe totũ eſſet lucidum, tunc cœlum ꝑm ſe totum calefacere, tenet cõſequentia ꝑ dicta Auer. ſecũdo cœli. cõ.42. Sed non ꝑm ſe totum calefacit. Sunt. n. nonnullæ ſtellæ quæ ſuapte natura infrindant, vt Aſtronomi teſtant̃.

Septima. Septimo luna recipit lumen à ſole, igitur oẽs ſtellæ, antecedens patet in eclipſibus, & alijs figuris lunæ quas habet cũ ſole. conſequentia eſt Ariſt. ſecundo cœli, & Auer. cõm.49.

Poſitio cõis. In contrarium eſt Auer. in tex. qui dicit cœlũ eſſe totum actu diaphanũ, hoc eſt ꝑ ſe lucidum. In qõne tenent nõnulli cœlum non eſſe totũ lucidum, ſed eſſe aliquod primo lucidum qđ eſt cã cæterorũ vt ſint lucida. Imaginantur. n. partes cœli ſpẽ differre, & gñe conuenire. Sed cum in vnoquoq; gñe ſit dare vnum qđ eſt cã cæterorum in illo gñe, propterea volunt in gñe cœlico eſſe aliquod. vnum primo lucidum, qđ ſit cauſa cæterorum, vt ſint lucida. Sed quidnam iſtud primum ſit, cui per ſe, & primo cõpetit lux, rõne cuius cæteris alijs cõpetat, & e quo lumen defluat in alia, eſt qõ non parua.

Põ Aſtronomorum. Aſtronomi tenent illud primum eſſe ſolem. Nã ſol eſt lucidiſsimus è quo oïa alia cœli lumen mutuant̃. Huius poſitionis eſſe videtur Ptolo. vbique, ad cuius mentem oportet dicere deum ipſum eſſe principaliter in ſole, veluti in medio, mouereq; vniuerſum aïal cœlicum diurno motu, & principaliter ſolem, ad cuius motum diurnum mouentur oïa alia cœli mẽbra, & ſingulum mẽbrum moueri à ſuo motore proprio. verbi cauſa ſtelliferus orbis mouetur ſingulis.69. mill. annorum. Alij orbes alijs proprijs motibus. Qua ratione non oportet ponere nonum orbem, qui primo moueatur, ad cuius motum cæteri orbes moueantur, & maxime ſi non detur Tebitici aſtronomi trepidatio, qua ratione orbis ſolis præſtantia lucis & nobilitate motus erit primus ſimpliciter. ratione cuius cæteri orbes diurno motu mouentur, & è quo lucem cæteræ orbium partes mutuant̃. Adde ꝙ orbis ſolis per ſe primo è motore vniuerſali mouetur horis.24. & motore proprio per vnum annum, vt componatur motus eius ex duobus motoribus. Hæc ad Ptolo. mentem.

Cõfirmatio poſitionis. Huius opinionis eſt Albertus magnus in.2. cœli, & videtur poſitio Ariſt. in lib. de proprietatibus elementorum, ſi ille liber eſt eius. & pro hac poſitione facit hæc ratio, quia primum in gñe eſt quod eſt maxime tale, Sed nihil in genere cœlico vr̃ ſole lucidius, vt eius actio & apparentia indicat, igitur ſol eſt primo talis ratione cuius cætera erũt talia. Præterea. Sol eſt vitæ & actionis principium, propterea Neocepſus & Petoſiris peritiſsimi aſtronomi fecerunt ſolem in oĩ genitura aphætam hoc eſt emiſſorem annorum & vitæ, vt etiam narrat Auer. 12. met. cõm.34. vnde & Ariſt. ait ſolem & hominem gñare hominem. Hoc

autem

autem eſſe nõ poteſt,niſi quia eſt maxime,& primo lu-
cidus. Præterea . Oẽs ſtellæ regulanť à ſole. ſumuntq;
ab illo fortitudinem & debilitatem. nã lucanæ ſunt for-
tes.veſpertinæ vero imbecillæ.ſilr & alijs modis cum ſo
le conſtitutæ alijs afficiunť viribus , hac igitur rõne, &
ſimilibus tenent oẽs ſtellas mutuari (vt dictum eſt) lu-
men è ſole, tametſi non oẽs ſilr modo lumen mutuenť
ab illo,& propterea lumen earum non eodẽ modo ap-
paret nobis , ſed alterius ſtellæ lumen apparet rubrum,
vt illud martis. Aliud ſquallidum, vt illud veneris. Aliud
album vt illud galateæ. Aliud alijs modis ꝓ qualitate &

Dubitationes ĩ opinione. natura ſtellæ mutuantis. Sed occurres in hac poſitio-
ne,primo propter quid oẽs ſtellæ non variatur in lumi-
ne,veluti luna,efficitur.n.luna nunc cornuta,nũc ſemi-
plena, nunc alijs modis apparens, quare non & cæteræ
ſtellæ,ſi à ſole lumen ipſum mutuentur , veluti & luna.
Secundo,cur ſilr mõ ſtellæ non eclipſantur ꝑ interpo-
ſitionem terræ inter ſolem & ipſas,veluti eclipſatur lu-

Solutio. na ? recipiunt.n. lumẽ eodẽ mõ oẽs. Poteſt dici in hac
põe.ꝙ non eſt ſimile. nam cæterę ſtellæ ſunt diaphanę,
& tranſparentes,in qbus lumen incorporatur, atq; im-
bibitur ſm oẽs partes,veluti fit in vitro at luna circa ſu
perficiẽ eſt corpus diaphanum,circa centrũ eſt corpus
opacum,& parũ trãſparens,& ꝓpterea lumen variať in
figura,pro rõne ſitus,quẽ obtinet luna cũ ſole. Ad ſe-
cundã dici poteſt ꝙ inferiores nõ poſſunt eclipſari ꝑ ta
lẽ interpoſitionem, quia nũq̃ recedunt à ſole tãto inter
uallo vt terra poſsit interuenire,ſuperiores vero nõ ecli
pſanť,qa vmbra terræ nõ attingit ab illos vt tenẽt aſtro


Secũda poſitio. nomi.hæc de prima põne. Alij tenent illud primũ tale
eſſe totũ orbem ſtelliferum, nã vt in aĩali cor eſt primũ
viuens quod oĩbus alijs p̃bet vitã , vita aũt datur calore
calor vero lumine & motu,ideo primũ lucidum & pri-
mum mobile idẽ erit . tale autem primum mobile ſm
oẽs peripateticos eſt orbis ſtelliferus,igitur talis erit pri
mo lucidus, è quo oẽs cœli partes lumen mutuantur.

Perſuaſiones coæuorum. Hanc poſitionem coæui noſtri perſuadent.primo,quia
corpori primo debeť prima qualitas,prima autẽ quali-
tas eſt lux. & primũ corpus eſt orbis ſtelliferus. igiť lux
primo illi cõpetit ſyllogiçandi forma eſt Ariſt.& Auer.
cõm.26.ſecundo cœli.Secundo,primũ alterans debet
eſſe primũ lucidum & primũ mobile. corpus.n.cœleſte
non alterat niſi lumine & motu.Sed primũ alterãs & pri
mum mobile eſt cœlũ ſtelliferum,igiť idẽ eſt primũ lu-

Confutatio opinionum. cidum. Sed nulla harũ poſitionũ,eſt peripatetica,nec
quo ad illud in quo ipſę conueniunt,nec quo ad illud in
quo ipſæ differunt. non quidẽ quo ad illud in quo con-
ueniunt,qa apud peripateticos aggregatũ ex oĩbus cœ-
lis eſt vnũ numero aĩal cœlicum ſectũ in orbes veluti
in mẽbra, vnigeniũ & in natura conſimile,cuius partes
non differunt ſpecie,ſed ſunt eiuſdẽ naturę vt dicemus,
differentes tm̃ in accidentibus ſm magis & minus . Se-
cundo,lucidũ eſt à denſitudine partiũ,ſed nulla eſt cœli
pars,q̃ non ſit aliquãtulum denſa.non.n.dať ſumme dẽ
ſum,ſicut nec ſumme rarum.igiť oẽs ſunt lucidę ꝓ qua-
litate denſitudinis.Tertio oẽs partes cœli ſunt actu dia-
phanæ,igiť actu lucidæ. Antecedens eſt Auer.vbiq;, &
conſequens etiã.Quarto,oẽ paruium cum condenſať,
lucet,veluti de albumine oui patet, quod magis,vř,qñ
magis condenſať . Sed oẽs ſtellæ ſunt partes denſiores
orbiũ igitur oẽs lucent. Quo vero ad dřiam etiã errãt.
Prima quidẽ poſitio errat,quia non eſt peripatetice di-
ctum ſolẽ eſſe primum oĩum mẽbrorum cœli,quia li-
cet eſſet primum p̃ſtantia lucis,non tñ præſtãtia motus.
Scđa etiam errat & magis.primo qa licet eſſet cœlũ ſtel-
liferum primũ mobile p̃ſtantia motus. non aũt p̃ſtantia
lucis.nõ.n.ſtellę eius ſunt ſumme lucidæ.vt ſenſu patet.
Scđo iuxta hanc põnem nõ poſſet bñ reddi cã augmẽti
& decremẽti lucis lunæ, nec eclipſiũ lunariũ,quia nunq̃
poſſet terra ita interuenire inter cœlũ illud & lunã . qñ
alia ex parte luna illuminareť. Dđm igitur ad mentem

Poſitio peripateticorũ et propria. peripateticorũ cœlum ipſum aggregatũ ex oĩbus corpo
ribus eſſe indiuiduũ cœlicum.vnũ numero ĩ ſpecie aĩali
cœlici,cuius partes ſunt ſimilares,& ĩ natura cõſimiles,
& in accidẽtibus ꝓprijs vniuoce,differẽtes tñ in illis ſm
magis & minus,quatenus vna eſt magis talis,vt ſol ma-
gis lucidus,non tñ primo lucidus Orbis ſtelliferus ma-
gis mobilis,non tñ primum mobile,primũ.n.lucidũ eſt
vniuerſum aĩal cœlicũ,& hoc primũ mobile.Vt eſt opi
nio.Auer.ĩ lib.metheo.& hic, & Ariſt.vbiq;. Ex ijs ſe-
quiť ꝙ in tali cœlico aĩali non eſt aliqđ primum, ſed bñ
aliquod magis & minus.nã primum & poſterius eſſe nõ
poſſunt niſi in his,q̃ differunt ſpẽ in eodẽ gñe,magis aũt
& minus poſſunt eſſe in indiuiduo vno numero ſm di-
uerſas partes.Et ꝓpterea licet in tali indiuiduo aliqd di
cať magis mobile,vt cœlũ primum,& aliqd magis luci-
dum vt ſol,nihil dř primũ mobile,vel primũ lucidũ,niſi
totum cœlũ.Ipſum.n.ꝑ ſe primo moueť,& per ſe primo
lucet.Poteſt tñ aliquid ĩ illo dici primo tale.ſumẽdo pri
mo ꝓ magis, & aliquid ſcđo tale ſumẽdo ſecundo pro
minus. Quod vero totum cœlum ſit lucidum teſtatur
luna ipſa cornuta,cuius vna pars q̃ eſt verſa ad ſolẽ vř lu
cidior,alia minus lucida.Mõ hic minus lucida cũ ſit viſi
lis,& non vř rõne coloris,nec rõne luminis,qđ recepiſ-
ſet à ſole,igiť rõne propriæ lucis.Silr in eclipſi lunæ,vbi
totum lumẽ qđ à ſole recepit amiſit,& tñ vř.igitur luce
ꝓpria, niſi dicať videri ꝑ lumen ſcđarium de quo ĩ lib.
de aĩa diligentius diſputabimus. Debes ſcire ꝓ ſolutio-
ne ad rõnes ꝙ partes cœli quædã ſunt maxime lucidæ
& minime opacæ vt ſol.q̃dam magis opacæ & minus lu
cidæ vt luna,q̃dam lucidæ & diaphanæ mediocriter vt
ſtellæ & cæteræ cœli partes. Tunc oportet dicere,ꝙ mi
nus tale intẽdi põt à magis tali, & ita recipere quicq̃ ab
illo,non ea parte qua eſt tale,ſed ea parte qua deficit ab
illo tali.luna igiť & oẽs ſtellæ recipiunt lumẽ à ſole, non
quidẽ vt reddanť lucidæ,qa ſunt lucidæ,ſed vt reddanť
viſiles & magis lucidæ.Et ex hoc apparet,q̃re luces ſtel
larum ſunt diuerſę ꝓprietatis.nam licet vigorenť à luce
ſolis,tñ lux ſolis,quatenus fit ſaturnia aliam naciſciť affe
ctionem , aliã quatenus fit martia , & hoc pacto voluit
intelligere Ptol. Quibus rñdetur ad rõnes propoſitio-
nibus. Ad primã cum ait in vnoquoq; gñe eſſe vnũ pri
mum patet ſolo. Cœlũ.n.non eſt genus,nec partes dif-
ferunt ſpe,ſed eſt vnum numero aĩal in ſua ſpe, in quo
nihil eſt primũ ꝑ ſe, licet aliquid magis tale. Ad rõnes
pro prima poſitione,patet ſolo.Sol.n.non eſt primũ ꝑ
ſe,ſed maxime lucidũ,è quo ſtellę nõ lucent,ſed notabi
le lumẽ mutuanť . Et ꝑ idem ad ſm dicimus.n.totum
cœlũ eſſe vitę principiũ,ſed hoc dať ſoli,non quia ſit pri
mo talis,ſed qa magis talis.Per idẽ ad tertiã.regulanť nõ
quia ſolus talis & primo,ſed quia magis talis. Ad rõnes
vero ꝓ ſecunda põne patuit ſolo in declaratione opi-
nionis Ariſ. Ad rõnes vero ĩ principio q̃nis.Ad primã
dici poteſt ꝙ totum eſt diaphanũ in actu & nõ in potẽ-
tia , & ꝓpterea actu lucidum. Ad ſecundam patet ſol.
luna.n.recipit non lucẽ à ſole ſed notabile lumen, & eſt
diaphana & opaca ſiue minus diaphana, circa.n.partes
circũferẽtiales ẽ diaphana, circa vero partes cẽtrales eſt

aut opaca , aut minus diaphana , propterea habet lucem, & recipit lumen,non quo luceat, ſed quo videatur. Ad tertiam concedo ꝙ oẽs ſtellæ recipiunt lumẽ à ſole,quo notabiliter luceant,& ſm gradum,quo illud recipiunt ſunt denudatæ ab illo.non autem aliter. Ad quartam negaẽ minor . cœlum.n.eſt ſm ſe totum denſum,non tñ ſm ſe totum æqualiter denſum,& propter ea non ſm ſe totum æqualiter luminoſum , & ad ꝓbationem dico ꝙ orbes inferiores non impediũt,quia ſunt diaphani & lucidi,vt apparet ĩ vitro,& albumine,& id genus. Ad quintam dico ꝙ ſm ſe totum eſt viſile,non tñ æqualiter, ſicut non eſt ſm ſe totum æqualiter lucidum,orbes tñ & partes non ſtellatæ non videntur,quia maius lumen obfuſcat minus, veluti ſtellæ non videntur de die,licet ſint viſiles propter maius lumen ſolis. Ad ſextam dico ꝙ oẽs ſtellæ ſunt lucidæ , & cum dr̃ ꝙ tunc oẽs calefacerent,negarem, quia non oĩs lux calefacit, niſi ſit attractiua , vt dicemus, q̃q̃ Auer.concedat oẽs ſtellas calefacere,de quo alius. Ad ſeptimam patet ſol.per ea q̃ dicta ſunt. Conſequenter quæriẽ de macula lunæ,vtrum luna ſit ſuapte natura maculoſa, & vr̃ ꝙ non,quia eſt corpus ſimplex & purius igne,qui non eſt maculoſus. In contrariũ fuit Auer.qui dixit lunam eſſe maculoſam propter dr̃iam partium inſpiſsitudinem & raritudinẽ. De qõne narrat multas poſitiones Auer.2. cœli.cõm.49.prima eſt maculam illã euenire obiectu cuiuſdã corporis inter nos & lunã, quod prohibet nos videre totalẽ lunæ claritatem. Contra obiicit Auer.qa tunc non vbiq; eodẽ modo appareret.non.n.eodẽ modo corpus illud in oĩ terræ regione interpoſitum videretur,veluti eclipſis ſolis non eſt vbiq; eadem,propter dr̃iam aſpectuũ. Secunda poſitio eſt maculã illam eſſe vmbram ſiue ſimilitudinẽ montium, vel quorũdã marium ceu in ſpeculo apparet ſpẽs. Obijcit etiã ſimiliter Auer.quia tunc non oĩbus habitantibus vbiq, appareret eadẽ. Auer.igiẽ propter hæc tenet maculã illã apparere propter partiũ lunæ difformitatẽ . Eſt.n.de luna queẽadmodum de terra putandũ.nam vt terra eſt in partibus difformis.rarior quidẽ in aliqua parte,denſior autem in alia . ita luna in parte eſt peruia & trãſparens, in parte tetra & opaca, qua rõne reſultat illa maculoſa apparitio,q̃ faciens dr̃.lumen.n.ex ipſo ſole emiſſum non vniformiter penetrat propter partiũ lunæ dr̃iam , perſuadet Auer.Primo qa in cœleſtibus ſunt extrema,vide licet peruiũ & opacũ.peruium quidẽ eſt pars orbis non ſtellati.opacũ vero eſt illud lunæ,quod non eſt penetrabile.igiẽ oportet eſſe mediũ,& hæc eſt pars maculoſa lunæ. Secundo. Ariſt.ait lunam eſſe terræ ſimilẽ.igitur eſt veluti terra difformis. Sed hæc poſitio Auer.eſt dubia, quia non vr̃ lumen recipi per totalem penetrationem, quia tũc ſem ꝑ appareret plena,ſemper.n.lumen oẽs lunæ partes penetraret & illas illuſtraret,vt de cæteris ſtellis dictum eſt. Poteſt dici aliter vt mihi nunc vr̃,& primo ꝙ lunæ partes circũferẽtiales ſunt peruiæ , & propterea oẽs illuſtrantur à ſole,centrales vero ſunt opacę, & propterea non ſunt penetrabiles,& ſic lumen partim per fractionem,partim ꝑ penetrationem reſultat in luna,partim etiam ꝑ naturam,vt dictũ eſt,Dico.2.ꝙ partes lunæ circũferẽtiales,maxime quibus illa igne tãgit, ſunt diuerſæ veluti ſunt partes terræ . quartũ aliæ ſunt valloſæ,aliæ montuoſæ,ex quarum dr̃ia,apparere poteſt facies illa,accedente ad hoc nimia ad nos intercapedine. Veluti multi lapides,& ligna de longe conſtituta apparent aĩalia,propter partium quẽdam ſitum,nec vr̃ hoc rationi diſſonum , nam luna eſt corpus imperfecte ſphæricum,maxime ex ea parte q̃ ignem tangit,& quia eſt à primo cœlo maxime elongata.vt dixit Ariſt.2.cœli. Ad rationem vero dico ꝙ eſt purior igne,quo ad facem materiale,non aũt quo ad partes,quia ipſa eſt terræ ſimilis . Hæc de macula. Tertio quæro de galatia, ſiue de via lactea, vtrũ ſit res elementaria , vel cælica.Et vr̃ ꝙ ſit res cælica per verba Auer. hic dicentis ,& partes diuerſantur in hoc in diaphaneitate, & non diaphaneitate,ita ꝙ in eis ſit aliquid ſimile colori,ſicut in galatia. Ecce qũo. Auer.tenet galatiam eſſe rem cœlicam. idem etiam in ſua paraphraſi libri metheo. In contrarium eſt Alexand.in commentatione lib. Metheo. vbi velle vr̃ lac eſſe rem elementariã. Circa qõnem videamus primo quæ ſint poſitiones aliorum, & demum de veritate. De lacte igitur oẽs latini opinantur Ariſt.idẽ ſenſiſſe,quod de cometa, nam vt cometa eſt exhalatio accenſa,& ita & lac voluiſſe Ariſto.dicunt, ſecundo.ꝙ ſicut cometa videtur per colorem ſibi ex inflammatione inſitum,ita & lac per colorem ex accenſione reſultantem,& cõueniunt gñe & ſpecie.differunt autem ſolo ſitu. quatenus cometa eſt circa vnam duntaxat ſtellam,lac circa totum illum circulũ quem ſporadeum vocant. Secundo quia cometa nonnunq̃ rubet.Lac ſemper albicat,ob quam cãm gala græce,latine lac dictum eſt. Quod vero hæc ſit poſitio Ariſt. patet primo quia Ariſt.ait lac fieri,vt cometa diſgregato aere ab accẽſione aeris.Secundo,ibidem ait lac eſſe crinem multorum ſiderum.Tertio definiens ipſum inquit lac eſſe crinem maximi circuli , ſicut crinita eſt vnius tm̃.Quarto, per rationes Ariſto.prima eſt ꝙ vnum ſidus poteſt tantum exhalationis eleuare vt fiat crinita , igitur plures ſtellæ id poſſunt, & maius. Secundo, vna medietas eſt dupla ad aliam.igitur lac eſt res elemẽtaria. Tertio lac iiſdem cauſis generatur, quibus & crinitæ,igitur ſunt eiuſdem ſpeciei . Iis concluditur, vt Alexand.ait lac eſſe eiuſdem generis & ſpeciei cum crinitis . Hæc Ariſt. impoſuerunt latini omnes vſq; ad annos noſtros . Nec legi aliquem qui de mente Ariſto. aliter dixerit. Deinde obiiciunt omnes Ariſtote. & ipſum in hac re derelinquunt , & primo contra Ariſto.arguit Auerro.in paraphraſi libri metheororum . Nam ſi lac eſſet exhalatio accenſa veluti cometa , ipſum non videretur ſimiliter ab omnibus habitantibus , conſequens falſum . vt dicit,quia vulturem cadentem ſiue aquilam vidit in extremitate lactis ſub vno ſitu in corduba, & ſub eodem in marocho , quæ diſtant multum & probaẽ cõſequentia . ſit circulus terræ A. B.& ſint duo oculi diſtantes in diuerſis regionibus videlicet , in A alter , & in B. alter, & ſit exhalatio accenſa quæ lac eſt C. tranſeat igiẽ radius ab oculo B.vſq; ĩ C.qui directe aſcendat vſq; in D.ſtellam. ĩ eodem inſtanti tranſeat radius ab A.in C.aut igitur ꝓcedet continuo & directe in D.vel in F.ſtellam . non in D.vt obſeruatio docet, igitur in F. ſtellam , igitur ſi lac eſſet exhalatio inflammata



Quæſtio de macula lunæ.

Prima poſitio.

Confutatio.

Secũda poſitio.

Confutatio.

Poſitio Auer.

Confutatio.

Solutio ꝓpria.

Quæſtio de via lactea.

Poſitio attributa Ariſt.

Obiectiones cõtra Ariſto.

Prima ratio.

flammata in ſuprema regione aeris,tunc ſtellæ non eodem ſitu ad lac videbuntur, occiduis.n.apparebit.F.indirecte.oriẽtalibus vero.D.ſtella. *Secunda.* Secundo arguit,ſi lac eſſet exhalatio inflammata.tunc annis calidis increſceret,imminuereẽ vero annis humidis.Similiter ĩ vno anno temporibus calidis vt æſtate & vere augereẽ. Frigidis aũt decreſceret. *Tertia.* Tertio,ſi ita eſſet. tunc aliqua exhalatio eſſet ꝑpetua, & ſi exhalatio aliqua eſſet perpetua, tunc corrũperetur totus aer & conuerteretur ad ignẽ. vel ſaltem fieret pluuiarum,& fontium,& aquarũ magna penuria & exuſtio ſumma.tenet cõſequentia,quia iſtud lac eſt maius quouis cometa,& tñ cum apparet cometa, iis annis emergit in mundo ſumma ſiccitas, magna pluuiarũ inopia & ſumma exuſtio, vt aſſerit Ariſt. ſe nõ ſemel obſeruaſſe,& nos teſtamur hoc anno.1507. apparuit.n.cometa qdam tertio die Auguſti anni ꝓximi.1506.in occidẽte,& hoc anno ſecuta eſt magna ſiccitas,& aquarũ penuria, à Decẽbre.n.mẽſe vſq; ad Auguſtum ſequentis anni non ſunt viſæ apud nos ſenſiles pluuiæ,& vtinam hæc penuria eſſet in fine,qm̃ vix pauperes viuere poſſunt aquarum inopia, & aĩalia fere oĩa depereunt,igitur ſi tm̃ poteſt paruus cometa,& momẽtarius, quantũ poterit lac & ꝑpetuum. *Quarta.* Vltimo arguit. oẽ intranſmutabile quod circulariter mouetur,eſt cœlum vel cœlicum quicq̃ lac eſt perpetuum,& circulariter fertur,igitur cœlum vel quicq̃ cœlicum,propter hęc argumenta Auer.& oẽs latini relinquunt Ariſt.aſſerentes in hac re illũ non eſſe audiendum.

Secũda poſitio de lacte. Propter hæc aliter nonnulli dicunt,aiunt.n.cœlũ eſſe in raritate & denſitate varium,ac difforme.Signum autem eſt,quia ſtella eſt denſior pars orbis.tunc aiunt lac eſſe partem cœli,quæ eſt diaphanis dẽſior & ſtellis rarior, quæ pars eſt veluti angulus quidam incipiẽs à pedibus geminorum circuens ꝑ polos ad principium ſagittarij. Signũ autem quia ibi ſunt ſtellæ paruæ,& diſſeminatæ, quæ ſporadæ dicuntur à græcis.Imaginantur igitur ſolẽ & ſtellas,quę rutiliores ſunt,& clariores emittere radios ſuos in illum angulum,qui eſt ſtellis rarior, & dẽſior diaphanis,& ibi radios frãgi aliqua ex parte,vt inde lumen illud magis incorporatũ eo in angulo magis nobis appareat, q̃ incentratũ in partibus diaphanis,probant vero hoc exẽplo à nube.2.exemplo à macula lunæ, & à cæteris ſtellis nebuloſis,hæc de lacte iuniores. Auer.vero in ſua paraphraſi libri metheororũ fingit duos alios modos, ſed quia ſunt friuoli,eos omitto.cæteri vero aliter ſentiunt, quæ oĩa tanq̃ vana tacemus.

Cõfutatio poſitionis iuniorũ. Obiiciamus igitur contra poſitionem iuniorum primo iſte angulus eſt pars denſa in orbe, igitur eſt ſtella per definitionem ſtellæ. vltra eſt ſtella, igitur ſphærica. *Prima ratio.* Tenet conſequentia per Ariſto.2.cœli.vbi probat, ſi vna ſtella eſt ſphærica oẽs eſſe ſphæricas, & Auer.cõm.49.ait hanc conſequentiam valere,quia oẽs ſtellæ ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Amplius cœlum octauum eſt oĩum orbium nobiliſsimum, igitur ſibi & cuilibet eius parti competit figura nobiliſsima,qualis eſt ſphærica. *Secunda.* Secundo ſi talis circulus eſt ſtella cum ſit ita maxima, habebit & virtutem maximam. Imo & multo pollentiorem quãuis ſtella cuiuſuis magnitudinis,quia vt dicitur.8.phyſi.in maiori quanto eſt maior virtus, & vltra,ſi habet virtutem maximam debuit obſeruari, vt cæteræ ſtellæ, & vt nebuloſæ oẽs, & ſic angulus iſte in ortu geniture aliud daret, aliud in occaſu, aliud in alijs locis collocatus, modo per obſeruationem veterum aſtronomorũ hic circulus non inuenitur obſeruatus,& ſic non videẽ eſſe res cœlica oĩ ex parte.

De lacte ſecũdum veritatem & Ariſt. Nunc videamus de poſitione Ariſt. & de veritate.& primo petit Ariſt.vt Auer.in lib.metheo.declarat aerem lunari globo proximum eſſe accenſum. Secundo petit in ea cœli parte,quę eſt in directo poſiturę lactis plures eſſe ſtellas, quam in cæteris partibus. Ex iis primo ſequitur in ea aeris ſupera parte, quæ circulo ſporadeo ſubiicitur,plus exhalationis attrahi, & attractam plus reſolui atq; inflãmari, tenet conſequentia, quia virtus attractiua ibi eſt maior, cõbuſtiua etiã maior,igiẽ & attractatum maius,& cõbuſtum maius, *Cauſæ.* Tũc colligi poſſunt effectrices cauſæ. Nam lac hac ratione efficitur,ſtellæ in circulo ſporadeo diffundunt lumẽ ꝓtenſum in cõtinuo & directo vſq; ad exhalationem ab ipſo attractã & accenſam,& quia illa exhalatio accenſa propter cõbuſtionem, & conſiſtentiam attractæ rei acquiſiuit potẽtiã reflectendi oẽ ſibi emiſſum ob id reflectit lumen circuli ſporadei in octauã vſq; ad ſphærã, & quia illud lumen non inuenit in vniuerſo cœlo aliquã aliam partem aptiorẽ ad mutandum ipſum, recipiendumúe q̃ ſit circulus ſporadeus,inde is circulus lumẽ, illud aſſumit ſic immixtum ex lumine rei elementariæ & cœlicæ,propterea quaſi albeſcit,vt lac igiẽ cauſæ effectrices ſunt circulus ſporadeus, vt luminis emiſſor, & exhalatio attracta vt illud reflectens. Materia & ſubm eſt ea cœli octaui pars quæ cũ circulo ſporadeo coexiſtit. Nã hæc lucet,hæcq́; alba cerniẽ,& nõ exhalatio.forma eſt albedo illa,q̃ luci additẽ.hæc.n.albedo luci ſporadarum additẽ ex accẽſione exhalationis. *Quod ſit poſitio Ariſto.* Et ꝙ hæc ſit poſitio Ariſto. Auer.ipſe teſtaẽ. ait.n.Ariſto.fundari in hoc ſyllõ, videlicet, ſtellæ accendunt contentũ ſub ſe, ſtellæ in via lactea ſunt multæ. igiẽ multum accendunt contẽtum ſub ſe. Tunc vltra ꝓcedit,& vult lac fieri ex reflexione luminis,& propterea cõcludit quare eſt apparentia cõpoſita ex lumine elementario,& ſtellifero. 2.idem poteſt colligi ex tranſlationibus noſtris in lib. Metheo.quas edemus. Tũc de fine dicimus ꝙ alius eſt finis circuli ſporadei. Alius exhalationis accenſæ, alius ipſius lactis. Finis circuli ſporadei nõ eſt alius à fine cæterarum ſtellarũ ob eundem.n.finem eſt circulus ſporadeus,ob quem ſunt & cæteræ ſtellæ, finis exhalationis accenſæ eſt vt ignis gñetur,ac in æqualitate perpetuetur. Nam vbi non ſunt ſtellæ,elementa frigida increſcunt,vt terra & aqua. Ad ęqualitatem igitur neceſſe eſt per hũc modum ignẽ increſcere. Finis ipſius lactis gñatim quidem eſt mundi ornatus,ſpeciatim vero eſt propter ſubm in quo eſt. potiẽ.n.accidens eo quidem fine, quo & eius ſubiectum. hæc de oĩbus cauſis lactis.

Dubitationes contra Ariſto. Sed occurres primo,quia illa exhalatio accenſa,quæ eſt ſpeculum reuerberans eſſe rara.igiẽ non poteſt reflectere lumẽ illud vſq; ad cœlum. Amplius cur reflectit lumẽ emiſſum à ſporadeo circulo,& non cæterarũ ſtellarũ,& cur ad ſporadeum circulũ ipſum reflectit & non ad aliã cœli regionẽ. *Solutio.* Propter primã rõnem Auer.reliquit Ariſto.Et ego relinquo ipſum.nã ille credit exhalationem adeo ꝓpter accenſionem rarefieri,vt nõ poſsit eſſe ſpeculũ,& in hoc decipiẽ. Ariſto.n.exhalationem hanc rariorem eſſe exhalatione è qua fit cometa, arbitratus eſt,quia ſi eſſet tanta,tunc proprio cernereẽ calore,veluti cometa, vult tñ illam eſſe aliquantulum denſam, vt emiſſum lumen reflectat,& ipſum albificet,reddatq́; illud viſile. Ad ſcd̃am dici põt ꝙ reflectit lumẽ illud & cæterarũ ſtellarũ.prĩcipaliter tñ illud,qa habet cũ eo aliquã vim occultã,& qa eſt in poſitura tali ad illud,& reflectit lumẽ ad regionẽ ſporadei circuli,qa ibi eſt illiꝰ ſi-

militúdo, & occulta & manifeſta. occulta quidẽ, quia forte eſt illic virtus attractiua illius luminis. Manifeſta vero, quia illic genitum fuit illud lumen, & illinc proficiſcitur. Ex iis ſequit̃ apud Ariſto. lac eſſe apparẽtiam non quidẽ ſimplicis luminis, ſed cõmixti ex elementario & cœlico, erit igit̃ exhalatio requiſita vt cõcã effectrix quatenus vt corona circuli ſporadei lumen illud reflectit & albificat & reddit viſile, erit vero lac apparẽtia quæ in circulo ſporadeo collocat̃ quatenus circulus ille eſt illius apparentiæ ſubiectum. Propterea Ariſ, viſus eſt velle ſermonem mixtum, nã vbi ait lac eſſe exhalationem accenſam, intelligit illam eſſe vnã effectricem cõcãm lactis, vbi vero lac ait eſſe ſporadeũ circulum, vel ĩ circulo ſporadeo, intelligit tanq̃ in materia & re viſili, & ſic ſermones Ariſt. ſunt cõcordes. Per hæc ad rõnes Auer. Ad primã dico ipſum lac eſſe ĩ cœlo ſtellifero vt in ſubiecto, quia vſq; ad illud exhalatio reflectitur ꝑ cãs dictas, & non in regione aeris, vt putarũt Auer. & latini, & ideo ſtellæ vñr eadem poſitura ad lac apud oẽs habitãtes. Ad ſcd̃am dico ꝙ exhalatio reflectens creſcit & minuit̃, ſed nõ ſenſibilr̃, nã virtus cõſeruans, & attrahẽs eſt vniformis ꝑpetua & limitata à natura vl̃i ad tantũ & tale, veluti ſi ꝑpetuus eſſet magnes, perpetua eſſet talis & tãta attractio, & hac rõne lac ꝑpetuo eſt aliud atq; aliud, licet ſemper appareat idem. Ad tertiam dico ꝙ continuo aer ipſe corrumpitur in regione illa in exhalatione, ſed à virtute regitiua vniuerſi q̃tũ de igne hic auget̃ & in exhalationem conuertit̃, tñ alia ex parte imminuit̃, & ſic conſeruat̃ æqualitas. Ad vltimam dico ꝙ lumẽ eſt continuo aliud atq; aliud, exhalatio etiã alia, & lac cõtinuo aliud atq; aliud, hoc aũt deprehẽſum eſt coniecturis. Potiſsimum quia inter tropicos lac paruũ & forte nullum eſt, quia ibi plures ſunt ſtellæ in ſporadeo circulo, q illi parti corrñdet. Ad auctoritatẽ vero Auer. veluti ipſe negauit p̃ceptorem, nos negamus ipſum, quia nec Ariſt. intellexit, nec veritatẽ huius q̃õnis. Mirum igit̃ eſt cur Auer. & ceteri latini. Ariſ. tã inique accuſent. Melius. n. debuiſſent ipſum intelligere. Si quis aũt de Ariſt. opĩone, vel de rei veritate aliter ſenſerit, rogo vt ſcribat, nõ. n. diſcere meliora recuſabo. vnum non audeo dicere, me, videlicet, fuiſſe primũ inter latinos, & eos quos viderim, qui ꝓuinciã ſumpſerit defendẽdi Ariſt. ꝓpterea aut mihi aut inuentioni grẽ ſunt habendæ, hæc de lacte.

Solutio.

De differentia orbium.

Cõſequenter quarto q̃ritur vtrum ſtellæ ſiue orbes differant ſpẽ, & arguit̃ ꝙ ſic primo. ſi orbes eſſent eiuſdẽ ſpeciei, tũc eſſent oẽs corruptibiles vt deducit̃.1.cœli, & Auer. nota.12. meta. cõ.49. & 3. de Aĩa. cõm.5. Secundo, ſtellæ, ex orbes ſunt æterni. igit̃ non eſt plus vno indiuiduo ĩ ſpecie, & ita differunt ſpẽ. tenet conſequẽtia per Auer. 1.cœli. cõm.4. vbi ait vbi inuenit̃ ex eo plus vno eſt diminutũ, & cõm.90. ait in æternis non eſſe plus vno indiuiduo in ſpẽ. Tertio quæ differunt numero & conueniunt ſpẽ, ſunt in materia, vt dicet̃ vltimo lib. huius, & ſeptimo met. cõm.28. at orbes nõ ſunt in materia. igit̃ vt prius. Quarto quorũ loca differunt ſpẽ, etiã locata differunt ſpẽ, q̃m locus eſt forma & ꝑfectio locati. 4. phy, cõm.23. Sed loca differunt ſpẽ, quia diſtantiæ orbium à medio differũt ſpẽ, igit̃ & orbes. Quinto plus differt ſtella vnius orbis à ſtella alterius orbis, q̃ ſtella vnius orbis à ſtella eiuſdẽ. Sed ſtellæ eiuſdẽ orbis differunt numero, quia virtute & potẽtia. vt patet de ſtellis ſigniferi orbis apud Ptole. igitur & ſtellę diuerſorum orbiũ. Sexto motores differunt ſpẽ, igitur & orbes. Septimo ſtellæ differunt ꝓprijs accidentibus, vt ſexu, & qualitate, igit̃ ſpẽ. Octauo Ariſt. in lib. de ꝓprietatibus elementorũ ait. ſolem ſpẽ differre ab aliis ſtellis, igit̃ cæteræ ſimiliter. In oppoſitũ eſt Auer. in textu dicẽs ſtellarum & cœli eſſe eandẽ naturã. Pręterea Ariſt. intulit in. 2. cœli vt Auer. notat, cõm.49. & 59. ſi vna ſtellarũ eſt ſphęrica. oẽs eſſe tales, vbi Auer. ait illã tenere nõniſi quia oẽs ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Præterea, ſtellæ hñt eaſdem figuras ſpẽ, & eoſdem motus ſpẽ, igitur ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Demũ cœlum eſt quinta eſſentia, igitur vnum in ſpẽ, oẽs. n. orbes ſunt eiuſdẽ ſpeciei naturę quintę. Et ſic q̃õ eſt ambigua pro vtraq; parte.

Poſitio Auic, & Alga.

Auic, de q̃õne tenet ſtellas differre ſpẽ, & gñe conuenire, veluti & orbes. & tunc vult Ariſt. 2. cœli fuiſſe locutum exẽplariter. nõ. n. vult habere ꝙ quia luna non mouet̃. igitur nulla ſtella mouet̃, vt hoc ſit pro tanto, quia oẽs ſunt eiuſdẽ ſpeciei. nã hoc eſt loco exẽpli, non aũt demõſtrationis, & propterea tenet Auic. orbes ſiue ſtellas eſſe eiuſdẽ gñis & diuerſarum ſpecierũ. Perſuadet hoc primo quia motus differũt ſpẽ, igitur & orbes. Antecedens patet quia motus diurnus & motus ꝓprius vagarum ſtellarũ differũt ſpẽ, ſunt. n. à terminis cõtrarijs in terminos cõtrarios ſupra diuerſos polos. Secundo qa centra orbiũ differunt ſpẽ, & maxime ſi ſint eccẽtrici & epicicli. Algaçel vero non mõ orbes, ſed intelligẽtias q̃ illos mouent, ait differre ſpẽ, & genere conuenire, vt in lib. d. d. diſpu. 7. in dubio. 5.

Confutatio.

Obiicit autem huic Auer. 2. cœli cõm. 48. ſic, ſi orbes eſſent ſpẽ differentes, & genere conuenientes, eſſent cõpoſiti ex materia & forma, & ſi cõpoſiti ex materia & forma, igitur corruptibiles, & ſi corruptibiles, igit̃ eſſet aliqđ corpus cœlo prius, & ita orbes non eſſent prima corpora. Hæc eſt rõ Auer. & licet de deductione poſsit eſſe q̃õ, ego omiſsis alijs ſic deduco, quia Auer. ſuppoſuit dr̃iam ſumi ab actualitate formæ, genus ab ipſius materiæ potentialitate, propterea ſequitur oẽ per ſe in gñe eſſe cõpoſitũ ex materia & forma. Nec obſtat id ꝙ de nigredine dr̃, quę eſt in gñe, & tñ non componit̃ ex materia & formã. primo quia nigrũ eſt in gñe, non nigredo. vt Ariſt. in topicis ait, conſtat aũt nigrum cõponi ex materia & forma aut actualitate formę, aut potẽtialitate materię. Scđo quia genus ſumi à materia, & dr̃iam à forma, potiſsimum habet locũ in ſubſtantijs, in quibus eſt ideo gñis primo. & ſic patet prima cõſequentia. Scđa etiam patet quia oẽ cõpoſitum ex materia & forma p̃dicamẽ talibus eſt corruptibile. Tertia deducit̃. primo quia corruptio vnius corporis eſt gñatio alterius poſterioris, igitur ſi orbes fuerunt corrupti fuerũt geniti. Et ſi geniti, aliquod p̃fuiſſet corpus. quod fuiſſet in ipſos corruptũ, & ipſi ꝑ illud geniti. Et ſic aliqđ corpus prius cœlo. 2. quia oẽ quod gñat̃ extrahit̃ de potẽtia materiæ virtute agẽtis corporei, oẽ. n. extrahẽs eſt corpus. 7. met. cõm. 31.

Sol. rationum Auic,

Rõnes vero Auic. ſoluuntur ab Auer. illic. Ad primã rñdet, cœlũ eſſe veluti vnum aĩal, cuius primus motus eſt diurnus. Motus vero ecõtra eſt nõ primus, ſed veluti motus mẽbrorũ. In vno. n. aĩali vnus eſt primus motus, poſſunt tñ eſſe plures nõ primi, vt q è dextris fit in ſiniſtrũ, & qui fit ecõtra, ſic igit̃ ea mobilia differũt ſpẽ, quorum motus primi dr̃nt ſpẽ. At motus primi cœli, & oĩum orbiũ eſt vnꝰ. videlicet diurnꝰ, cæteri ſunt ꝑ accñs & ſcđarij. Abſolute. n. negãdũ eſt dr̃iam motuũ facere dr̃iam ſpecificã, nam ĩ vno aĩali numero pñt eſſe plures motus ſpẽ (vt dicit ipſe) quorũ vnus eſt à dextris in ſiniſtrum, alius aũt econtra. Ad ſecundã rñdet, oẽs orbes eſſe concẽtricos, nã apparentię ſaluari poſſunt per mo-

tum

tum leubab. Vel dici poteſt cœlũ ipſum eſſe concentri cum terræ. Non obſtante ꝙ mẽbra ſint eccentrica. Nã talis eccẽtricitas non eſt cauſa dr̃iæ ſpecificæ. niſi ſit pri mo totius, vt dictũ eſt de motibus. Ex ijs tenet Auer. orbes & ſtellas eſſe eiuſdẽ ſpeciei. Vbi debes ſcire duo eſſe q̃ faciũt dubitationem. Primũ eſt an ſtella differat ſpẽ à ſuo orbe, parteq; non ſtellata. Scd̃m eſt an orbes, & ſtellæ inter ſe differunt ſpẽ. De primo Tho. tenuit. 2. cœli partẽ ſtellatam à non ſtellata ſpẽ differre etiã eiuſ- dem orbis, gñe tñ conuenire, & hoc quia differũt den- ſitate & raritate, luce & tenebra, q̃ arguunt ſpecificam dr̃iam naturarũ. Sed hæc poſitio non vr̃ peripatetica, quia non differunt forma, nõ materia, non motu, non diſpõne. Forma quidẽ non differũt, quia vna eſt aĩa ſpẽ & numero partis non ſtellatę & ſtellatę, non forma igĩ differunt, nõ materia, quia oẽs ſunt ex quinta eſſentia, q̃ nec eſt grauis, nec leuis, non motu, qa eodẽ motu ſtel la & orbis mouenĩ. vt. 2. cœli. probat Ariſt. non deniq; diſpõne, quia pars ſtellata eſt dẽſa, & nõ ſtellata etiam dẽſa, pars ſtellata lucida & nõ ſtellata lucida. licet nõ vr̃, quia maius lumẽ offuſcat minus, igĩ non differunt di- ſpõne, licet ſi dr̃ia ẽm magis & minus, vt dixit Auer. q̃ dr̃ia non eſt ſpecifica. Tenendũ igĩ de primo ꝙ pars ſtellata & nõ ſtellata ſint eiuſdẽ ſpeciei, & non differũt ſpẽ, ſed in diſpõne non ſimpliciter, ſed ẽm magis & mi- nus, & ſic ſoluiĩ ratio. Tho. De ſcd̃o tenet Auer. orbes non differre ſpẽ, nec ſtellas diuerſorum orbiũ, ſed eſſe eiuſdẽ ſpeciei. Sed obijcies, qa ſi orbes eſſent eiuſdem ſpeciei, erunt tunc indiuidua cõtenta ſub eadem ſpẽ, Rñdet Auer. 2. cœli. cõm. pdicto, ꝙ ſunt eiuſdẽ ſpeciei ẽm prius & poſterius ſicut mẽbra. Sed obiicies adhuc Auer. ſi inter ſe orbes non differunt ſpẽ, ſed cõueniunt ſpẽ & gñe, igitur ſunt eiuſdẽ gñis, & ita redit res in põ- nẽ Aui. & erunt cõpoſiti ex materia. Scd̃o, ſi orbes & ſtellæ differũt ſicut mẽbra, tunc nõ oporteret eſſe eiuſ- dem figuræ. non. n. oportet oĩa mẽbra aĩalis eſſe eiuſdẽ figuræ. Tertio. tunc rõ Ariſt. nulla, non. n. oportet ea q̃ differunt vt mẽbra moueri vno motu, alio. n. motu cor, alio cerebrum mouef. Pro ſolonis igĩ euidentia. Pri- mo debes ſcire ꝙ genus ſpẽs & indiuiduũ poſſunt ſumi pdicamentaliter, & trãſcendenter, pdicamentaliter. n. quęcũq; in gñe vel ſpẽ vel indiuiduo ſunt, corruptibilia ſunt, & cõpoſita ex materia & forma mediate vel ĩme- diate, aut fundata ĩ cõpoſitis ex materia & forma. ea. n. oĩa quæ ſunt in pdicamento, & gñe ſubſtantiæ ſunt ꝑ ſe cõpoſita ex materia & forma, at cætera aliorũ generum ſunt fundata in cõpoſitis ex materia & forma. huius cã eſt, quia genus eſt ſumptũ à potentiali, oẽ autẽ poten- tiale eſt tandem ꝓpter materiã. dr̃ia vero ab actuali, & oẽ actuale eſt forma, ꝓpterea in accidentibus albũ eſt in gñe, non albedo, ẽm opinionem Auer. album & nõ corpus album ꝑꝑ multiplex ſignificatũ, quia album eſt qđ componitur ex gñe & dr̃ia ex potentiali & actuali, & non albedo. vbi aũt dr̃ albedinem eſſe in gñe, intelli ge vt dr̃ aĩam eſſe in gñe. tranſcendenter vero eſſe po- teſt aliqđ genus omne cõe ẽm aliquam rõnem. & ſpẽs & indiuiduũ ſilr. quali rõne dicimus in æternis vnũ in- diuiduum eſſe tñ in ſpẽ. Ibi. n. & genus & ſpẽs æquiuo- ce, hoc eſt trãſcẽdenter, dñr. Iuxta illud Auer. hic. & 10. met. æternis & corruptibilibus nihil eſt cõe vniuocũ. Scd̃o, debes ſcire ꝙ aliqua eſſe diuerſa ſpẽ ſiue pdica- mentaliter ſiue trãſcendenter duplr̃ eſt. Totaliter vide- licet, & partialiter. totaliter quidem vt hõ, & equus. hęc ꝓ. n. differunt ſpẽ totaliter, quia differunt ſpẽ & nullius totius ſunt partes, nec reducunĩ ad aliquod vnum pri- mum, rõne cuius poſſunt capere aliq̃ conuentiam. par tialiter vero & non totaliter differunt ſpẽ mẽbra vnius aĩalis, vt cerebrum, iecur, lien, & cætera id genus, quia ſunt partes cõplexione, & fortaſſe forma & influxu, & operatione differẽtes, non aũt totaliter, quia reducunĩ oẽs ad vnum mẽbrorum ẽm prius & poſterius, ad vnã formam atq; vnã principalem operationẽ. reducunĩ. n. ad cor & aĩam, q̃ cordis primo, deinde cæterorũ eſt for ma & ad vnã principalem operationẽ, q̃ eſt hoĩs ꝓpria quã oẽs illæ partes intendunt, ob q̃ ſunt, & ad cuius ſer uitium ſunt conſtitutæ, ꝑꝑ ea licet partialiter ſpẽ diffe- runt, non totaliter, imo fortaſſe conueniunt in vno nu- mero totaliter, & differũt inter ſe partialiter. maxime ſi tenet aĩam eſſe vnitam oĩbus. & totam in vniuerſo aĩali, & totã in quolibet aĩalis mẽbro. His viſis dico primo de mente Auer. & Ariſt. orbes, ſiue ſtellas nec differre ſpẽ, nec gñe, nec numero, nec cõuenire gñe, nec ſpẽ, nec nu mero pdicamentaliter, quia in æternis non eſt genus, nec ſpẽs, nec indiuiduũ pdicamentaliter, nec penitus qcquam cõe vniuoce cũ rebus ſublunaribus, iuxta pri mum notatũ. Ex hoc apparet dr̃ia inter Auer. & Auic. Auic. n. voluit orbes eſſe indiuidua ſpẽ dr̃ia & gñe con- uenientia pdicamentaliter, & cõtra ipſum valent rõnes Auer. erũt. n. cõpoſiti ex materia & forma, & gñabiles & corruptibiles. & ita aliqđ corpus erit illos pcedens, & huius rõ eſt, quia oẽ quod eſt in gñe, ſpẽ, vel indiuiduo pdicamentaliter, eſt cõpoſitũ ex materia & forma vel fundatũ in cõpoſito ex materia & forma. Scd̃o, dico ꝙ loquendo de gñe & ſpẽ & indiuiduo trãſcendenter, & eo, v3, modo. quo in æternis eſſe poſſunt orbes ſiue ſtel læ diuerſorũ orbium in gñe vel ſpẽ, partialiter qdem ſpẽ differũt, totaliter vero non. Declaraĩ, quia totũ cœlum eſt vnum numero aĩal magnũ. veluti Soc. vnũ aĩal par- uum, cuius orbes & ſtellæ differũt partialiter cõplexio- ne, vt declarat Ptolo. operationibus, quia vnuſquiſq; eorũ ꝓprio & peculiari motu mouef, atq; formis. quia quilibet orbis à ꝓpria forma perficĩ, atq; in ſpẽ repo- nitur. & vt oẽs hoĩs partes reducunĩ ad vnum primum mẽbrum, ad vnã primam operationẽ, atq; ad vnã cõem & primã formã, ſic oẽs orbes reducunĩ ad vnũ primũ mẽbrũ, videlicet, ad orbẽ ſtelliferũ. à quo continenĩ. & ad vnã primam operationẽ, & vt pote ad vnũ cõem mo- tu diurnũ, quo oẽs mouenĩ, & quẽ oẽs intẽdunt prĩo & principalr̃, atq; ad vnã primã & cõem formã, videlicet primũ motorẽ, q vniuerſi eſt prima forma. orbiũ vero ẽm prius & poſterius, & hoc voluit dicere Auer. 2. celi. cõm. 49. cũ dixit, ſed tñ debemus intelligere ea conue- nientia in ſpẽ, eſſe conuenientia in ſpẽ ẽm prius & po- ſterius, & nõ ẽm vniuocationẽ, hoc eſt ęqualr̃. Nã licet membra aĩalis cœlici cõueniant in vna prima actione, vna prĩa forma, & vno prĩo mẽbro, cõueniũt tñ in illis ordine quodã, veluti & mẽbra hoĩs. Nã nõnulli ꝑ prius & ĩmediatius attingũt illa tria, nõnulli remotius, alij re- motiſsime, & ita non differunt ſpẽ totaliter, ſed bene partialiter. hoc idẽ vult dicere Auer. ibidẽ dum inquit. diuerſitas aũt motuum non facit diuerſitatem forma rum ſpecificarum, qm̃ diuerſitas motuũ eſt ex modo diuerſitatis aĩalis in parte dextra & ſiniſtra. Et manife- ſtum eſt ꝙ iſtæ diuerſitates inueniuntur in eadem ſpẽ aĩalis, videlicet, in homine. q. d. vnũ eſſe primum aĩalis cælici motũ diurnum, videlicet, q eſt oĩum primo & ꝑ ſe. cęteri vero ſunt partiales, vt motus mẽbrorum, q nõ faciunt dr̃iam ſpecificam totalẽ, qa ſunt cõpoſes in vna ſpecie,

Poſitio Auer.

An ſtellata ps differat ſpecie à non ſtellata. Thomæ poſitio.

Confutatio poſitionis.

Poſitio Auer. de primo.

Poſitio Auer. de ſecundo.

Dubitationes contra poſitionem Auer.

Sol. & declaratio poſitionis Auer.

Diuerſum prædicamentaliter et tranſcendẽter dici dupliciter.

Auic. poſitio de orbibus.

ſpecie, imo in vno indiuiduo, ſed bene faciunt dr̃iam ſpecificam mẽbralem ſiue partialem, quo modo concedendum eſt orbes differre ſpecie, ſimili, ratione ſtat vt concedamus orbes moueri circa diuerſa centra, modo moueantur omnes circa cẽtrum vnum ſm motum communem, q primo omnibus competit, nam cæteri motus circa diuerſa centra definiti non totalẽ, ſed partialem differentiam faciunt. Et hæc poſitio ſic intellecta non habet calumnias, nec aliquid mali contra ſe, nec ante me aliquem inueni qui eam declarauerit. dicemus autem de hac diffuſius .2. cœli. *Solutio rõnum.* Tunc ad dubitationes. Ad primam patet ſolutio, dictum eſt.n. quõ Auic. & Auer. differunt inter ſe de genere, & ſpecie, & indiuiduo. Ad ſecundam dico ſecus eſſe in animali ſimplici & animali mixto. In animali.n. ſimplici totum & quodlibet membrum principalẽ debet habere conſimilem figuram, quia ob ſimplicitatem eſt ſimilare in toto, & qualibet parte, veluti videmus totam aquã vergere ad rotũditatem, & guttam vnam ſimiliter. In animali vero commixto ex membris diuerſæ commixtionis non oportet. Per idem ad tertiam, patet.n. oĩa membra & maxime aĩalis ſimplicis conuenire in vno cõi motu, veluti in vna forma, & differre motibus ꝓprijs, hæc ad dubitationes. *Solutio. rationũ. quæſtionis.* Tunc ad rationes quæſtionis. Ad primam patet ſolutio: ſunt.n. eiuſdem ſpeciei non prędicamentalis, ſed tranſcendentis, & ſic nõ ſunt corruptibiles. Ad ſecundam concedo vnam ſtellam non eſſe plus vnam in ſpecie, & ſic ſequitur vt differat ſpecie ſaltem partialiter, non autem totaliter, quia ſaltem reducuntur ad vnam primam. Ad tertiam dico eſſe veram maiorem qñ illa differunt numero & ſpecie conueniũt prædicamentaliter, non autem qñ differunt ſpecie, vel numero tranſcendenter. Ad quartam concedo orbes differre ſpecie partialiter, propter differentiam locorum partialium, ſed quia conueniunt in vno loco communi, qui eſt totius, ideo omnes ſunt eiuſdem ſpeciei modo dicto. Ad quintam patet ſol. ſtella enim vnius orbis & pars non ſtellata non differunt ſpecie, ſed ſecundum magis & minus. Et propterea omnes ſtellæ octaui cœli ſunt eiuſdem ſpeciei, licet differant ſm magis & minus. Et hac ratione Ptolomæus in libro primo apotelefmatum non dicit abſolute aliquas illius cœli ſtellarum eſſe martias, aliquas venerias, & id genus ſed omnes eſſe eiuſdem ſpecificæ idiotropiæ atq; peculiaritatis, aſsimilari tamen nõnullas martijs, qualitatibus, nonnullas venerijs, & id genus. Ad ſextam patet ſolutio. motores.n. non differunt ſpecie totaliter, quia ipſi reducuntur ad vnum primum. primus.n. motor eſt intentionalis forma omnium motorum orbium, realis vero forma eſt orbium. Ad ſeptimam patet ſolutio. ſtellæ.n. differunt accidentibus, ſexu, viribus & id genus, quia differunt ſpecie partialiter, hæc.n. differentia ſufficit. non autem quia differunt ſpecie totaliter. Ad octauam dico, ꝙ ille liber non eſt Ariſt. nec illum enumeratũ inueni apud græcos vel codices vel authores. Aut dico ꝙ ille auctor illius libri vult ſolẽ differre ſpẽ partialiter, & non totaliter, hæc de qõnibus. Redeamus igĩt ad textus expoſitionẽ, quia multa, & ſatis diximus.

Et de accidentibus conuenientibus corpori cœleſti, & generabilibus & corruptibilibus eſt calefacere.

Cõm. 37. Quintum accidens commune cœlo & generabilibus eſt calefacere, calefacit.n. cœlũ & calefaciunt nonnulla horum corporum ſublunarium, vt ignis, vtrum vero cœlum infrigidet, humectet, & exiccet, bona eſt quæſtio, & forte dicemus poſtea, nunc vero ſat ſit accipere calefacere competere cœlo, & alicui horum.

Et Ariſtoteles dicit quòd corpora cœleſtia non calefaciunt ſecundum quòd ſunt calida ſed ſecundum velocitatem motus, & ratiocinatur in hoc ex hoc quod accidit in ſagitta directa.

Sed Auer. ſoluit dubitationem. poſſet.n. dicere quis, *Cõm. 38.* ſi cœlum calefacit, igitur eſt ignis, aut quid igneũ. quia omnis ignis calefacit, igitur omne calefaciẽs eſt ignis. vel igneum. Auer. igitur declarat modos, quibus cœlum calefacit, vt ſciatur ipſum poſſe calefacere, & non eſſe ignem vel igneum. Et in hoc apparet error expoſitionis Ioannis, qui partẽ hanc fecit inquiſitiuam. *Ioan. error.* errauit.n. primo, quia nec Ariſt. nec Auer. in parte inquiſitiua conſueuit ponere determinationes rerũ dubiarum, vt forma hic Auer. qui interponit determinationes rerum dubiarum. Secũdo Auer. 2. cõm. 42. dixit hæc eadem, quæ hic dicit. & tamen vt apparet illic, non dixit hæc per modum quęſtionis, ſed determinationis. tertio omnia quæ dixit, ſunt vera, igitur non ſunt dicta ad inquiſitionem. quatuor igitur modis declarat cœlum ipſum calefacere, & non eſſe ignem, primo per motum. ſecundo per lumen. tertio propter caliditatem æquiuoce dictam: quarto propter virtutem, & ad nullum horum modorum ſequitur cœlum eſſe ignem, vt patet. per motũ quidem cœlum calefacere, ait quia Ariſt. dicit cœlum calefacere velocitate motus, & hoc per ſignum ſumptum è ſagitta mota, cuius plumbum calefit, pro quanto mouetur velociter, & ſic cœlum calefacit, non quatenus eſt calidum & igneum, ſed quatenus mouetur & mouet nos. Hæc Ariſt. ſecundo cœli.

Sed de hoc exemplo certant Alexand. & Simplicius. *Declaratio exẽpli. Poſitio Simplicij.* Simplicius.n. voluit Ariſt. proceſsiſſe per locum è cã, quatenus, videlicet, motus ſagittæ eſt cauſa caloris aeris, quem tangit, & ſic quia ſagittæ motæ cauſant calorem in aere, per quem mouentur, ſic ſtellæ cauſant calorem in hemiſphærium noſtrum circa quod mouentur. igitur locus videtur à cauſa. *Declaratio Alexan.* Alexan. vero voluit exemplum eſſe per viam ſigni, hoc pacto, quia.n. ſagitta mota calefit, eſt ſignum ꝙ cœlum per motum efficit calorem. Et Tomas laudat Alex. Ego vero laudarem ſimplicium, quia illo modo, vt Simplicius ait, exemplum de ſagitta eſt ſimile magis. Stellæ.n. non ſeipſas calefaciunt per motum, ſed aerem, ſic ſagitta aerem calefacit per motum, & hoc eſt omnino ſimile. Auerro. etiam videtur ſectari expoſitionem Simplicij .2. cœli cõm. 42. vt dicemus ibidem. De modo vero quo ſtellæ per motum calefaciant, diſputabimus poſtea.

Et dicit in metaphyſica quòd non ſequitur vt fiat accidens ex ſibi ſimili, neque in genere, neque in ſpẽ, ſicut ſequitur in qualitatibus, quæ ſunt ſubſtantiæ.

Cõm. 39. Remouet dubium circa prmum modum, quo cœlum calefacit. quia poſſet dici omne ſimile fit à ſimili. *Dubitatio.* vt. 7. metaphy. dicitur, & Auer. ibidem. cõm. 30. Sed motus nec genere nec ſpẽ eſt ſimilis calori. igitur calor non fit à motu. *Reſponſio.* Reſpondet Auer. ſecus eſſe in accidentibus, ſecus in ſubſtantijs. In accidentibus enim non oportet vt ſimile fiat à ſimili. At in qualitatibus quæ ſunt ſubſtantiæ, bene ſequitur vt ſimile fiat à ſimili, vt colligitur eodem .7. metaphyſi. text. & cõmen. 32.

An ſimile fiat ex ſimili. Sed obiicies, quando vel intelligitur in ſubſtantiis ſimile fieri á ſimili in forma, vel in virtute, non in virtute, quia ſic etiam accidens fit à ſimili in virtute, non.n. fieri poteſt accidens, niſi agens ipſum contineat virtualiter,

ter, nec in forma, quia ignis fit à motu vt ab excuſsione ferri & lapidis.3. cœli.cõm.56. Similiter animalia putri ex materia genita fiunt à calore cœleſti. vt.12.meta-phy.cõm.18. dicitur. & patet non eſſe ibidem ſimilitu-dinem in forma. Ad hanc dubitationem poteſt vno modo dici ꝙ aliter eſt in ſubſtantia, aliter in accidente. In generatione.n. ſubſtantię ſemper ſubſtantia quę fit, generatur à ſuo ſimili principaliter agente ſui generis, aut ſuæ ſpeciei, vt declarat Ariſto. & Auer.7.metaphy. cõm.32. Dico principaliter agente, quia ſubſtantia, fie-ri poteſt à non ſubſtantia, veluti ab inſtrumẽtaria cau-ſa. vt ignis fieri poteſt à motu, & lumine velut ab inſtru mentaria cauſa, principaliter autẽ fit à ſubſtantia quæ mouetur vel quæ lucet. Similiter animalia fieri poſſunt inſtrumentaliter à calore. principaliter autem à corpo-re, quod calefacit. In generatione vero accidentis non ſemper accidens quod fit generatur ab aliquo ſibi ſi-mili in genere vel ſpecie, vt ab agente principali. Nam licet calor fiat è motu vel lumine, non eſt eiuſdem ge-neris cum motu vel lumine, nec cum eo quod moue-tur vel lucet. hæc colligi poſſunt ab Auer. ibidem. Se-cundo dici poteſt, vt dicit Auer.12.metaphy.cõm.24. ꝙ Alex. verificauit hanc propoſitionem tribus ſerua-tis, videlicet, de agente & non de inſtrumento. De pro-pinquo & non de remoto. De agente per ſe & non de agente per accidens, omne igitur quod fit ab aliquo, vt ab agente & propinquo & per ſe, non fit niſi ſit eiuſ-dem generis vel ſpeciei cum illo, lege Auerroem illic, quia omnia hæc declarat. Sed quicquid dicatur, ego ſentio cum prima reſponſione.

Solutio prima. — *Solutio ſec̄da.*

Et expoſitores dant ſecundam cauſam. ſ. illuminationem. dicunt.n. quòd lux in eo quòd lux videtur calefacere quãdo reflectitur. Et dicunt quid non eſt de accidentibus proprijs igni, ſed de accidẽtibus communibus igni, & cœleſti corpori.

Cõm.40. Secundus modus quo cœlum calefacit, & non eſt ignis eſt propter lucem. Et hæc eſt cauſa expoſitorum qui dicunt ꝙ lux quatenus lux calefacit quando refle ctitur. Et debes ſcire ꝙ duo ſunt ex parte caloris ge-niti. eſt. n. & ipſe calor, quam fit & eſt intenſio caloris. fit.n. aliquis calor magis & aliquis minus, calor.n. ipſe abſolute fit à luce, & nullam aliam ob cauſam, niſi quia lux ſua pte natura calorem efficit. Intenſio autem calo ris fit è luce ipſa quatenus reflectitur. & hęc duo teti-git Auer. in textu. *Dubitatio.* Sed huic obiicies, quia omnis ignis eſt lucidius. igitur omne lucidium eſt ignis vel igneũ. *Reſponſio.* Sed cœlum lucet, igitur eſt ignis. Reſpondet negando maiorem & conuerſionem. vniuerſalis.n. affirmatiua non conuertitur in terminis, ſed in parte. Et ſic negatur ꝙ omne lucidum ſit ignis, vel igneum, quia lux ipſa non eſt de accidentibus proprijs igni, ſed de accidenti-bus communibus igni, & cœlo. Et ſic patet ſolutio.

Et forte dicendum eſt ad hoc, quod non eſt remotum vt calor dicatur in eis æquiuoce per hoc ſignũ, ſcilicet quia actio eorum diuerſatur, calor.n. ignis corrumpit & deſtruit entia, & maxime calor ignis illuminantis. calor vero corporum cœleſtium largitur vitam vegetabilem, ſenſibilẽ, & anima-lem: Et ſecundum hoc calor erit duobus modis. calor qui eſt de qualitatibus paſſiuis, quæ tranſmutant ſubſtãtiam in qua ſunt, & calor qui non eſt de qualitatibus paſſiuis, ſicut eſt diſpoſitio in diaphaneitate & non diaphaneitate, ſcilicet quòd quædam ſequitur qualitatem paſſiuam, & quædam non. Conſiderantes autem actiones ſtellarum in antiquo tem pore vere dicunt quòd quædam largiuntur caliditatem & ſiccitatem, quædam caliditatem & humiditatem, quædam frigiditatem & ſiccitatem. quædam etiam frigiditatem & humiditatem, & ſic quatuor qualitates communes corpori-bus cœleſtibus & quatuor elementis dicuntur æquiuoce aut ſecundum prius & poſterius.

Cõm.41. Tertius modus quo cœlum calefacit & non eſt ignis, eſt quia ipſum eſt formaliter calidũ, & quia ſtellæ ſunt formaliter calidæ, non tamen cœlum eſt ignis, nec ſtel-læ igneę, quia cœlum & ſtellæ ſunt formaliter calidæ calore æquiuoce dicto cum calore elementario. Et ita Auer. innuit duo, & ꝙ cœlum ſiue ſtellæ ſint formaliter calidæ, & ꝙ calor illæ cœli & ſtellarum æquiuoce dica-tur cum calore elementario. Secundum probat primo per hoc, quia actio caloris cœleſtis & elementarij eſt alterius rationis. nã calor ignis corrũpit & deſtruit en-tia & maxime calor ignis lucidi, hoc eſt elemẽtati. ignis .n. purus (vt dictum eſt) ſaltem per accidens viuificat quatenus ſibi miſcetur lumen cœli. calor autem cœle-ſtis largitur plãtis quidem vitam vegetabilem. aĩalibus vegetabilẽ & ſenſibilẽ. hominibus vero aĩalem & rõna lem. iuxta illud ſecundi phyſi. ſol & homo generant ho minem. Ex hoc inferet calorem duplicem eſſe, alte-rum qui eſt de tertia qualitatis ſpecie, quæ eſt paſsio vel paſsibilis qualitas, qui quidem ſubſtantiam tranſ-mutat, aut præparat ad tranſmutationem. Alterum qui non eſt de tertia ſpecie qualitatis, ſed eſt calor per-fectiuus & viuificans dico calorem eſſe duplicem ve-luti & diaphaneitatem ipſam, & eius oppoſitum, quæ dicitur opacitas, vel non diaphaneitas. Diaphaneitas, enim & opacitas dicitur dupliciter, quatenus altera ſe-quitur paſsibilem qualitatem, altera vero ſequitur pu-ram rarefactionẽ. Sic igitur patet ſcd̃m, videlicet ꝙ ca lor quo ſtellæ ſunt formaliter calidæ & calor quo ignis eſt formaliter calidus æquiuoce dicitur. Primum vero ꝙ videlicet ſtellæ ſint formaliter calidę, probat aucto-ritate aſtrologorum, qui antiquis temporibus ſtellas obſeruarunt apud Babilonios & Ægyptios, nam iſti tri buerũt ſtellis omnes qualitates formaliter & maxime calorem, quod eſſe non poteſt, vt dicit, niſi quia inſunt illis æquiuoce. Et ſic patet tertius modus. Sed occur-res vtrum calor cœleſtis differat ſpecie ab elementa-rio, & videtur ꝙ non, quia conueniunt in nomine & ratione, igitur ſpecie. Tenet Alpharabius, ꝙ nec ge-nere, nec ſpecie, nec numero differunt. genere quidem non, quia ambo ſunt generis qualitatis, ſpecie vero mi nime, quia ambo nomine & ratione conueniunt, quia ſiquis ambos definiat, rationem eandem aſsignabit, nec numero, quia idem calor numero eſt cœleſtis, aĩa-lis, & elementarius. verbi cauſa ſpiritus quatenus vi-uificat eſt cœleſtis, quatenus eſt inſtrumentum aĩę eſt animalis. Quatenus reſoluet humidum naturale eſt ele mentarius. Auerroes vero tenet ꝙ differunt genere & ſpecie, ita vt calor cœli ſit alterius rationis quod tribus declarat rationibus. Prima eſt, quia operationes diffe-runt ſpecie. igitur & formę vt tangit hic. & 12. metaphy. cõm.18. & 2. cœli. cõm.42. & alibi. Secunda eſt, quia ſubiecta prima & propria differunt genere & ſpecie, vt cœlum & elementum. omne.n. accidẽs proprium dif-fert ab alio propter ſubiectum. Tertia eſt, quia æternũ & corruptibile differunt ſpecie & æquiuoce dicuntur.

Calor duplex — *Vtrũ calor cœli ſit æquiuoce dictus.* — *Poſitio Alfab.* — *Poſitio Auer*

Concilium. Et forte poſſunt concordari, quia calor cœli & calor elementarius in ratione phyſica differunt genere, ſpe-cie, & ratione, vt rationes Auer. probant. In ratione ve ro metaphyſica, quæ conſiderat calorem vt calor eſt, non quatenus corruptorius vel perfectorius, ſunt eiuſ-dem

dem nominis & rationis, vt recte Alfarabius probat. hæc de dubitatione.

Et forte corpora cœleſtia largiuntur calorem licet non ſint calida in ſe.non.n.ſequitur vt omne faciens aliquod accidens,diſponatur per illud, verbi gratia,quoniam non omne quod mouet, debet moueri, neque omne quòd nigrificat debet eſſe nigrum.

Cõm.42. Quartus modus quo cœlum calefacit & nõ eſt ignis vel igneum,eſt quia calefacit non per motum, nec per lumen,nec per calorem, ſed per virtutem,hoc eſt calefacit non quia eſt formaliter lucidum, aut quia formaliter mouetur,aut quia eſt formaliter calidum, ſed quia cœlum & ſtellæ ſunt virtualiter calidæ. hoc autem ꝑſuadet pro tanto, quia ad hanc poſitionem non ſequitur aliquod impoſsibile, quia non oportet vt agens aliquod accidens,diſponatur atq; formaliter efficiatur illud. Veluti non oportet vt omne mouens moueatur, & id genus.Sic igitur ſol,vel alia quæuis ſtella calefacit, non quia mouetur,non quia lucet,non quia eſt formaliter calidus vel calida ſed quia virtualiter eſt calidus vel calida veluti efficit plantam, quia virtute plantam continet.hic eſt quartus modus.

Et hoc apparet etiam ex hoc quòd ſi alteratum eſſet ex alterato, & calidum ex calido, tunc procederetur in infinitum, & non inueniretur primum alterans, ſicut ſequitur in motu,neceſſe igitur eſt peruenire ad alterans non alteratum, ſicut ad mouens non motum.

Cõm 43. Perſuaſit quartum modum per hoc ꝙ ad illum nul lum ſequitur impoſsibile, nunc probat illum de facto. hoc modo,videlicet,quia ſi omne calidum fieret ex calido & omnino alteratum ab alterato, eſſet proceſſus in infinitum, & non inueniretur primum alterans, vt ſequitur in motu veluti deductum eſt.7.& 8.phyſicorum ſæpe. Sed occurres huic rationi, quo nam modo valet illa conſequentia ꝙ ſi calidum fieret ex calido, tunc procederetur in infinitum. Primo dicam omnia calida proficiſci à cœlo calido,& cœlum calidum à nullo proficiſci, quia eſt æternum,& à ſe. Secundo dicam non eſſe impoſsibile procedere in infinitum in alteratis & alterantibus. quia vt Auer.ait in lib. deſtructio deſtructionum. diſputatione prima, & quinto phyſicorum. cõm.13.& 8.phyſicorum.cõm.47.in accidentaliter ordinatis non eſt impoſsibile procedere in infinitum. Dici poteſt ꝙ ſi cœlum eſſet affectum calore, vel aliquo accidente eiuſdem ſpeciei, & rationis cum calido, quod efficit, tunc eſſet proceſſus in infinitum. Nam ſi cœlum eſſet calidum calore eiuſdem ſpeciei cum eo calido quod efficit, eius calor eſſet factus.aliter non eſſet eiuſdem rationis, quia æternum & genitum non ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſic patet conſequentia. Impoſsibilitas vero conſequentis patet pro tanto, quia procedere in infinitum in accidentaliter ordinatis non præſuppoſito aliquo æterno,quod motu æterno feratur, eſt impoſsibile,vt ſequitur in propoſito. Et ſic patet ſolutio quæſtionis.

Dubitatio contra rationem.

Solutio.

Sed differunt quia mouens in loco non peruenit ad aliquod mouens ſe ſecundum totum. ſed ad mouens aliud. In alterationibus autem peruenire poteſt ad alterans per aliquam diſpoſitionem, quæ non habet cauſam, & iſta ſunt corpora cœleſtia.

Cõm.44. Dictum eſt ꝙ alteratio & latio cõueniunt,quia ambo perueniunt ad mouens immobile, nunc vero ponit differentiam, quæ eſt ꝙ latio ſiue motus localis peruenit ad mouens incorporeum,quod mouet per ſe,& nõ per aliquam diſpoſitionem corpoream, alteratio vero peruenit ad mouens corporeum, quod alterat per aliquam diſpoſitionem corpoream,ſiue illa ſi lumen,ſiue motus localis, ſiue caliditas,ſiue virtus, quæ diſpoſitio non habet cauſam, ſed eſt æterna, & hoc pacto primũ alterans eſt corpus cœleſte, quod alterat vel motu. vel lumine,vel caliditate,vel virtute.

Sed illa diſpoſitio quæ eſt in eis forte eſt de genere eius, quod agit in aliud, & forte non. verbi gratia quia calefactio, quam agit in inferioribus eſt à natura neque calida neque frigida, ſicut motus eius eſt à natura neque graui neque leui, & hoc eſt magis quod apparet, cum hæ qualitates ſint inuicem actiuæ & paſſiue neceſſe eſt peruenire ad qualitates actiuas,quæ non ſunt paſſiuæ.

Cõm.45. Soluit nunc dubitationem.dictum eſt.n.cœlum eſſe primum alterans,quod alterat per aliquam diſpoſitionem corpoream, quærit nunc vtrum illa diſpoſitio ſit eiuſdem ſpeciei & generis, cum diſpoſitione illa,cuius ipſa eſt principium.verbi cauſa cœlum calefacit per.A. diſpoſitionem, vtrum.A.diſpoſitio ſit eiuſdem generis cum.B.calido,cuius.A.eſt principium actiuum.Reſpõdet ꝙ A. diſpoſitio quæ eſt in cœlis, per quam calefaciunt,forte eſt de genere eius, qđ egit in aliud,& forte non, & videtur aſſerere magis ſecundam partem,quatenus calefactio quam egit in his inferioribus,eſt à natura neq; calida neq; frigida, veluti eius motus videtur eſſe à natura neutra.& hoc ait eſſe magis apparens,pro tanto quia hæ qualitates ſunt actiuæ & paſsiuæ inter ſe, & ꝓpterea neceſſe eſt peruenire ad qualitates actiuas primas, quæ agunt, & nullo modo patiuntur, & ſic vis rationis huius eſt illa,quam dixit.

Et apparentius eſt & dignius, vt iſtæ quæ ſunt hic non reducantur ad qualitates, quæ ſunt ſui generis. Et ſi ponantur,debent dici ſecundum prius & poſterius, ſequeretur.n. vt de genere qualitatum paſſiuarum eſſet aliqua non paſſiua, quod eſt remotum, apparet igitur ex hoc quòd ignis non eſt primũ calefaciens quia eſt paſſiuus.ſed neceſſe eſt vt primum calefaciens calefaciat per qualitatem non paſſiuam ſicut primum mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem.

Cõm.46. Cõfirmat dictam ſolutionem,per hoc quia eſt apparentius, & dignius vt iſte qualitates reducãtur ad qualitates alterius generis, apparentius quidem, quia magis ſenſibus cõforme, quia videmus cœlum calefacere lumine & motu, dignius vero, quia ſemper reductio debet eſſe ad nobilius ſimpliciter.modo quæ ſunt eiuſdem generis, ſunt æque nobilia addit tamen ꝙ ſi hæ qualitates reducuntur ad aliquod ſui gñis, illud nõ debet eſſe ſui generis vniuoci,ſed analogici quia (vt ait) ſi eſſet eiuſdem generis vniuoci, eſſet eiuſdem rationis. & ita in genere qualitatum paſsiuarum vniuoco & eiuſdem rationis eſſet aliqua qualitas non paſsiua, vtpote illa, ad quam eſſet reductio, & ſic apparet illatio. Sed dices dico ꝙ reductio eſt ad aliquod accidens corruptibile & paſsiuum, quod eſt eiuſdem generis, & nunquam corrumpetur. Iam reponſum eſt vniuerſaliter nec in ſubſtantiis, nec in accidẽtibus poſſe eſſe aliquod corruptibile, quod nunquam corrumpetur. & hoc Auer. tanquam principium ſupponit, propterea ratio eſt efficax. Ex iis Auer. infert ignem non eſſe primum calefaciens, vt Platonici tenent,qui cœlum eſſe ignem vel igneum aſſeruerunt. quia ignis & omne igneum eſt paſsiuum

Obiectio.

Solutio.

Platonicorum opinio de cœlo.

paſsiuum & elementarium. Propterea primum calefaciens eſt illud quod calefacit per qualitatem nõ paſsibilẽ, vt per motũ, vel lumen, vel id genus, ſicut primũ mouens mouet per diſpoſitionem nõ mobilem, quia per intellectum, & voluntatem, quæ à nullo mouentur. Diximus olim Auer. addidiſſe hoc conſequens propter Ariſto. ſecundo metaphyſi. qui videtur velle ignem eſſe primo calidum, modo moderatur verbum Ariſto. & ait ignem eſſe primo calidum inter elementa, non autem ſimpliciter inter omnia corpora.

Excuſatio. Hæc Auer. de ſecundo lib. circa calcem huius ſecundi ſolebamus quærere quæſtiones non paucas, veluti vtrum ſol & ſtellæ calefaciant nos. Amplius vtrum motus & lumen calorem efficiant. Præterea. Si motus calefacit, quo nam modo calefaciat, idem & de lumine. Demum ſi aliquæ ſtellæ infrigident, aliquæ humectent. aliquæ exiccent, veluti nonnullæ calefaciunt, & alias multas afferabamus dubitationes. Nunc autem has prætermittimus, quia omnes has & plures ſcribemus in ſecundo cœli, quem cito ſum æditurus. Non enim puto vtile ſtudioſis idem repetere fruſtra ſæpius. Hæc de ſecundo libro.

Finis Secundi libri.

LIBER III.

AVGVSTINI NIPHI COMMENTATIONES IN LIBRVM TERTIVM AVER. DE SVBSTANTIA ORBIS.

QVA declaratum eſt corpora cœleſtia componi ex mouente & moto: & quòd motor in eis eſt non corpus ſicut eſt diſpoſitio de cæteris motis ex ſe, & hoc in vltimo octaui phyſi. declaratum eſt. Item quòd motus quo mouetur hoc corpus, eſt æternus, ingenerabilis, & incorruptibilis, quo ſtante: declaratum fuit illic etiam quòd iſtud mouens non eſt virtus in corpore, ſicut eſt in animalibus, ſcilicet quòd mouentia ipſa ſunt virtutes in corpore. Et hoc fuit explicatum ponendo duas propoſitiones. Quarum vna eſt quòd omnis virtus in materia, eſt finitæ motionis. Altera autem eſt quòd virtus quæ eſt maxima in corpore cœleſti eſt infinitæ motionis, ex quibus concluditur quòd virtus quæ eſt in corpore cœleſti, non eſt in materia.

Cõm. 1. HACTENVS in lib. ſecundo Auer. tractauit de cœli natura quatenus componitur ex motore & moto comparando eius partes ad partes corporum generabilium. Amplius & de accidentibus eius per differentiam & conuenientiam ad accidentia etiam corporum generabilium, in hoc lib. 3. vult loqui de motore eius atque moto ſeorſum exponendo quid ſit vnumquodq; horum per ſe. Et de his hoc ordine, quia primo de moto, ſecundo de motore, quia etiam Ariſto. hoc ordine proceſsit. Reſumit autem primo ea quæ ſunt demõſtrata in octauo phy. lib. vt hinc proficiſcatur ad rem, quam dicturus eſt. Sunt autem in libro. 8. declarata duo. Quorum primum eſt ꝙ corpora cœlica ſunt compoſita ex motore & mobili. Secundo vero ꝙ motor ex quo cœlum componitur, eſt non corpus. Quæ duo ſunt ita in his quæ mouentur hic à ſe. animalia enim componuntur ex motore & mobili, & motor illorum eſt non corpus, ſed anima. Hoc enim commune eſt omnibus iis quæ à ſe mouentur, ꝙ motor ſit non corpus. eſt tamen differentia, quia motor corporum cœleſtium, nec eſt corpus, nec virtus in corpore. Motor vero animalium licet ſit non corpus, eſt tamen virtus in corpore, & ſic in .8. declarata ſunt duo, videlicet, cœlos componi ex motore & moto, & motorem nec eſſe corpus, nec virtutem in corpore, & hoc quia mouet motu æterno, nullum enim corpus vel virtus corpore poteſt mouere motu æterno. Hæc concluſio declaratur in. 8. per duas propoſitiones in ſecũda figura hoc pacto. omnis virtus in materia eſt finitæ motionis. virtus cœli maxima, videlicet, primus motor, non eſt finitæ motionis, ſed infinitæ, igitur in ſecunda figura non eſt virtus in materia, & ita nec eſt corpus, nec virtus in corpore. Hæc in. 8. lib. Debes ſcire ꝙ ea quæ mouentur à ſe in hoc ſublunari mundo, & ea quæ mouentur à ſe in illo *Animalia cæ. & generabilia differunt et cõueniunt.* ſupralunari orbe conueniunt in duobus. tum quia mouentur. tum quia mouentur à ſe. Qatenus hæc & illa mouentur, componuntur ex motore & mobili aliquo pacto diſtinctis, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur, quatenus vero mouentur à ſeipſis, motor amborum non eſt corpus, quia vbi eſſet corpus, illiud moueretur ab alio, & propterea vt mouentur à ſe, oportet vt motor illorum ſit non corpus, vt. 7. & .8. lib. phyſi. eſt dictum. Differunt autem hæc ab illis, quia hæc mouentur à ſe tempore finito, illa vero tempore æterno, propterea motor illorum non eſt corpus, & hoc quia illa à ſe mouentur, nec virtus in corpore conſtituta in eſſe per illud, quia mouet motu æterno. Motor autem horum non eſt corpus, quia hæc à ſe mouentur, eſt tamen. virtus corporea. quia mouet tempore finito. Hæc Auer. ex lib, octauo.

Propoſitio autem dicens quòd virtus quæ eſt in corpore cœleſti eſt infinitæ motionis: declaratur in. 8. phyſi. per æternitatem motus, & temporis. Dicens vero quòd omnis virtus, quæ eſt in materia, eſt finita, eſt manifeſta per hoc: quia omnis virtus in corpore. ſ. virtus corporalis materialis videtur diuidi per diuiſionem corporis ſecundum paucitatem & multitudinem. Si igitur omne corpus eſt finitum: vt declaratum eſt. 3. phyſi. impoſsibile eſt virtutem infinitam eſſe in corpore finito, & hoc manifeſtum eſt per inductionẽ.

Reſumit declarationem dicti ſyllogiſmi & breuiter, quia in lib. phyſi. 8. eſt diligentius explicata. Minor itaque erat ꝙ virtus cœli eſt infinitæ motionis, probat quia mouet tempore & motu æternis. igitur eſt infinitæ motionis, ſaltem extenſiue. quia an ſit infinita in- Cõm. 2.

tenſiue

tenſiue,eſt alia quæſtio que non eſt ad rem. Animaduerte hæc eſſe declarata diligenter in lib. 8. text. & cōm.78.& 22.metaphy.tex. & cōm.41.& propterea Auer.breuibus ſe expedit. Maior vero erat ꝙ nullum corpus nec virtus in materia mouet tempore æterno. & hanc probat dupliciter,primo,quia nulla virtus diuiſibilis ad diuiſionem ſubiecti ſecundum plus & minus hoc eſt quæ eſt maior in maiore & minor in minore ſubiecto mouet tempore infinito. omne corpus vel omnis virtus in materia eſt diuiſibilis diuiſione ſubiecti ſecundum plus & minus. igitur nulla talis mouet tempore infinito.hic ſyllogiſmus patet ex lib. primo huius.Ibi enim eſt dictum ꝙ omnis virtus in corpore diuiditur diuiſione ſubiecti, & ꝙ omnis talis ſic diuiſibilis, eſt corruptibilis, quia recipitur mediantibus qualitatibus habentibus contrarium, & ita nulla talis poteſt mouere tempore infinito.etiam hic ſyllogiſmus eſt compoſitus.8.Phy. cōm.78.ab Auer.propterea nunc ſatis ſit dictum. ſecundo probat eandem ſic.omnis virtus exiſtens in corpore finito, eſt finita, & intellige ſi ita exiſtit in illo, vt dependeat ab eo,vt ſæpe dictum eſt, omnis virtus exiſtens in corpore exiſtit in corpore finito, quia omne corpus eſt finitum, & nullum eſt vel eſſe poteſt corpus infinitum, vt tertio phyſi.patuit.igitur omnis virtus exiſtens in corpore eſt finita, & per conſequens non poteſt mouere tempore infinito. Hæc eſt ſecunda ratio. Confirmat eandem propoſitionem,quæ fuit minor ſyllogiſmi dicti in ſecunda figura per inductionem,quòd enim omnis virtus in materia ſit finita, patet inducendo in omnibus virtutibus materialibus vt in elementis,& mixtis, & animalibus.

Et Ariſtote.laborauit in.8.ad declarandum hoc è fundamentis quæ ipſe expoſuit, ſcilicet quòd omnis motus eſt in tempore. Ex quo intulit quòd ſi virtus infinita eſſet in corpore finito, contingeret iſtud moueri per illam in non tempore.corpora enim non excedunt ſe in velocitate & tarditate: niſi in exceſſu earum in virtutibus motiuis materialibus. Et exceſſus virtutum ſequitur exceſſum corporum.ſ. quòd corpus:cuius virtus eſt maior:eſt velocioris motus.ex quo ſequitur,quòd ſi aliquod corpus habuerit virtutem infinitam,mouebitur in non tempore,ſed declaratum eſt omnem motum eſſe in tempore. nam in omni motu eſt prius & poſterius,quæ ſunt in tempore.

Cōm.3. Tertio probat idem per rationem Ariſtote. poſitam in octauo libro Phyſicorum. Et procedit enthime. à primo ad vltimum hoc pacto. videlicet, omnis motus eſt in tempore,hoc eſt ſuccesſio in motu temperaria eſt ſecundum exceſſu ſiue proportionem proportionum potentiarum ad ſuas reſiſtentias ſiue ad corpora quæ mouentur. Igitur ſi virtus æterna atque infinita in tempore eſſet in corpore finito, motus illius eſſet in non tempore.declarat cōſequentiam,quia corpora non excedunt ſe in velocitate & tarditate, niſi propter exceſſus virtutum mouentium, quæ ſumuntur ſecūdum proportionem earum ad ſua corpora mota,ita quòd corpus, cuius virtus eſt maior reſpectu corporis mouendi, velocius mouetur.Et econtra etiam exceſſus virtutū ſequitur exceſſum corporum. Vlterius ſequitur, ſi aliquod corpus habuerit virtutem infinitam, illud moueri in non tempore. Hoc autem eſt impoſsibile, quia omnis motus eſt ī tempore, nam in omni motu eſt prius & poſterius. igitur à primo ad vltimum virtus primi motoris non poteſt eſſe in materia. Et ſic patet propoſitum. Debes ſcire ꝙ textus Auer. reſoluitur ad duo enthimemata. primum eſt,motus eſt in tempore.Igitur ſi virtus infinita eſſet in corpore finito,moueret illud in non tempore. Secundum eſt, corpora non excedunt ſe in motu,niſi ab exceſſu earum in virtutibus. Igitur ſi aliquod corpus habet virtutem infinitam,moueretur in non tempore.Hæc Auer. Sed circa hæc dubitatur.Primo contra primum. quia non videtur vnde ſequatur, quòd quia motus eſt in tempore,virtus infinita ſi eſſet in corpore finito, debeat mouere in non tempore. ita enim videtur ſequi, ſi illa eſſet extra corpus, ſicut ſi eſſet in corpore,modo ſit infinita.Secundo dubitatur contra ſecundum,quoniam motuum exceſſus ſequitur exceſſum virtutum ſecundum intenſionem, & non ſecundum extenſionem, modo virtus illa infinita primi motoris eſt infinita in extenſione, & non in intenſione, vt poſtea dicetur. Debes ſcire quòd Auerro. ſuppoſnit in his enthimematibus illud quod declarauit in octauo libro Phyſi.cōm.79.videlicet,ꝙ omnis virtus infinita extenſiue ſi eſt in materia ſiue corpore dependenter,illa ſit infinita intenſiue.quia ſi illa eſt in materia dependenter, erit corruptibilis, & ſi corruptibilis, habet contrarium,cui reſiſtit tempore infinito.Et omne illud quod reſiſtit alicui tempore æterno,eſt infinitum intenſiue, quia non reſiſtit, niſi per aliquam virtutem. igitur ſi per infinitum tempus reſiſtit, etiam per virtutem infinitam intenſiue reſiſtet. Et ſic ſequitur quòd omnis virtus infinita extenſiue ſi ſit in corpore, illa ſit infinita intenſiue. Tunc primum enthimema patet. intelligit enim in antecedente quòd ſi motus eſt in tempore,ſupple propter rationem exceſſus virtutis ad mobile, & tunc ſequitur vt ſi virtus illa æterna eſſet in materia, quòd moueret in non tempore,quia ſequitur illam eſſe infinitam non modo extenſiue,ſed etiam intenſiue, vt diximus.ſecundum etiam enthimema patet per idem, quia ſi vnum corpus fertur altero velocius propter virtutis exceſſum, igitur corpus cuius virtus eſt infinita intenſiue, mouebitur in non tempore, & hoc pacto ſe habebit cœlum ſi primus motor ſit in eo dependenter. erit enim primus motor virtus infinita extenſiue & intenſiue, vt ſuppoſuimus. De his in libro octauo Phyſicorum, & poſtea repetemus.

Solutio textus ad enthimemata.

Dubitationes cōtra rationes Auer.

Solutio rationum.

Et cum ita ſit et demonſtratū ſit quòd corpus cœli componitur ex motore & moto, & quòd iſtæ motor non conſtituitur per rem motam: neque exiſtit in ea.ſed eſt abſolutus ab omni materia quærendum eſt de hoc quod mouetur ab eo, ſcilicet de corpore cæleſti,vtrum ſit compoſitum ex materia & forma ſicut diſpoſitio corporum que mouentur apud nos ex ſe à primo motore qui eſt in eis, ſcilicet corporum animalium quæ mouentur ab anima? an ſit ſimplex & non eſt in eo potentia omnino, ſcilicet forma à qua proueniat actio præter formam mouentem quæ non conſtituitur per ipſam,ſcilicet formam,quæ largitur ei motum continuum, ſcilicet mouere infinitum.

Cōm.4. Iis reſūmptis mouet quæſtionem de corpore cœlico, quod eſt res mota in animali cœlico, quæ quæſtio eſt, vtrum corpus cœlicum quod mouetur, ſit compoſitum ex anima & corpore, per quam animam ſit cœ-

ſit cœlum,& per ſe mobile, vt dixit Auic. Vel eſt ſimplex per excluſionem animæ, & cuiuſuis formæ, vt eſt rei veritas.hæc .n.quæſtio debet ſic intelligi, quia Auerro. mouit illam propter Auic.quæ voluit vltra intelligentiam ſeparatam cœlum ipſum componi ex anima & corpore, & ita ex materia & forma. Circa hanc quæſtionem primo repetit ea quæ reſumpſit de prima cœli compoſitione, atque de primo motore. *Dubitatio.* Secundo mouet quæſtionem, & quæ dicit ſunt in textu perſpicua. Sed occurres, quia Auerro.in lib.2. mouit hanc quæſtionem. igitur eam fruſtra repetit.

Solutio. Dici poteſt quòd Auerro. in ſecundo lib. loquitur de compoſitione cœli ſumpti pro animali cœli, hic loquitur de corpore cœlico, quod eſt altera pars compoſiti. ſecundo dici poteſt ꝙ locutus eſt generatim de compoſitione ex materia & forma,ſiue animatiua, ſiue abſolute. hic mouet quæſtionem vtrum ea cœli pars, quæ dicitur res mota, ſit compoſita ex anima & corpore, vt dixit Auic. tertio dici poteſt quòd in ſecundo lib.locutus eſt de compoſitione cœli per comparationem ad compoſita ſublunaria. Hic loquitur de cœli compoſitione abſolute, & ſic non mouetur quæſtio fruſtra. *Poſitio Auic. & Simplicij.* Debes ſcire quòd Simplic. & Auic. de cœli compoſitione pariter ſentiunt, volunt enim cœlum ipſum eſſe animatum anima extēſa per totum. Verum Auic.in cœlo fingit tres formas.Primam quidem per quam corpus cœleſte eſt mobile in actu. & hæc non eſt anima. Secundam vero animam,quæ mouet cœlum effectiue. Tertiam formam ſeparatam quæ mouet cœlum vt finis. Simplicius vero cœli formam dicit eſſe vnam per quam cœlum eſt compoſitum viuum,& animal.2.ambo cœlum animal eſſe dicunt ob ſenſum. Auic. quidem ob ſenſum interiorem, quam græci phantaſiam vocant, & hoc pro tanto, quia cognoſcit ſingulare,vt particulares ſitus,& motus. Simplicius vero vltra phantaſiam, addit illi ſenſus exteros tres nempe tactum, quo cœli ipſi ſeſe tangunt, viſum, quo & ſe & nos vident. Auditum quo muſicam cœleſtem, & preces, & voces hominum audiunt.excludit guſtum & olfatum,quia iſti ſunt maxime ob nutrimentum, quo cœli non egent. Mouetur autem Simplicius per hoc, quia ſenſus perfectiui non debēt denegari animali perfectiſsimo, quale eſt cœlū hæc Simplici. Auerro.itaque refellit poſitionem Auic, *De ſenſibus cœlorum.* & Simplicij quo ad cœli animationem. De ſenſibus vero nihil hic ait,ſed in ſecundo cœli.cōm.37.Et propterea loquamur nos aliquantulum de hoc, quia diligentius in ſecundo cœli. *Poſitio Platonicorum. Simplicij & Auic.* Platonici itaque, quos ſectatur Simplicius,opinantur cœlum habere ſenſus tres exteriores, & de interioribus etiam phantaſticam ſiue imaginariam, vt Auic. explicat. Quod quidem cœlum habeat ſenſum,perſuadet.Primo quia cœlum eſt animal,& omne animal eſt animal propter ſenſum, Secundo quia quicquid eſt de perfectione animalis ſublunaris,eſt de perfectione animalis diuini, ſed habere ſenſus eſt de perfectione animalis ſublunaris, igitur eſt etiam de perfectione cœli. Tertio vt Auicen. arguit cœlum cognoſcit motum, & ſitus per quos meat, & nō per intellectum,igitur per ſenſum.Tertio cœli gubernant hæc ſublunaria,quia nobiliora corpora ſemper præ ſunt ignobilioribus,igitur hæc cognoſcunt, & non per intellectum quia ille eſt vniuerſalium,& nimis tranſcendens, igitur per ſenſum.Sic igitur cœli habent ſenſus. De exterioribus quidem tactum, viſum, & auditum.tactum quidem,quia cum cœli ſeſe tangant, diſſonum videtur, vt non tactum ſuum percipiatur, & vnum alterum non ſentiat. Infœlix enim eſſet animal tam beatum, tangere aliud etiam beatum, & illud non percipere. auditum vero & viſum, quia ſenſus.hi ſunt perfectionis non neceſsitatis, etiam vt per auditum preces mortalium audiant,muſicam cœlicam auſcultent. Excludendi ſunt guſtus & olfactus cum ſint ſenſus nutrimenti, quo cœli non egent. De interioribus vero phantaſiam habēt, vt particulares res,ſitus,motus,gubernationes ꝑcipiant, & perceptas ſeruent. excludendi ſunt ſenſus communis, dianoea ſiue cogitatiua, & memoratiua communis quidem ſenſus quia per hunc non oportet diſcernere inter ſenſilia exteriora. Dianoea vero, quia cœlum non diſcurrit. memoria etiam, quia illa eſt adminicula dianoeæ, Hæc platonici Simplicius & Auic. Obiicit huic poſitioni Auerro.quia ſi cœlum *Obiectiones.* haberet ſenſus exteriores, tunc haberet inſtrumenta. quæ græce organa dicuntur, vt oculos, aures, & id genus. Declaratur, quia ſenſus eſt virtus particularis. omnis autem virtus particularis eſt organica, ſiue inſtrumentaria.In hoc enim Ariſt. ponit differentiam inter ſenſum & intellectum, quia intellectus nullius particulæ actus eſt, nec aliqua corporis particula vtitur. At ſenſus & eſt actus particulæ & particula vtitur. Secundo, ſi cœlo tribuuntur ſenſus,eſſent ei dati ob ſalutem, quia dantur ob melius. Et ſi ob ſalutem, cœlo poſſunt accidere caſus, quia fruſtra dantur alicui ob ſalutem, ſi non poteſt accidere illi calamitas,& ſic cœlo poteſt accidere fractura cœli, & id genus. Tertio, vt arguit Ariſtote.in de plantis libro ſenſus coæuus eſt vitæ, & facit diſcretionem inter mortem & vitam. Sed cœlum habet regimen nobilius quam per vitam & mortem. igitur non habet ſenſum. Quarto,arguit Thomas.cœlo ex ſenſibus nihil melius euenit.igitur fruſtra illi tribuūtur antecedens apparet quia ad curam ſublunarium non ſunt neceſſarij, quia ſufficit cognitio vniuerſalis quæ eſſe poteſt per eſſentiam illorum, quatenus cauſæ ſunt illorum. Ad motum non eſt cognitio ſituum neceſſaria, quia ſufficit vniuerſalis cognitio per intellectum,qui eſt cauſa motus ad perfectione cœli non ſunt neceſſarij ſenſus,quia quicquid cœlum per ſenſus cognoſceret per intellectum perfectius deprehenderet. Accedit ad hoc quia non videtur fas vt,tam iuſta animalia,hæc terrena patiantur,quia ſæpe malis triſtarentur, bonis congauderent. Quinto, Ariſto.3.de anima contra Platonem inquit nullum ingenitum corpus animatum ſenſum habere, quia ſi ſenſum habet vel eſt mixtum, vel ſimplex. non mixtum, quia nullum mixtum eſt ingenitum, nec ſimplex, quia nullum ſimplex poteſt habere tactum, qui eſt ſenſus mixture. vt exponunt Auer. & Them.illic.cōm.62. Sexto,tactus eſt mediocritas calidorum, frigidorum,humidorum,& ſiccorum,ſed hæc mediocritas eſt obſcæna cœlo, quia eſt ſimplex, igitur non habet tactum, & per conſequens nullum alium ſenſum. *Poſitio Auer.* Auerro.itaque propter hæc & alia cœlo de virtutibus animæ tribuit intellectum & voluntatem, & per has ait cœlum viuere & eſſe animal. Excludit vero ſenſus propter has rationes. *Poſitio propria & conciliatio inter Platonem & Ariſto.* Sed quia Simplicius non minus eſt peripateticus quam platonicus, & dicit,

& dicit poſitionem ſuam eſſe peripateticam. & de mente Ariſto. qui in textu ſecundi libri de cœlo. appellat cœlos zodia hoc eſt animalia cœlica,& animal, non eſt aĩal,niſi ob ſenſum. Concordo Ariſt. cum platone per diſtinctionem, quoniam ſenſus poſſunt ſumi vt conſequuntur organicam mixturam,& hoc pacto dantur aĩalibus ſublunaribus,& vt conſequuntur perfectionẽ animalem abſolute, & ſic ſunt in cœlo. Eſt.n. cœlum animal & ſimplex, & alterius rationis ab aĩalibus his. ideo meruit ſenſus perfectionis vt ſunt tactus, viſus,& auditus,& phantaſia,& non ſenſus mixtionis, vt guſtus & olfactus,& quia eſt animal alterius rationis, ideo ſenſus perfectionis,quos meruit, ſunt alterius perfectionis,non quidem perfectionem conſequentes mixture,ſed animalem ſimplicem. Ex iis ſequitur ꝙ ſenſus aĩalium ſublunarium ſunt particulares. Tunc ꝓpter organa, Tum propter particulares cognitiones, quas habent rerum. Et hoc quia mixturam conſequuntur organicam,ſenſus vero cœli ſunt particulares propter particulares rerum cognitiones,& nõ propter organa,quia non mixturas conſequuntur organicas,ſed perfectionem animalẽ, quæ eſt per totum cœlum. Et ideo organum illorum eſt totum cœlum, ſicut totum cœlum eſt, & totum perfectum. Organum ſenſuum animalium ſublunarium, non eſt totum animal,quia non eſt totum ęquali & eadẽ mixtura mixtum. Ariſt. igitur dum excluſit ſenſus à cœlo,eos excluſit,qui conſequuntur perfectionem mixturæ, quiq; particulares ſunt & particularitate organi & particularitate cognitionis. Senſus perfectionis, qui ſunt particulares particularitate cognitionis à cœlo non remouet,imo illos ei tribuit quatenus cœlos vbiq; aĩalia facit. Et ſic Plato vbiq; loquitur,quare Ariſt. nihil aliud ſentit quam Plato præceptor, quicquid velit Auer. qui forte idem ſentit licet non explicauerit. Tunc ad obiectiones contra Simplicium. Ad primam patet ſol. ſenſus enim cœlici totum cœlum habent vt inſtrumentum, & ſunt particulares particularitate cognitionis. Et in hoc differunt ab intellectu, qui eſt vniuerſalis & abiunctus ab organo partiali & totali. Ad ſecundam etiam patet ſol. iſti enim ſenſus non mixturæ ſunt, ſed perfectionis animalis.& ſic non dantur propter ſalutem aut ꝓpter neceſsitatem, ſed propter animalem quam habent perfectionem. Per idem ad tertiam Ariſto. ſenſus enim mixturæ diſcernit viuum à mortuo, & hunc cœlum non habet. Ad quartam patet ſol. iſti.n. ſunt neceſſarij ob perfectionem animalem, & ob curam, quia cognitio vniuerſalis non ſufficit ad curam rerum particularium, quali modo cœli gubernant ſublunaria. curant enim cœli nos & vniuerſaliter & particulariter, & propterea egent ſenſu & intellectu. etiam propter alias cauſas vt diximus. Ad quintam & ſextam patet ſol. remouit enim Ariſto. tactum à cœlo, & à corpore ſimplici, quatenus ille eſt ſenſus mixturæ. Quatenus vero eſt ſenſus perfectionis & alterius conditionis eum illi tribuit. Hæc ſuperioribus diebus publice diſputauimus. Neapoli in honorem generalis Prioratus Reuerentiſsimi Egidij Philocali Biterbienſis olim diſcipuli, nunc in his ſtudiis collegæ. nam ipſe platonicam ſectam libenter amplexatur. Sed circa hæc non parua emergeret dubitatio. ſi cœlum viſum, & auditum & tactum habet, vtrum viſio, auditio, & tactio extramittendo fiat, vel recipiendo atque intus ſuſcipiendo. Hæc.n. noſter Egidius non parui facit. Sed quicquid ſit, Platonicum eſt ſenſationes fieri extramittendo. Peripateticum vero vt fiant intus ſuſcipiendo. Quæ poſitiones pariter bonis perſuaſionibus defendi poſſunt. Nunc vero ſit dictum in tantũ, quia in lib. de anima diligentius. Vlterius ex verbis Auer. hic colligitur in animali ſublunari eſſe aliam formam præter animam. quia quærit vtrum corpus cœleſte circunſcripta intelligentia componatur ex materia & anima veluti animalia ſublunaria, quæ circunſcripta eorum anima componuntur ex materia & forma. igitur animal habet plures formas, alteram per quam eſt animal.& è qua mouetur. Alteram vero per quam è mobile actu & corpus actu. Et Ioannes hoc exponit dupliciter primo de formis officialibus, quia mẽbra officialia vt cor iecur,& lien,& cætera habent ꝓprias formas, per quas ſunt talia, vt cor habet ſuam formam, per quam eſt cor, & iecur ſuam, & cætera ſimiliter. quæ quidem formæ differunt ſpecie partialiter,non autem totaliter. partialiter quidem ſpecie differunt,pro quanto mẽbra diuerſis diſpoſitionibus accidentarijs afficiuntur. Totaliter vero non,quia omnes reducuntur ad vnam formam totius, cuius ſunt adminiculatrices, vt dicebatur de orbibus in lib.2. Quod ſi ita eſt,tunc animal habet animam,per quam eſt animal,& è qua mouetur,& formas membrales ex quibus conficitur vnum aggregatum, quod erit actu mobile, & ita patet dictum Auer. iuxta hanc expoſitionem. Sed hæc expoſitio partim falſa,partim ambigua videtur. falſa quidem, quia conceſsis his partialibus formis non videtur aggregatum ex illis membris confici vnum mobile actu quia vnum mobile actu eſt ab vna forma actu,& non à pluribus formis actu. igitur adhuc eſt quæſtio de vnitate mobilis actu in animali. Secundo eſt ambigua quantum ad formas ipſas partiales,quia Auer. 12. meta. cõm. 2. videtur illas concedere, & 6. phyſi. cõm. 59. ſimiliter. At alibi videtur illas negare. vt. 7. meta. cõm. 35.& 39.& 43.& 76. Ibi .n. cum Ariſt. ſentire videtur ꝙ partibus diuiſis à toto, vt oculo abſciſſo, non dicantur partes niſi æquiuoce, quod non eſſet, ſi haberent proprias formas vltra illam totius. Præterea, Primo de anima. cõm. 90. ait animam eſſe cauſam complexionis,& formam vnam in toto animali. igitur non ſunt aliæ formæ præter animam. Præterea, Ibidem. cõm. 58. Auer. putat impoſsibile eſſe corpus habere plures formas membrales. igitur vt prius.& ibidem cõm. 89. 91. Pro hac parte facit ratio quia cor generat cætera membra, igitur eſt eiuſdem ſpeciei cum cæteris. tenet conſequentia,quia generatio omnis eſt ab vniuoco, & antecedens eſt Ariſto. in libro de morte & vita. Ex iis videtur ambigua hæc expoſitio. Sed hæc poſitio defendi poteſt. Primo,quia non eſt falſa. nam licet ex multis actu non fiat vnum ſimpliciter, conficitur tamen vnum ordine,quæ vnitas ſufficit ad hoc vt mobile ſit actu vnum, omnia.n. membra reducuntur ad cor, ſicut omnes orbes ad primum mobile, & vt primus motor primo & per ſe mouet primum mobile, cætera vero quaſi ſecundario, ſic anima primo mouet primum membrorum, cætera ſecundario. Vlterius ad rationes, quę probant illam eſſe ambiguam, teneri poteſt ꝙ dentur iſtę fomæ. Ad primam Auer. 7. meta. cõm. 39. Innuit ſolutionem, quia pars ſeparata à toto remanet æquiuoce

Dubitatio de formis partialibus. q̃ Ioan.

Qualis expõ.

Defenſio.

talis

talis æquiuocatione ſumpta ab actu. Secundo & officio ob quod fuit, non autem æquiuocatione ſumpta ab actu primo, quia illa retinet eãdem formam quam in toto habuit per multum temporis. Ad omnia illa libri de anima debes ſcire vt narrat Auer. primo de anima, cõm.54. ꝙ nonnulli veterum crediderunt animã eſſe harmoniam Et contra ſequitur in toto animali eſſe plures animas ſicut plures harmonias membrorum, & hoc pacto ſonant quæ dixit ibidem. cõm.58. ſecundum tamen veritatem eſt vna anima, & plures formæ. Ad rationem dici poteſt falſum eſſe ꝙ cor generet per ſe alia membra. ſed ſi generat, hoc eſt virtute primi agẽtis vniuoce. Auctoritas vero Auer. 6. phy. & 12. metaphyſi. ad oppoſitum. & pro Ioanne poſſet intelligi de differentia accidentaria. ipſa.n. membra differunt complexionibus, & ſic non habentur illæ formæ. Hæc de prima expoſitione. Aliter exponi poteſt de forma mixtionis. animal.n. diuiditur in animam, quæ eſt motor in actu, & corpus mixtum quod eſt mobile actu, eſt.n. anima actus corporis mixti, quod mixtum eſt ex quatuor elementis, quæ non actu ſimpliciter ſunt in illo, nec potentia ſimpliciter, ſed quodam modo in media diſpoſitione. Sed ambiges vt prius, quia tale mixtum non eſt vnum. omne.n. vnum eſt tale ab vna forma, ſed hic ſunt quatuor elementariæ formæ, igitur expoſitio falſa. Propter hanc rationem cucullati fingunt formam mixtionis ſubſtantialem quæ non eſt anima, nec elemẽtaria forma, ſed quædam forma ſubſtantialis, per quam mixtum eſt actuale, quæq; continet virtualiter omnes elementarias formas. Et per hãc ſaluatur vnitas mobilis. Sed quia hæc forma non eſt peripatetica, nec ipſi ſunt peripatetici, ideo mittantur hæc ad tempus. Rectius & peripateticæ dico ꝙ mixtum illud eſt vnum ab vnitate formæ elementariæ prædominantis. in omni.n. mixtura prædominatur altera illarum, & ratione illius mixtum eſt vnum mobile actu & reſiſtens motori. vt.2. de generatione tangit Auer. & primo cœli. & 10. metaphy. & ſic bene dicit Ioãnes. De iſta quæſtione ergo raptim ſcripſi quia alibi diffuſe diſputaui, redeamus ad textum.

Secunda Ioán. expoſitio. *Dubitatio.* *Poſitio Scoti.* *Qualis poſitio Scoti, propria expoſitio.*

Dicamus ergo quòd ſi fuerit conceſſum quòd omnis virtus in materia eſt finita, nulla differentia eſt in hoc quòd ſit actiua & paſſiua ſcilicet receptiua. Si igitur corpus cœleſte recipit mouere infinitum. vt declaratum eſt, neceſſe eſt vt non ſit compoſitum ex materia & forma, & vt ſit ſimplex ſcilicet ſubiectum ſimplex primo motori, qui eſt forma ipſius, omne.n. compoſitum ex materia & forma eſt finitæ receptionis, ſicut finitæ motionis in aliud. Eſt igitur proprium iſti moto ex ſe quod eſt corpus cœleſte, hoc videlicet quòd motor ipſius nõ eſt in materia, & quòd illud quod mouetur ab eo, eſt ſimplex non compoſitum & ſic intendimus verificare propoſitionem, in qua poſuimus quòd mouere cuiuſlibet virtutis in corpore eſt finitum, & moueri etiam ipſius eſt finitum.

Cõm.5. Soluit quæſtionem, & declarat intentum, Videlicet ꝙ cœlum circunſcripto motore non eſt compoſitũ ex materia & forma, & vtitur ſimilibus propoſitionibus, quibus Ariſt. in lib.8. probauit impartibilitatem & ſimplicitatem primi motoris. Quarum prima eſt, omnis virtus in materia eſt finita, quæ eſt indifferenter vera tam de actiua motus quam de receptiua motus. corpus cœleſte non eſt virtus receptiua finita, igitur non eſt virtus in materia, imo eſt ſubiectum ſimplex, quod ſubiicitur motui æterno vt materia, & motori vt ſubiectum. Maior probaẽ per hoc, quia omne cõpoſitum ex materia & forma vniuoce dictis eſt finitæ receptionis, veluti eſt finitæ actionis. Et ꝓpterea ſequitur eſſe cœlo proprium vt eius motor non ſit in materia, & ꝙ eius mobile etiam ſit ſimplex, qua ratione verificatur illa propoſitio, videlicet, omnis virtus in materia eſt finita, quia tam de actiua motus quã de receptiua motus. Hæc Auer. Debes ſcire ꝙ motus cœli æternus eſt actio, & eſt paſsio. vt.n. eſt à motore eſt actio, vt vero eſt in mobili eſt paſsio. igitur vt eſt actio æterna concludit motorem æternum & ſimplicem. vt vero paſsio æterna, arguit ſubiectum æternũ & ſimplex. Sed occurres dicens rationem Auer. concludere corpus cœleſtæ non eſſe compoſitum ex materia & forma vniuocis. Cũ quo tamen ſtat ipſum cõponi ex materia & forma æquiuocis, etiam circũſcripta ipſa intelligentia, vt Tho. opinatur. nam hoc pacto poteſt eſſe compoſitum & æternum, nec eſt verũ omnem virtutem in materia eſſe finitam in agendo & patiendo, niſi ſit in materia vnius rationis. Nam poteſt virtus eſſe in materia, & æterna, modo ſit in materia æquiuoce & alterius rationis. Dici poteſt eſſe probatum nullam virtutem poſſe eſſe in materia æquiuoce dicta, niſi ſit intellectus. Et hoc ſupponit Auer. & propterea ſi virtus illa eſſet in materia, & non eſſet extenſa per materiã, iam eſſet intellectus. ſi vero extenſa. tunc eſſet recepta in illa mediantibus dimenſionibus, & ſic eſſet forma vnius rationis cum materialibus & materialibus & ſimiliter. Hæc ſunt de mente Auer.

Dubitatio. *Solutio.*

Et ſi conceſſerimus quòd in corpore cœleſti eſt virtus finita alia à virtute motiua, quæ non eſt in eo, nec conſtituitur per ipſum. V.g. virtus per quam cœlũ dicitur habere motum circularem, ſicut grauia & leuia per formam declinationis motum rectum, qua, videlicet dicat eſſe neq; graue neq; leue, ita quòd iſta virtus ſit in materia, & quod aggregaẽ ex materia & ipſa ſit corpus cœleſte, ſicut dicit Auic. contingit neceſſario vt in æterno ſit poſſe ad corruptionẽ abſq; eo quod corrumpatur quod deſtruitur in vltimo tractatu primi de cœlo & mundo.

Cõm.6. Hactenus ꝙ corpus cœlcſte ſit ſimplex, nunc excludit errorem Auic. qui præter motorem ſeparatum cœleſti corpori præbuit virtutem, coniunctam, per quã cœlum circulariter fertur, veluti grauia per formam declinationis. ideſt grauitate feruntur recto motu, & leuia ſimiliter per leuitatem, per quam etiam cœlum ipſum ſit neq; graue neq; leue. Imaginando ꝙ iſta virtus ſit in materia, & ꝙ aggregatum ex ipſa & ſua materia ſit cœleſte corpus. Contra obiicit Auer. inferens in æterno eſſe poſſe ad corruptionem, & nunquã corrumpi, quod eſt deſtructũ primo de cœlo, conſequentia tenet, quia aggregatũ ex illa forma & propria materia poteſt corrumpi vt fuit totiens deductũ, & nunquam corrumpetur, quia mouetur motu æterno, igitur aliquod corruptibile nunquam corrumpetur.

Eſſe igitur neceſſarium non eſt niſi duobus modis: neceſſarium ſcilicet ex ſe, & neceſſarium ab alio, quod tamen eſt poſsibile ex ſe, ſic vt poteſt aliquis exiſtimare in corpore cœleſti, quòd ipſum, ſcilicet habeat virtutem finitam & acquirat neceſsitatem à virtute infinita, & ſuper hoc fundauit Auic. ſuam declarationem de eſſe primi principij ſine de-

claratione

claratione eius quod eſt motum æternum eſſe, & eſt declaratio fundata ſuper propoſitiones inſtabiles, ſicut tu vides.

Cõm.7. Secũdo excludit alium errorem Auic. Auic.n.ꝓbauit primum principium eſſe per hoc ꝙ aliquid eſt poſſibile ex ſe, & æternum, & cum non ſit æternum à ſe, erit æternum ab aliquo, quod ſui natura eſt æternum, & ita eſt primum principium æternum. primo Auer. ſumẽs diſtinctionem Auic. ait {eſſe igitur neceſſarium non eſt niſi duobus modis}, Videlicet, neceſſarium à ſeipſo formaliter & effectiue, vt eſt deus qui ſeipſo eſt neceſſarius, & à nullo eſt talis, & neceſſarium ab alio, quod tamen eſt ex ſe poſſibile, vt motus cœli, qui eſt poſſibilis non eſſe, & æternus ab intelligentia. tunc Auic. applicauit diſtinctionem ad cœlum, putando cœlum habere virtutem finitam, & eſſe poſſibile ex ſe, acquirere tamen neceſſitatem à virtute infinita, & per ſe æterna, puta à motore ſeparato, & tunc addit viam per quam Auic. probauit primum principium eſſe, & inquit ſuper hoc fundauit ſuam declarationem de eſſe primi principij ipſe Auic. & non proceſſit per viam motus æterni, vt proceſſit Ariſt. probauit.n. primum principium eſſe hoc pacto, aliquid eſt æternum quod eſt à ſe poſſibile non eſſe, igitur oportet eſſe quoddam per ſe æternum, quod illud efficiat æternum & hoc eſt primum principium. Obiicit autem Auer. aſſerens hanc demõſtrationem fundari ſuper propoſitiones inſtabiles vt clare vides. Et ſic patent duo
Excuſatio. Auic errata. vt Auer. demõſtrauit. Hic poſſet diſputari, ſi corruptibile per ſe poteſt ab alio perpetuari. Sed quia hæc quæſtio eſt diſputata primo libro huius, nunc de ipſa hactenus. Præterea. Eſſet diſputandum ſi ſubſtantias abſtractas eſſe ſit alia via quam per motum æternum demõſtrabile, quæ res (quia acutiſſime eſt diſputata in lib. deſtructio deſtru. diſputationes. 8. in ſolutione primi dubij.) nunc prætermittatur, ne ſuperfluis pertractationibus librum impleamus. Illud tamen non eſt ſilentio prætereundum, demonſtrationem Auic. qua primum principium eſſe probare credidit, fundari ſuper propoſitiones inſtabiles, nullam habentes firmitatem, fundatur enim in hoc ꝙ aliquid eſt corruptibile ab alio æternum quod eſt inſtabile & impoſſibile vt declaratum eſt in libro cœli. Propterea reſtat via alia, quam diſputabimus in libro deſtructio deſtructionum. Hæc nunc ſatis.

Sed eſt quæſtio de hoc, quia Ariſt. dicit in lib. de cœlo & mundo, quòd virtutes, ſcilicet corporum cœleſtium ſunt finitæ actionis, quia corpora cœleſtia ſunt finitæ quantitatis, & ex hac propoſitione declarauit quòd corpora cœleſtia ſunt finitæ quantitatis, & dedit cauſam in hoc, quia corporum cœleſtium quædam mouent vnam ſtellam, & quædam plures. Et dixit quòd ſi ſtelle quæ ſunt in orbe ſtellarum fixarum eſſent minores aut maiores, non poſſet mouere eas omnino, & declarauit ille vniuerſaliter quòd ſi virtutes quæ ſunt in corporibus cœleſtibus eſſent in calefaciendo & mouendo vniuerſaliter infinitæ, mouerent corpora quæ ſunt apud nos in inſtanti, & hoc facit exiſtimare quòd in corporibus cœleſtibus ſunt virtutes actiuæ finitæ.

Cõm.8. Mouet quæſtionem circa determinata. determinatum eſt enim cœlum eſſe æternum & tempore infinitum. Propterea obiicit contra per Ariſto. lib. de cœlo & mundo, qui dixit virtutes corporum cœleſtium, quibus cœli ſunt & mouentur eſſe actione finitas, eo quia cœli ipſi ſunt dimenſione finiti, & quia virtutes cœlorum ſunt finite, ex hac propoſitione declarauit etiam cœlos ipſos eſſe dimenſione, & quantitate finitos. Hæc enim conuertuntur, videlicet, cœli ſunt quantitate finiti, igitur virtutes cœlorum, & contra, virtutes cœlorum ſunt finitæ, igitur & cœli. Et ꝙ virtutes cœlorum ſint finitæ probauit. Tum quia nonnulla corpora cœleſtia deferunt vnam ſtellam vt orbes planetarum, nonnulla plures, vt orbis ſtelliferus. Quod eſt pro tanto, quia virtutes cœlicæ ſunt finitæ atq; limitatæ. Tum quia dixit, ſi cœlo ſtellifero adderetur ſtella vltra eas quas habet, aut non moueretur, aut tardius moueretur, vt declarat Auer. 2. cœli cõm. 71. quia virtus motiua cœli habet ad corpus cœleſte quod mouetur, limitatam proportionem & virtutem finitam. Tũ vel maxime, quia dixit illic, & in lib. metheo. ꝙ ſi virtutes cœlicę eſſent in mouendo & calefaciendo penitus infinitæ mouerent hæc ſublunaria ſubito atq; in inſtanti, quæ omnia pro tanto ſunt vera, pro quanto virtutes cœlorum ſunt finitæ, & ita tempore limitatæ, & per conſequens non æternæ. & ſic patet quæſtio. Debes ſcire ꝙ Ariſto. primo cœli à textu quem exponit Auer. cõm. 33. vſq; ad textum, quem exponit. cõm. 76. declarat cœlum eſſe finitum quantitate per hoc quia mouetur tempore. 24. horarum, ſimiliter etiam declarauit ibidem motum eſſe finitum, quia cœlũ eſt quantitate finitum. Verum prima demõſtratio eſt ſigni. Secunda vero eſt demonſtratio cauſæ. Amplius. 2. cœli Ariſt. declarauit virtutes cœlorum, quibus cœli ſunt & mouentur, eſſe finitas, quia mouent certis velocitatibus. vt patet per Auerro. etiam in cõm. 38. 39. & 63. 71. Et ſic apparet vis quæſtionis.

Ad hoc dicamus breuiter quòd infinitum dicitur duobus modis, quorum vnus eſt virtus infinitæ actionis, & paſſionis in tempore: & eſt finita in ſe, ſcilicet in velocitate & vigore. ſecundus eſt virtus infinitæ actionis, & paſſionis in ſe.

Soluit quæſtionem, & primo præmittit diſtinctio- Cõm.9.
nem, ex qua patebit ſolutio. Diſtinctio eſt ꝙ infinitum Duplex infinitum.
bifariam dicitur, in duratione ſiue tempore, & extenſiue ſiue agendo ſiue patiendo. Et infinitum in vigore agendo vel patiendo. Infinitũ extenſiue eſt quod æterno & infinito tempore agit vel patitur. Infinitũ vero in vigore eſt, quod agit vel patitur in infinitum intenſe, & ſine proportione ſimpliciter ad quodlibet, quod agit vel patitur. Hanc deſtinctionem Auerro. poſuit pluribus locis, & nos in codicillo de infinitate primi edimus.

Virtus autem infinita in actione ſua aut paſſione non exiſtit in corpore: ſiue fuerit cœleſtæ: ſiue generabile & corruptibile, hæc enim non accidit corpori niſi ſecundum quòd eſt corpus infinitum. Et ideo orbes mouent & mouentur in tempore, virtutes vero in actione & paſſione infinitas in tempore neceſſarium eſt eſſe in corporibus cœleſtibus. paſſione quidem, quia ſunt ſimpliciter ſimplicia. actione vero, quia ſuæ formę non conſtituuntur per ſubiectum: et vtrunq; eſt impoſſibile in corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia ſunt compoſita ex materia & forma.

Declarat nunc diſtinctionem, & vult infinitum in Cõm.10.
vigore nullo pacto eſſe in aliquo corpore, quia nec in cœleſti, nec ſublunari. Cauſa autem eſt, quia hæc

infinitudo

infinitudo vigoris non competit, niſi corpori infinito, quod non datur. vt patet tertio phyſico. Quod quidem hęc infinitudo non competat corpori ſublunari nemo eſt qui dubitat. quòd vero non competat corpori cœlico. patet, quia orbes certis & ſtatutis velocitatibus feruntur, ſic igitur infinitudo vigoris nullo pacto corpori competit. infinitudo vero in duratione cœlico quidem corpori competit. ſublunari vero minime. Hoc declarat per hoc, quia orbes ſunt corpora ſimplicia, quia enim ſunt ſimplicia, ſunt in patiendo infinita, quia vero eorum formæ non conſtituuntur per ſubiecta, ſunt in agendo æterna, demum addit differentiam inter corpora ſublunaria & cœleſtia, & ait. corporibus ſublunaribus nullam competere infinitudinem, nec vigoris, nec temporis, eo quia compoſita ſunt & corruptibilia. corporibus vero cœlicis, licet non competat infinitudo vigoris, bene tamen competit infinitudo temporis, ſunt enim æterna, quia abſoluta ab omni materia.

Excuſatio. Et ſic patet diſtinctio. Vtrum vero infinitudo vigoris poſsit eſſe ſeparata, bona eſt dubitatio. ab Auerroe enim non habemus niſi hanc infinitudinem non eſſe in corpore Sed an ſit extra corpus, non habemus ab eo, licet Ariſto. 3. phyſicorum probauit illam nec eſſe in corpore, nec extra corpus. Sed de hac re quære codicillum noſtrum de infinitate primi motoris. Ibi enim omne dubium eſt diſputatum.

Infinitum igitur eſſe in vigore, cuius cauſa eſt corpus ſecundum quod corpus, impoſſibile eſt in corporibus ſiue cœleſtibus ſiue alijs. infinitum vero in tempore neceſſe eſt eſſe in corporibus cœleſtibus ex diuerſitate motoris & moti in eis à corporibus generalibus & corruptibilibus. & eſt impoſſibile in corporibus generabilibus & corruptibilibus, quia virtutes eorum motiuæ ſunt materiales, & corpora eorum quæ mouentur ab eis, ſunt compoſita ex materia & forma.

Commen. 11. Nunc ſoluit reſpondens ad formam quæſtionis & vult quod virtutes cœlicæ ſunt infinitæ in tempore, & finitæ in vigore, & ſic intelligit Ariſto. quum appellat eas finitas, nam voluit illas eſſe finitas nõniſi quantum ad vigorem, non autem quantum ad tempus. Et hoc inquit, infinitum igitur eſſe in vigore, cuius cauſa eſt corpus ſecundum ꝙ corpus, ideſt cuius cauſa eſt corpus infinitum, non corpus tale & finitum, impoſsibile eſt corporibus ſiue cœleſtibus ſiue aliis, & ſic motores cœli ſunt vigore finiti. Infinitum vero in tempore & duratione, quod idẽ eſt quod æternum, neceſſe eſt eſſe in corporibus cœleſtibus, & ſic virtutes cęlicæ ſunt infinitæ ſaltem tempore, quod probat per hoc, quia corpora cœleſtia differunt à corporibus generabilibus tam ex parte motoris, quam ex parte moti. Motores quidem, quia ille eſt forma non conſtituta per ſubiectum. At motor corporis generabilis eſt conſtitutus per ſubiectum. Moti vero, quia mobile cœleſte eſt ſimplex, mobile corporis generabilis eſt mixtum, & ſic patet corporibus ſublunaribus nullam competere infinitudinem, nec vigoris, nec tẽporis, quia & motores illorum ſunt materiales, & corpora eorum mixta, atque compoſita ex materia & forma. Ad verba igitur Ariſto. concedo illa, quia nihil aliud volunt, niſi ꝙ motores cœlici ſunt finiti vigore, non autem finiti tempore. Hæc Ariſto.

Corpora igitur cœleſtia & generabilia & corruptibilia conueniunt in hoc quòd actio & paſſio in eis exiſtentes ſunt finitæ in ſe, & per hoc mouentur in tempore, & quędam ſunt velociora quibuſdam & cum virtutes eorũ motiuæ non ſunt materiales, ideo recipiunt ex modo illo receptione infinita in tempore, non receptione finita. quia vero virtutes generabilium & corruptibilium ſunt materiales. ideo nullam infinitatem recipiunt.

Ex iis concludo conuenientiã & differẽtiam inter cœleſtia corpora & generabilia. conuenientia quidem eſt quia virtutes motiuæ amborum ſunt vigore finitæ, & propterea mouentur in tempore, & quædã velocius quædam tardius. Differentia vero, quia virtutes cęlorũ mouent æterna & infinita motione, corpora recipiunt infinita receptione, & hoc pro tanto, quia virtutes illorum ſunt immateriales. Virtutes vero generabilium ſunt ſimpliciter finitæ nullam infinitatem recipientes, nec vigoris, nec temporis, quia ſunt materiales, & conſtitutæ in eſſe per ſubiectum. Animaduerte textum, quia non inuenitur eodem modo in omnibus codicibus, ſed quia ego non vidi ipſum in propria lingua, expoſui meliorem, quem habui, licet non multum referat ad rem. Commen. 12.

Et non ſequitur ex hoc quòd in corpore cœleſti eſt virtus finita in actione & paſſione, vt in eo ſit virtus finita in tempore: neque ſequitur ex hoc quòd ſit virtus finite actionis, & paſſionis, vt ſit corpus poſſibile vt corrumpatur, aut vt ſit compoſitum ex materia & forma, poſſibilitas enim nõ debet eſſe niſi ex hoc quòd virtus finita in tempore ſit, & ſit compoſitum.

Circa ſolutionem dictę quæſtionis remouet duos cauillos. primus eſt quia quis poſſet obiicere virtutes cœli eſt finitas in actione & paſsione, generatim in vigore, igitur cœlum eſt finitum in tempore. Breuiter vult conſequentiam non valere, quia ſtat oppoſitum conſequentis cum antecedẽte. ſtat enim cœlum eſſe tempore infinitum, & actione & paſsione, atq; vigore finitum. cœlum enim eſt tempore infinitum, quia ſua forma non conſtituitur per ſubiectũ, & eius materia eſt ſimplex, actione vero & paſsione finitum quia nulla eſt virtus infinita in vigore, niſi in corpora infinito, quod non datur. Secundus eſt, cœlum eſt actione & paſsione finitum. igitur eſt poſsibile corrumpi, vel eſt compoſitum ex materia & forma. Reſpondent etiam negando conſequentiam, quia ſtat oppoſitum conſequentis cum antecedente. ſtat enim ipſum eſſe impoſsibile corrumpi & ſimplex, & eſſe actione & paſsione finitum. quia nihil eſt infinitum, niſi ſit corpus actu infinitum: quod non datur. Et propterea addit cauſam quare non valet cõſequẽtia, & ait eſſe pro tanto quia poſsibilitas corruptionis non debet eſſe, niſi ex hoc ꝙ virtus ſit finita in tempore, & cœlum ſit compoſitum ex materia & forma. Commen. 13.

Dubitatio. Sed occurres, quia ſi cœlum eſt actione & paſsione, finitum igitur eſſentia. non enim eſt eſſentia in ſempiternis ſine actione & paſsione. vt dicitur nono metaphyſi. commen. 7. Et per conſequens eſt corruptibile.

Solutio. Dici poteſt quòd cœlum eſt actione & paſsione finitum ſecundum intenſionem, non autem

ſecundum extenſionem, immo ſecundum extenſionem cęlum ipſum eſt infinitum & ſempiternum, tam in actione, quam in eſſentia, & ſic tollitur quæſtio.

Et eſt manifeſtum quòd ſi poſuerimus corpus cœleſte componi ex materia & forma: ſequitur in ipſo eſſe virtutem finitę actionis & paſsionis in tempore. Manifeſtum eſt.n. quòd ſi in corpore compoſito ex materia & forma eſſet virtus infinita in tempore, ſequeretur in ipſo eſſe virtutem infinitam in ipſa actione aut paſsione: & eſt impoſſibile id quod Ariſto. intulit ex poſſe virtutum: quibus mouentur corpora cœleſtia in tempore.

Cōm. 24. Declarat ſolutionem dictorum cauillorum, quæ conſiſtit in hac propoſitione hypote. videlicet ſi cœlum componitur ex materia & forma, cœlum eſt finitæ actionis & paſsionis in tempore. Et hanc probat, quia ſi non ſequitur, detur oppoſitum. videlicet quòd ſit infinitæ actionis & paſsionis tunc virtus talis compoſiti erit infinita in vigore. ſiue in actione & paſsione, & ita moueret in non tempore, quod impoſsibile Ariſto. intulit ſecūdo cœli. vt declarat Auerro. ibi. commen. 38. & 39. ex potentia virtutum quibus cœli mouentur. nam ſi virtus vt vnum, mouet velociter vt vnum, & virtus vt duo, velociter vt duo. igitur virtus infinita mouet in infinitum velociter. Sic igitur patet quòd ſi cœlum ſit compoſitum, erit finitæ actionis in tempore, quia ſi infinitæ actionis in tempore, etiam erit infinitæ actionis in vigore. quare recte dictum eſt virtutem infinitam in tempore non poſſe ineſſe corpori compoſito ex materia & forma, nec corpus compoſitum poſſe habere virtutem infinitam in tempore. vt in dicta ſolutione eſt aſſumptum. Debes ſcire quòd textus Auerro. reſoluitur in duo enthimemata. Primum eſt, cœlum eſt compoſitum, igitur cœlum agit vel patitur finito tempore. Secundum eſt, virtus cœli eſt in corpore compoſito, igitur mouet in non tempore. Primum quidem perſpicuum eſt, quia vbi cœlum ſit compoſitum compoſitione ex materia & forma vniuocis, vt dictum eſt, ipſum erit corruptibile: & cum omne corruptibile neceſſario corrumpatur, aliquãdo corrumpetur, & ſic erit finitum tempore. Reſtat igitur quæſtio circa ſecundum. eſt enim maxima dubitatio propter quid ſequitur, virtus æterna ſiue infinita in tempore eſt in corpore compoſito, igitur mouetur in non tpe, & cur non ſequitur ſi ponatur extra corpus, videtur enim idem iudicium, & eadem omnino ratio. Præterea ſecundo phyſico. dictum eſt formam per materiam finiri, vt Auerro. ibidem cōmen. 26. igitur talis virtus ſi ponatur in materia, erit omni ex parte finita & tempore & vigore.

Dubitatio pulchra de virtute in corpore infinita, cur mouet ſubito.

Solutio. Huic dubitationi reſpondet Auerro. 8. phyſico. commen. 79. & breuiter vult illud ſequi, quia ſi virtus eſt ęterna & in corpore: illa erit infinita vigore & tēpore. Extra vero magnitudinē nec eſt finita, nec infinita.

Obiectiones Tho. Obiicit autem huic ſolutioni Thomas primo quia contradixit Ariſto. qui dixit virtutem infinitam mouere mobile finitum tempore infinito. Et loquitur de virtute extra corpus, igitur virtus extra corpus poteſt dici finita vel infinita, cuius contrarium ſentit Auerro ſecundo eo modo formæ competit finitudo vel infinitudo, quo etiam ipſi competit magnitudo, ſed formæ competit magnitudo perfectionis ſecundo de generatione lib. igitur infinitudo vel finitudo: Et ita licet virtus extra corpus non ſit finitas, vel infinitas ratione ſubiecti, eſſe poteſt talis ratione gradus perfectionis formę, tertio circunſcriptis orbibus motor primi mobilis eſt perfectior motore lunę. igitur finitus vel infinitus, & tamen conſideratur abſque magnitudine. Ioannes in lib. 8. phyſico. euadit & dicit ad primum Auerro. fuiſſe locutum de primo motore, qui non mouet niſi vt finis. Talis autem non eſt in magnitudine, nec ſubiectiue, nec attributiue, & propterea nullo pacto eſt finitus vel infinitus. Ad ſecundum dicit Ariſto. accepiſſe potentiam cauſalitate, primus enim motor qui mouet vt finis, eſt infinitæ potentiæ, ideſt cauſalitatis, tamen eſt ſeparatus, & propterea non dicitur finitus vel infinitus potentia. Ad tertium diceret, nullum motorem eſſe maiorem vel minorem alio, circūſcriptis orbibus, ſed bene illis conſideratis. niſi fortæ in aptitudine, quod non repugnat. *Solutio Ioan.*

Sed Ioannes errauit. Primo, quia tunc demonſtratio Ariſto. eſſet particularis ſolum de primo motore, qui mouet vt finis, & ſic non valeret de aliis, quod eſt contra omnes, & ipſum met Ariſto. ſecundo. quia fruſtra Ariſtot. ſuppoſuiſſet mouere perpetuo motu, ſi ſolum moueret vt finis. Tertio ipſe abutitur omnibus verbis Ariſto. quia Ariſto. vbique per mouēs & principium vnde motus intelligit effectricem cauſam. *Confutatio.*

Propter hæc Auerro. intelligit motorem cœli non eſſe finitum vel infinitum finitudine vel infinitudine quæ ſibi competeret ratione ſubiecti & materiæ, vt exponit per totum commentum, ſed de alia infinitudine vel finitudine non negaſſet. Et ſic rationes Thomæ concludunt motores eſſe finitos vel infinitos per attributionem ad mobilia, cum quo ſtat illos non eſſe finitos vel infinitos ratione ſubiecti, hoc eſt quia dependet à ſubiecto, vt virtutes materiales. Sed licet hic ſint bene dicta. Reſtat reſpondere ad formam quæſtionis: propterea animaduerte vt ſorticolæ tradunt. *Solutio Auer.*

Et Ariſto. primo Priorum quòd ex impoſsibili ſimpliciter ſequitur quodlibet, ideſt vtrunque contradictoriorum. Dato enim quòd Socrates ſit homo irrationalis, ſequitur ipſum eſſe riſibilem, & non riſibilem. riſibilem quidem, quia eſt homo, non riſibilem vero quia eſt irrationalis. ſic in propoſito, ſi virtus infinita in tempore, hoc eſt æterna, eſſet in corpore compoſito, illa eſſet infinita in vigore. vt nō infinita, non infinita quidem, propter rationes, quia omnis virtus in materia finitur per illam, infinita ve ro, quia æterna. Nam ſi eſſet in corpore compoſito eſſet corruptibilis, & ſi corruptibilis. oportet vt tempore æterno reſiſtat corrumpenti, cum ſit æterna, & ſi tempore æterno reſiſtit corrumpenti, creſcet in vigore infinito, quia continuo ſuperat contrarium, & ſic ſequitur illam eſſe infinitam vigore, & ita ſequitur illam mouere in non tempore, & mouere in tempore. In non tempore quidem, quia illatum eſt illam eſſe infinitam vigore. In tempore vero, quia illatum eſt eſſe finitam vigore. Ex iis apparet, quare poteſt eſſe virtus infinita in tempore extra corpus quæ non eſt infinita vigore. Et quare nulla virtus infinita in tempore eſſe poteſt, quæ non ſit vigore etiam infinito. Quæ ignorauerunt Ioannes, & multi Iuniorum.

Et eſt

Et eſt manifeſtum quòd non ſequitur etiã ex hoc quod corpus recipit paßionem finitam in ſe non in tempore, aut recipit actionem finitam in ſe infinitam in tempore, vt ſit compoſitum, ex materia & forma, ſicut ſequeretur hoc quando actio & paſſio eſſet finita in tempore. Primum enim contingit ei ſecundum quod eſt corpus tantum. Secundum autem ſecundum quod eſt corpus compoſitum.

Cõm.15. Reſumit nunc ſolutionem ad principalem quæſtionem, & quaſi reſpondet ad formam, & ait enthimema non valere. cœleſte corpus agit actione finita in ſe, æterna tamen igitur eſt compoſitum ex materia & forma. Vt ſequeretur quando illa actio eſſet tempore finita, & reddit cauſam, quia cœleſte corpus pati actionem finitam in ſe habet à ratione corporis in eo quod corpus omne enim corpus, quatenus corpus, eſt finitæ actionis in ſe. non enim datur corpus infinitum cœleſte vero corpus pati actionem finitam in ſe & in tempore habet à corpore, quatenus compoſitum eſt ex materia & forma. Cœleſte igitur corpus, quatenus corpus, mouetur certa velocitate, quatenus vero ſimplex, mouetur tempore infinito. animal autem ſublunare quatenus corpus, mouetur certa velocitate, quatenus compoſitũ mouetur certo tpe, vt tamdiu q̃ diu exiſtit. & non laborat, & ſic patet ad formam quæſtionis.

Modus ergo deceptionis in hac quæſtione & quod Ariſtot. contradicere ſibi ſuſpicionem peperit, eſt æquiuocatio iſtorum duorum nominum, finitum & infinitum, quoniã cũ non diſtinguuntur finitas & infinitas contingentes in tempore à finitate & infinitate contingentibus in actione & paſſione, contingit iſta ambiguitas, & ex hac finitate, in qua conueniunt corpora cœleſtia & materialia, declarauit Ariſto. vniuerſaliter corpus omne eſſe finitum. non ex finitate quæ accidit corpori ſecundũ quod componitur ex materia & forma, & per hæc abſcinduntur dubitationes contra Ariſtotelem.

Cõm.16. Nunc vult ad quæſtionem ſatisfacere logice aſſignans cauſam erroris eorum, qui Ariſto. contradixerunt. & ait errorem eorum proficiſci ex ignorantia æquiuocationis illorũ nominum finitũ & infinitũ. Nã finitũ & infinitũ pñt accipi in vigore & in tpe, & ita virtutes cęlicę erũt finitæ vigore, tpe vero infinitæ. cauſa autem eſt, quia omne corpus, quatenus corpus eſt virtutis finitæ in vigore. corpus vero quatenus compoſitum eſt finitum tempore & vigore. hæc ad quæſtionem expoſitorum & quo ad materiam, & formam phyſice & logice. Sed videtur quòd non omnes virtutes cœlicæ ſint finitæ, quia primus motor eſt cœlica virtus, immo forma vniuerſi, & ſignanter primi mobilis, & tamen hæc eſt infinita, quod etiam Auerro. 12. metaphyſi. commen. 41. aperte dicit. ait enim primum motum componi ex duobus motoribus, quorum vnus eſt finitæ motionis, vt eſt anima exiſtens in eo, & alter eſt finitæ motionis, ſicut eſt potentia quæ non eſt in materia. ecce quòd vult motorem ſeparatum & primum eſſe virtutem infinitam, & non loquitur de infinitate durationis, quia tam anima, quam primus motor eſt virtus infinita in duratione, ſed loquitur de infinitate & finitate vigoris, igitur de mente Auerro. non omnis virtus cœli eſt finita vigore. Animaduerte quòd de infinitate (Dubiũ de virtutibus cœlicis.) primi facimus acutum codicillum vbi omnia pertractamus, & diligenter. Propterea pro nunc dicerem de mente Auerro. primum motorem, quem ſeparatum appellat, & cæteras cœlorum virtutes eſſe vigore finitas, quia omnes mouent certis & ſtatutis velocitatibus, licet ſecundum veritatem oppoſitum ſentiam, vt in codicillo illo acutiſsime diſputo. (Solutio.)

Tunc ad auctoritatem Auerro. quæ ſemper mihi fecit difficultatem, dicerem quod Auerro. per motum cœli intelligit omnem cœli motum, vt tam diurnum, quam erraticum. hic igitur motus cum ſit geminus, duos habet motores, alterum ſeparatum, vt primum motorem, qui ſeparatus dicitur, quatenus nullius orbis eſt proprius motor, ſed totius vniuerſi. mouet enim vniuerſum motu diurno. Alterum vnicuique orbi proprium, quo vnuſquiſque orbis proprio motu proprio tempore fertur, vt primum mobile ſingulis. 36. mil. annorum. Saturnus vero ſingulis trigenis. Alij aliis temporibus. Primus motor quo vniuerſum fertur motu diurno, dicitur infinitus infinita motione mouens, quatenus ille mouet à ſe, & independenter, & propter ſe. Alij dicuntur finiti quia mouent propter aliud, & ab alio, & dependenter. Omne enim dependenter mouens finitum dicitur, quatenus ſuam motionem finit ab alio. quod vero mouet independenter infinitum videtur, quia motionẽ eius à nullo finit, ſed à ſe habet & propter ſe, & gratia ſui. Ex iis igitur Auerro. verbis non habetur primum motorem eſſe infiniti vigoris, ſed ꝙ ſit à ſe infinitus tempore.. cæteri vero infiniti tempore, ſed ab alio. Ioannes autem Gandauenſis hunc ſenſum ignorans truditur in aniles fabellas. Ego etiam diu hunc locum ignoraui, & dixi multa puerilia, quæ nunc omitto. (Expõ verborũ Aue. pulchra.) (Motor duplex cœli motus.)

Et poteſt aliquis dicere quod cum omne corpus agit per aliquid, & patitur per aliud, neceſſe eſt vt omne corpus ſit compoſitum ex materia & forma.

Cõm.17. Secunda quæſtio de cœlo ipſo ſic componitur, omne quod agit & patitur componitur ex materia & forma. corpus cœleſte agit motum & patitur motum, igitur componitur ex materia & forma. Maior patet, quia actio eſt ratione formæ, vt dicitur. 3. phyſico. commen. 17. paſsio ratione materiæ nono metaphyſi. commen. 2. & primo de generatione. commen. 54. & ſic patet quæſtio.

Et ad hoc dicamus hoc eſſe verum, ſcilicet quod corporum quoddam eſt compoſitum. ita quod forma non conſtituitur per materiam & ita quod materia eſt ſubiectum tantum, & nõ materia, cuius eſſe ſit in potentia, vt corpus cœleſte, & quoddam eſt compoſitum ex materia, quæ eſt in potentia & forma, quæ conſtituitur per materiam, vt corpora generabilia & corruptibilia.

Cõm.18. Reſpondet & diſtinguit de compoſitione, quia alia eſt compoſitio ex materia & forma alterius rationis, vt ex forma ſeparata & independente à materia & ex materia, cuius eſſe nõ eſt in potentia, & quæ eſt ſubiectum tantum. & hac compoſitione cœlum componitur ex motore & mobili, vt totiens dictum eſt. Alia eſt compoſitio eiuſdem rationis vt ex materia exiſtente in potentia & forma dependente à ſubiecto. (Cõpoſitio duplex.)

bieĉto.Et hoc paĉto cõponuntur animalia & res ſublunares. Ad formam igitur, concedo cœlum eſſe compoſitum ex materia & forma alterius rationis, vt per formam agat motum, & per materiam & ſubieĉtum patiatur motum.

Et ex hoc videtur quod corpus dicitur de eis æquiuoce, quia æternum & non æternum non communicant in aliquo omnino apparet etiam ex hoc corpus cæleſte non habere ſubiectum, niſi tantum propter motum localem, corpora autem generabilia & corruptibilia habent materiam propter generationem & corruptionem. datur autem eis forma propter actionem, ſed differenter quia in altero eſt tempore infinita, in altero vero finita propterea illæ ſunt immateriales, iſtæ vero formæ materiales, ſecundum hoc igitur debet intelligi quæſtio, quam ignoraui diu ante longam perſcrutationem.

Commen. 1 9.
Corpus æquiuoce.

Ex iis diĉtis Auerro. infert duas concluſiones. Prima eſt, corpus eſſe æquiuoce diĉtum de cœleſti & corruptibili. hæc declaratur partim ex diĉtis, partim ratione. ex diĉtis quidem, quia cœlica compoſitio eſt alterius rationis à compoſitione horum corporum. igitur & corporeitas quæ reſultat ex compoſitione. rasione vero, quia æterno & corruptibili nihil eſt commune vniuocum. in nullo enim æternum, & corruptibile conueniunt, vt ait. Secunda concluſio eſt, tam cęlum quam generabile corpus habere formam & materiam, ſed non eodem modo, quia tam ex parte materiæ quam ex partæ formæ differunt. Ex parte materiæ quidem quia illa cœli materia non dicitur niſi ſubieĉtum reſpeĉtu motus localis, & dicitur materia ad vbi. materia generabilis corporis dicitur materia ob generationem & corruptionem, vt totiens eſt diĉtum. ex parte formæ vero, quia licet detur ambobus forma propter aĉtionem, forma tamen cœleſtis eſt infinita, tempore, quia non dependet à materia, forma autem corporis generabilis eſt tempore finita, quia dependet à ſubieĉto. Demum laudat ſe, & patet in textu. Hæc Auerro. de mobili ipſius cœli.

Dubitatio.

Sed occurres, quia in cœlo ſunt plura accidentia, vt raritudo & denſitudo & dimenſiones: quæ eſſe non poſſunt ſine ſubieĉto. igitur non tantum propter motum datur cœlo ſubieĉtum.

Solutio prima.

Nonnulli noſtri contemporanei dixerunt potentiam ad motum eſſe paſſiuam. Ad cætera vero accidentia eſſe aĉtiuam. Sed hæc ſolutio friuola eſt, quia cœleſtis materia, quę eſt res mota nullius eſt aĉtiuitatis, nec reſpeĉtu motus, nec aliorum. Sed intelligentia eſt agens tantum: & materia eſt patiens, vt dixit Auer.

Solutio Ioan.

Ioannes ait, quòd licet cœleſtis materia ſit ſubieĉtum cæterorum accidentium, tamen reſpeĉtu nullius aliorum eſt in potentia tranſmutabili, niſi reſpeĉtu motus. Et propterea reſpeĉtu motus dicitur ſub̃m. Sed hæc ſolutio non eſt ad mentem Auer. quia Auer. voluit lib. ſecundo eam cœli partem quæ mouetur ad intelligentiam dici ſubieĉtum quia illam aĉtu & fixe recipit. at motum eſſe materiam, quia ad illum eſt in potentia. Præterea. Lumen eſt continuo aliud & aliud, veluti motus igitur ſaltem reſpeĉtu luminis eſt in potentia.

Solutio ꝓpria.

Videtur igitur mihi Auerroem hic confundiſſe verba, quia per ſubieĉtum & materiam intellexit idem. In lib. ſecundo habuit ſollicitudinem de nominibus, & obſeruauit differentiam inter ſubieĉtum & materiam. vt etiam Themiſtius fecit. Ad propoſitum, igitur Auerro. per ſubieĉtum intellexit materiam, & tunc quod dicit eſt verum, quia illa cœli pars quæ mouetur reſpeĉtu intelligentiæ: & eorũ accidentium quæ aĉtu fixo recipit dr̃ ſubieĉtum. Reſpeĉtu vero motus dicitur materia, quia illum tranſmutabiliter recipit, & ſic reĉte dixit cœlo non competere materiam, niſi propter motum, quod vero dicebatur de lumine, dico quod licet lumen ſit aliud atq; aliud, lux tamen quam conſequitur eſt ſemper eadem, & propterea ad lumen habet etiam rationem ſubieĉti, quia ſaltem ad lucem, quam lumen ipſum conſequitur.

Cum declaratum eſt ab Ariſtot. quòd motus cœli eſt primus motus et fuit etiam dictum quod motus eſt in moto, ſequitur ex hoc vt hoc quod mouetur hoc motu ſit æternum, ſi enim eſſet generabile & corruptibile, tunc motus eius non eſſet primus motus. Et cum conſiderauit res poſſibiles in motu & quiete, fuit neceſſe etiam (propter hoc quod motus eius eſt motus primus ante omnem motum) vt eius motus ſit æternus.

Hactenus de ea cœli parte quæ ſe habet vt materia & quæ mouetur, nunc de motore & motoribus cœlorum pertraĉtat, præmittit tamen duo, vt inde proficiſcatur ad rem. Quorum primum eſt quod id quod mouetur motu cœli ſit æternum. probat, omne quod mouetur motu primo eſt æternum, id quod mouetur motu cœli mouetur motu primo, igitur eſt æternum. Minor eſt per ſe nota, ſed maior probatur, quia ſi non eſſet æternum, non moueretur motu primo, ſi enim eſſet genitũ, generatio eſſet prior illo motu. Secundum eſt ꝙ motus ille ſit æternus, & induit duas rationes. Tum per res poſſibiles moueri & quieſcere. hæ enim ſunt æternæ. igitur oportet vt reducantur ad aliquem vnum motum, qui ſit cauſa cęterorum. Tum quia eſt primus motus, cum enim ſit primus motus, non poteſt eſſe niſi æternus, quia ſi eſſet factus, ante eum eſſet alius motus, vt deduĉtum fuit in oĉtauo libro phyſi. Debes ſcire quòd ſi corpus cęlicum non eſſet æternum, eius motus non eſſet primus, nec perpetuus, quia ſi cœlum eſſet genitũ nõ eſſet genitũ niſi à corpore alio. nihil. n. ſeipſum gñat, ſed ſaluat. vt dicitur ſecundo de Anima, & cum oẽ corpus generans nunc, quod prius non generabat, indigeat aliquo priori extrahente ipſum de potentia ad aĉtum, igitur generans cœlum egebit vno mobili, quod perpetuo motu mouetur motu priori, & ita motus eius non eſſet primus & perpetuus. Secundo debes ſcire ꝙ propter tria omne primum eſt æternum. primo, quia independens. ſecundo quia eſt cauſa cæterorum. tertio quia ad ipſum cætera reducuntur. Motus igitur cœli (quia eſt primus) ideo eſt æternus. eſt enim independens ab alio quouis motu, eſt etiam cauſa cæterorum motuum. Præterea, Ad ipſum cæteri motus reducuntur. Et ſic patent hæc duo.

Et cum declarauit iſta, ſcilicet corpus eſſe æternum & motum etiam perſcrutabatur primo de motu cœli, & inuenit iſtum motum à virtute neque graui neque leui, cum enim omnis virtus aut grauis aut leuis exiſtat in corpore generabili & corruptibili, aut natura generabili & corruptibili,

ruptibili, aut anima exiſtente in materia, neceſſe fuit vt hæc virtus quæ nec eſt leuis, nec grauis ſit in corpore ſimplici, non habens ſubiectum, nec contrarium, & vt ſit anima neceſſario non admixta materiæ, ſed anima corporis æterni, ita vt iſta anima non ſit abſtracta à corpore, & cum hoc ſeparata ab ipſo inquantum iſtud corpus non indiget ipſa, quia eſt permanens per ſe, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus quæ ſunt cum virtutibus naturalibus, & vt illa anima ſit in eo, nam omne quod mouetur ex ſe, mouetur per virtutem exiſtentem in eo.

Commen. 3 1. Iis ſuppoſitis, concludit motorem cœli eſſe animã, declarando conditiones animæ, & ſyllogiçat ſic omnis virtus non anima eſt grauis aut leuis, aut natura grauis vel leuis, aut anima exiſtens in materia graui aut leui. virtus è qua mouetur cœlum non eſt grauis nec leuis, nec natura grauis nec leuis, nec anima grauis nec leuis. igitur virtus cœli non eſt non anima, & ita eſt anima iis conditionibus limitata, vt ſit in corpore ſimplici non habens ſubiectum ſiue materiam eiuſdem rationis, nec contrarium, & vt ſit anima neceſſario non admixta materiæ, ſed anima corporis æterni, quę non ſit abſtracta à corpore, & cum hoc ſeparata ab ipſo. ſeparata quidem, quatenus iſtud corpus quod mouetur, non indiget ipſa, cum ſit permanens per ſe. econtrario animalibus quorum corpora indigent animabus, nõ abſtracta vero quatenus cęlũ mouetur ab illa, quia oẽ quod mouet à ſe, mouet per virtutem exiſtentem in eo. hæc omnia ſunt non ſemel declarata in hoc lib. propterea ſi cõcluſio eſt amplior præmiſsis, non eſt mirandum, quia addidit omnia illa, virtute omnium eorum quæ hic declarauit. Quo vero ad verba attinet, debes ſcire tria eſſe, elementum mixtũ in aię. & animal, propterea dixit oẽm virtutem non animam eſſe grauem vel leuem, quo ad elementum, aut naturam grauem vel leuem, quã-tum ad mixtum in animæ, aut animam exiſtentem in materia quantum ad animal. tetigit enim illa tria.

Dubitatio Sed occurres, quia hic ait Auerro. animam cœli eſſe ſeparatam, quia cœlum non indiget ipſa quantum ad ſui permanentiam, quia eſt permanens per ſe. Superius dixit oppoſitum quòd ſcilicet nõ ſolum dat motum, ſed permanentiam æternam.

Solutio Ioan. Ioannes dicit, ꝙ anima cœli eſt ſeparata quantum ad eſſe, quia nec dat eſſe cœlo, nec recipit eſſe ab illo, eſt tamen coniuncta quo ad operationem.

Confutatio. Hæc ſolis eſt reprobata ſuperius, quia Auerro. voluit animam cœli dare eſſe motum, vt etiam pluribus rationibus eſt oſtenſum.

Solutio propria Propterea dico quòd anima cœli eſt ſeparata à cœlo, & coniuncta cœlo. ſeparata quidem, quia non dat eſſe poſt non eſſe, cum quo ſtat ꝙ det eſſe habitudine conſeruationis, eſt igitur ſeparata habitudine dandi eſſe de nouo. eſt tamen coniuncta habitudine conſeruationis, quia conſeruat cęleſte corpus vt forma, finis, & agens. De hac re multa diximus ſuperius, nunc ſat eſt breuibus ſic reſumpſiſſe.

Et cum cõſiderauit in iſtis virtutibus edocuit ipſam eſſe virtutem appetitiuam de virtutibus animæ tantum, & cum ſpeculatus eſt iſtas virtutes appetitiuas cœleſtes inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis, & cum conſiderauit in virtutibus appetitiuis cœleſtibus, inuenit eas eſſe finitarum potentiarum, & cum perpendit continuationem motus earum, docuit quòd cauſa continuationis motus earum non eſt iſta virtus, qua mouetur, ſed illud quod largitur ei continuationem eſſe aliquid appetibile.

Commen. 3 2. Hactenus quales ſint motores cęli concluſum eſt, dictum ꝙ ſunt aïæ immateriales, & intellectiles, nũc vult declarare quo ordine ſeſe habeant cœlicæ ipſæ animæ, vt inde proficiſcatur ad declarandum quis & qualiſnam ſit motor primus, & ſumit quatuor in antecedente, inferendo cauſam perpetuitatis eſſe aliquid appetibile præter animas cęlicas & dicit primo, ꝙ animæ cœlorum non habent de virtutibus animę niſi virtutem appetitiuam ſiue voluntatem, ſupple tu & intellectum, immo ipſæ ſunt intellectus appetitiui. Quod quidem habeãt intellectum, eo patet quia ſunt animæ immateriales, & abiunctæ. Quod vero voluntatem per id patet, quia volũtas ſequitur intellectum, vt vmbra corpus. vt dicitur. 12. metaphyſi. commen. 39. & ſic patet prima propoſitio. Dicit ſecundo quòd eiuſmodi virtutes appetitiuæ cœlicæ mouentur ſaltẽ vt ad finem, ad aliquod appetibile nobilius ipſius, hoc patet quia omne mouens, & maxime vt finis eſt nobilius eo quod mouetur, & ſic patet ſecunda propoſitio. Dicit tertio animas cœlorum quæ mouent cęlos vt effectrices cauſæ eſſe finitarum potentiarum, hoc eſt mouere ſua mobilia quantum eſt ex ſe tempore finito, & huius cauſa eſt, quia mouent dependenter. proprerea ſecluſo eo è quo dependent mouet tempore finito. & ita animæ illæ mouent finitis potentiis, & ſic patet tertia propoſitio. Dicit quarto quòd de facto motus cœlici, qui fiunt ab animabus, ſunt continũi hoc eſt perpetui & æterni, nunquam deficientes. Ex iis quatuor cõcludit ordinem, ſcilicet vt ſit quoddam appetibile gratia cuius animę mouent quod præter animas ipſas, præſtantius & nobilius, cauſa omnis æternitatis motuum illarum. cum enim aïæ illę moueant vt appetẽtes, per primam erit aliquod appetibile, nobilius per ſecundam, & cum animæ ſint finitæ per tertiam, & motus illarum de facto ſit perpetuus per quartam, iure ſequitur eſſe aliquod appetibile præter animas appetentes, quod ſit cauſa omnis perpetuitatis, non enim iſtud appetibile poteſt eſſe aliquid de animabus appetentibus, quia non moueret perpetuo, ſed finita potentia, vt animæ cœlicę mouent.

Quæ Ioan. Ioannes hic declarat primo quòd virtutes animarum cœlorum ſint finitæ, quia mouent tempore finito. Secundo quòd motus cœlorũ, quot vis ſint, ſunt perpetui, primum perſuadet, tum quia ſunt virtutes quæ nec eſſe, nec mouere poſſunt ſine alio. igitur ſua natura ſunt tempore finitę in mouẽdo, quia tam diu, quam diu intelligitur eſſe illud propter quod mouent, vnde ſyllogiſmus eſt. omnis virtus quę in mouendo dependet ab alio, ipſa in mouendo ſua natura finita eſt, hæc patet, quia perpetuitas motus eſt ratione alterius. & non ratione ſui & ita ratione ſui erit finitudo motus. Sed animæ cœlorum in mouendo dependent à primo motore. igitur mouẽt ſua natura tempore finito. Tũ ſecundo quia oẽ mouens propter diſpoſitionem alterius, quantum eſt ex ſe tempore finito mouet, ſed animæ cęlorum mouent propter diſpoſitionem primi appetibilis, quia ſi illud eſt tranſmutabile, mouent finito tempore, & ſi intranſmutabile, mouent perpetuo, igitur ipſæ quantum eſt ex ſe mouent tempore finito. Secundum pa-

tuit, quia motus cœli eſt mobilis & motoris æterni.

Concluſiones Ioan. Prima. Ex iis concludit duo. Primum quòd primus motor mouet vt finis tantum patet per ea quæ Auerro. dicit. ait. n. ipſum mouere vt quoddam appetibile, extra omnem cœlorum multitudinem. *Secunda.* Secundum quòd ſit infiniti vigoris, ait enim cæteros motores mouere tẽpore finito, quia ſunt finitæ virtutis. igitur quod mouet tẽpore infinito, erit infinita virtus in vigore. hæc Ioannes. *Moderatio eorum quæ Ioan. dicit.* Sed circa hæc animaduerte, quia ea quę dicit primo ſunt vera vno modo, & altero modo falſa. ſi enim velit virtutes cœlorum eſſe ſuapte natura finitas, quatenus ſunt corruptibiles. ſed præſeruantur à motore illo communi, mentitur. hæ enim ſunt formæ ſimplices non conſtitutæ per ſubiectum, vt totiens Auerro. exclamauit. At ſi velit ꝙ ſint æternę coxiſtitiue, finitæ vero tempore ex conditione recte ſapit. hec enim cum dependeāt in eſſendo & mouendo à primo, ſic ſunt finitæ, quòd ſi primum intelligeretur non eſſe, hæ non eſſent, veluti ſi propoſitiones non eſſent veræ, cõcluſiones non eſſent verę quãquam & propoſitiones & concluſiones ſint neceſſariæ. Igitur ex conditione ſunt finitæ, quia eſſe earum eſt ab eſſe alterius. Sunt autem coexiſtitiue infinitæ, quia coexiſtunt cum illo motore communi. & ſic patet dictum Auerro. & id quod Ioannes ait. ſecundum quod dixit ꝙ motus cœlorum ſunt perpetui, propter mobilis & motoris perpetuitatem, recte cenſet. eſt enim ſua natura finitus omnis cœli motus, ſed perpetuitatem nanciſcitur à motore, & mobili. *Error Ioan. primus.* Sed licet hic vera ſint, concluſiones non ſunt Auerroicæ. prima quidem non, quia vbique Auerro. vult primũ motorem mouere vniuerſum vt agens. & intellectus orbium, vt appetibilis finis, mouet quidem vniuerſum congregatum ex omnibus orbibus vt agẽs, quia mouet illud motu diurno, quo omnes orbes mouentur. 24. horis. mouet vero motores particulares orbium particularium vt finis quia illi mouent ſuapte natura finito tempore, qui niſi ob illud bonum mouerent, certo & ſtatuto tempore mouerent. & propterea motor orbis ſtellati, mouet perpetuo, qui ſua natura mouet. 36. mil. annorum tantum. propter illud appetibile commune. & motor ſaturni perpetuo, qui ſua nã non mouet. niſi. 3. annis, propter idem, & de cæteris ſimiliter. Quod vero hic motor moueat particulares motores vt finis, perſpicuum eſt de mente Auerro. vbiq; ſed ꝙ moueat vt agens poſſum probare multis authoritatibus Auer. & rõnibus. Ad preſens tribus. Primo. 3. cœli commen. 28. & 4. cœli. commẽ. 22. forma materialis & eſt mouens, & eſt mota. quatenus quidem forma mouet. cum de ratione formæ ſit mouere, quatenus vero in materia mouetur, quia de ratione materiæ eſt pati. vnde nono metaphyſi. commen. ſecundo dicitur quod in liberatis à materia non eſt paſsio, ſed actio. Tunc arguo, de ratione formæ eſt mouere. igitur vbi potiſsimum ſaluatur ratio formæ in eo ſaluatur etiam ratio motiui. At cum in primo ſimpliciter & ratio formæ, & ratio actus maxime ſaluatur, & ipſum maxime mouebit. ſecundo omne quod agit & mouet, agit & mouet vt eſt in actu. tertio phyſicorum commen. 17. & nono metaphyſi. cõmen. 20. Primus motor ſimpliciter eſt actus per eſſentiam. igitur agit & mouet per eſſentiam. tertio primus motor ſimpliciter eſt in maximo circulo. octauo phyſicorum. commen. 84. vt in loco. & potiſsimum in dextro illius vt in ortu. ſecundo cęli commen. 15. vt in loco magis proprio, igitur ibi operatur & mouet, quia ſubſtantiæ ſeparatæ apud Ariſtot. & Auerro. non ſunt in loco niſi propter operationem. Ex iis colligitur primum motorem non mouere vt finem, ſed vt agens. Multas rationes addo in codicillo de infinitate primi. Decipitur autem Ioannes, quia Auerro. ait primum motorem mouere vt appetibile, & eſſe extra alios motores. hoc enim non intellexit. Auerro. enim voluit ipſum mouere vt appetibile, ſi referatur ad motores particulares & proprios orbium, nam reſpectu illorum finis eſt. voluit autem ipſum eſſe extra alios, quatenus ille nullum mobile, nullumque orbem particularem mouet, ſed vniuerſum animal cœlicum. Et ſic quatenus eſt communis videtur eſſe extra alios. *Secũdus error Ioan.* Errauit etiam ſecundo Ioannes, quia dixit primum motorem eſſe infinitum, contradixit enim ſibi in octauo phyſicorum vbi voluit ipſum nec finitum, nec infinitum eſſe. Et contradixit Auerro. vbique, qui negat ipſum eſſe infinitum, vt in codicillo de infinitate oſtenditur. Sed quia res hæc eſt longa, & in illo lib. determinata, ſufficit ſcire primum dici infinitum non vigore, ſed duratione, qui (quoniam eſt independenter & à ſe talis) ideo dicitur infinitus abſolute. cæteri motores particulares ſunt etiam infiniti, ſed quia ſunt tales ab alio atque dependenter, hac ratione dicuntur finiti, vt totiens dictum eſt.

Et quia continuatio non prouenit niſi à motore non moto, ſequitur quòd iſtud mouens neque eſt corpus, neque potentia in corpore, & quòd eſt intelligentia abſtracta, quod etiam declaratum eſt in libro de anima, ſcilicet quòd omne quod eſt tale, eſt intelligentia abſtracta, & quod iſtud corpus cœleſte intelligit hanc intelligentiam, intelligentia enim tranſmutat ipſum appetere ad illud.

Commen. 23. Nunc exponit qualis nam ſit ille primus motor, & vult quòd neque ſit corpus, neq; virtus corporea, & quòd ſit intellectus ſeparatus. Et hoc probatur, quia continuatio ſiue perpetuitas motus non peruenit, niſi à motore non moto, & hoc idem tertio de anima eſt probatum. & dictum quòd omne mouens, quod in mouendo non mouetur, eſt intellectus ſeparatus vbi etiam dictum eſt corpus cœlicum intelligere hanc ſeparatam mentem per hoc quia intelligentia vnicuique propria tranſmutat ipſum appetere ad illud, hoc eſt per hoc, quia intelligentia vnicuiq; orbi propria facit ipſum appetere illam mentem ſeparatam, qui appetitus non eſt abſque compræhenſione. Sic igitur patet talem primum motorem eſſe neque corpus, neque vim corpoream, & eſſe puram & ſeparatam mentem. quam Plato idæam boni appellat, & alibi vnitatem.

Et cum cõſiderauit etiam da cauſa ęternitatis cœli declarauit in vltimo primi cœli & mundi in eo non exiſtere potentiam omnino, & declarauit etiam de virtute qua mouetur cœlum localiter, ſcilicet anima appetitiua quòd ipſa non habet materiam niſi materiam quæ eſt in potentia in loco tantum. Cum igitur ſciuit has tres cauſas, compleuit ſcientiam de cęlo, & eſt declaratum ex hoc toto quod dixit in ſecundo cœli & mundi, ſcilicet quòd

ſi in

ſi in cœlo eſſent plures ſtellæ aut maiores ceſſarent motus eius, aut eſſent minores, & ſic ceſſaret continuatio motus, motus enim eſt neceſſarius in continuatione.

Commen. 24. Placet mihi expoſitio Ioannis, quæ ait Auerro. quaſi reſumere ea quæ dixit. Dixit enim in cœlo nullam eſſe potentiam ad eſſe, qua cœlum poſsit eſſe & non eſſe. Amplius in illo non eſſe potentiam niſi ad vbi, hæc ergo repetit. primum enim probatum eſt propter cauſam æternitatis. ſunt enim cauſæ æternitatis duæ, carentia materiæ & carentia contrarij. Et propter has cauſas ſequitur cœlum nullam habere potentiam ad eſſe. omne enim carens materia, & contrario caret potentia penitus. Secundum probatum eſt per hoc, quia continuo motus eſt alius atque alius, igitur corpus cœleſte eſt in potentia ad motum & ad quietem. Addit quòd cum Ariſtot. in libr. cœli ſciuit has tres cauſas motus cœli, videlicet, finem qui eſt motor ſeparatus, effectricem cauſam, videlicet, intelligentiam vnitam vnicuique orbi & materiam ad vbi, quod eſt corpus cœleſte com pleuit ſcientiam de cœlo. ſcire enim eſt per cauſas & potiſsimum ſcire per omnes cauſas, hæ tres cauſæ ſunt omnes cauſę quia alia eſt finis vt motor ſeparatus alia effectrix vt motor particularis. alia materia vt cœleſte corpus, quod eſt altera pars animalis cœli, & quia finis & forma idem eſt, igitur hæ ſunt omnes cauſæ cœli & eius motus, & ita completur ſcientia de cœlo, qui eſt per omnes cauſas. Addit quòd etiam ex ſecundo libr. cœli eſt declaratum cœlum carere omni potentia, quia ibi eſt dictum continuationem motus eius eſſe neceſſariam. ſignum autem, quia habet pro impoſsibili motum orbis eſſe tardiorem aut ceſſare, vt apparet in illo enthime. ſi orbi adderetur ſtella aut non moueretur aut tardius moueretur. Sic igitur patet Ariſtot. habere pro impoſsibili motum cœli poſſe variari, aut ceſſare, & ita vult illum eſſe neceſſarium, & per conſequens cœlum caret omni potentia ad eſſe. Aliter aliquando ceſſaret, hæc eſt recapitulatio eorum quæ dixit.

Et fuit declaratum ex iis omnibus quod dator cōtinuationis motus eſt dator motus cœli, quia niſi ipſe eſſet, deſtrueretur motus, & ſi motus, etiam cœlum, cœlum enim eſt propter motum ſuum, & ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum deſtrueretur, & ſic mundus. Ex quo verificatur quòd dator continuationis motus eſt dator ipſius eſſe omnibus alijs entibus.

Commen. 25. Ex iis concludit vnam concluſionem, videlicet ꝙ primus quòd motor eſt vniuerſalis cauſa effectrix omnium rerum. Et arguit à primo ad vltimum hoc pacto. Primus motor eſt dator continuationum in motu cœli, vt probatum eſt. igitur dator motus cœli, quia motus cœli eſſe non poteſt ſine continuatione, nec ſine illo primo, vt dictum eſt. Vltra primus motor eſt dator motus, igitur ipſius cœli. non enim eſſe poteſt cœlum ſine motu. eſt enim cęlum ob mo tum ſuum, tanquam ob propriam operationem & finem ſecundarium. Vltra, primus motor eſt cau ſa motus cœli. igitur eſt cauſa rerum ſublunarium, quia illæ nec eſſe nec moueri poſſunt ſine motu cœli. Vltra, primus motor eſt cauſa omnium rerum ſublunarium. igitur eſt vniuerſalis cauſa totius mundi, eſt enim mundus ex rebus ſuperis & inferis congeries. Ex quo infert illum eſſe cauſam eſſendi omnibus qui eſt dator continuationis, & ſic recte verificatur quod Ariſto. infert. 12. Metaphyſi. libr. cum ait. ex tali igitur principio cœlum ipſum dependet. vbi Auerro. ait. commen. 39 Deum eſſe animal ſempiternum, è quo cœlum & tota nā dependet. Sed circa hæc occurrunt dubitationes. Prima vtrum ceſſante motu cœli ceſſaret cœlum. Secunda, vtrum ceſſante motu cœli ceſſarent omnes res ſublunares penitus. Contra primam arguitur quòd non, quia ceſſante accidente non debet ceſſare ſubſtantia. Sed motus eſt accidens cœlo. Contra ſecundum vero, quia ſi res ſublunares ceſſarent, vel per annihilationem, vel per corruptionem. non per annihilationem, quia hæc perterruit omnes phyſicos, non per corruptionem, quia corruptio vnius eſſe generatio alterius, & ſic adhuc remanerent. In oppoſitum eſt Auerro. vt vidiſtis. De his quæſtionibus diſputamus copioſe in libro cœli, nunc curſim vt peripatetici dicimus. Ex falſo impoſsibili ſequi falſum impoſsibile. Et propterea, quia motum cœli ceſſare peripatetici credūt eſſe falſum impoſsibile, ideo conſequenter coguntur concedere ipſo ceſſante omnia ceſſare, & ipſo ceſſante omnia quæ ſunt remanere. Quod quidem ipſo ceſſante omnia ceſſent patet. primo quia motus cœli eſt veluti vita omnium eorum quæ per naturam ſubſiſtunt, vt dicitur octauo phyſicorum modo nihil eſſe poteſt ſine vita. Secundo motus cœli eſt finis cę li quo conſeruatur in eſſe, ſed ablato fine aufertur eſſe, igitur aufertur cœlum, ſed motor eſſe non poteſt ſine mobili in neceſſariis. igitur aufertur omnis motor, & ſic ablata erit omnis natura ſuperior, ſed natura inferior eſſe non poteſt ſine natura ſuperiori, igitur ablato motu tollitur omne eſſe, tertio in omni ordine eſſentiali ablato primo totius ordinis aufertur omne poſterius, ſed motus cœli eſt primus omnium motuum, igitur ipſo ablato aufertur oīs alius, & ita omnia mobilia & motores. & ſic patet quòd ceſſante motu cœli omnia ceſſant. Quod vero ceſſante motu cœli cuncta remaneant patet, quia vel deſi nunt per corruptionem, vel per annihilationem. non per corruptionem, quia corruptio vnius eſt generatio alterius nec per annihilationem, quia impoſſibile eſt aliquid ex nihilo fieri, & ita impoſſe erit aliquid in nihil redigi apud peripateticos. Et ita patet ambo illa oppoſita ſequi, cauſa autem eſt, quia antecedens eſt falſum impoſsibile, ex quo nonniſi falſum impoſsibile ſequitur, quod quidem ſequens eſt concedendum non pro ſui qualitate, vt ſorticolæ aiunt, ſed vt ſequens ad poſitum. Hæc raptim de quæſtione, quia in libro cœli ſcribimus copioſius. Ad rationem patet ſole. Ad primam dico quòd motus cœli non eſt accidens contingens cœlo, ſed proprius illius finis ſaltem ſecundarius, propria motoris & mobilis operatio. Et propterea eo ceſſante ceſſant motor & mobile. Ad ſecundum patet ſolutio. ratio enim concludit illa non ceſſare, & oppoſita ratio illa ceſſare, & hoc quia antecedens eſt falſum impoſsibile ad quod ſequitur quodlibet, ideſt ambo contradictoria. Et ſic patet ſolutio quæſtionum. Sed de his ad libro de cœlo te mitto.

Dubitationes. Prima.

Secunda.

Solutio qōnum

Demonſtratio

Demonſtratio autem qua vſus eſt in vltimo octaui phyſicorum probans, ſcilicet quòd virtus infinita non exiſtit in corpore finito, ſiue fuerit materialis ſiue non: plures induxit ad errorem, & multotiens locuti fuimus de diſſolutione quæſtionis contingentis in ea. & ſimiliter locuti fuimus de hoc quod contingit ex hoc: quòd videlicet primum motum ex ſe & ex alio eſt motum per accidens per naturam motoris ſui: & hoc intendimus declarare, & eſt manifeſtum quòd qui deſtruxit ſcientiam cauſarum illorum trium quęſitorum, non complebitur in eo ſcientia cœli.

Commen. 26. Excuſat ſe à duobus, & repetit quod concluſerat. Circa primum debes ſcire, quòd Ariſto. octauo phyſicorum probauit quòd nulla virtus infinita ſit in corpore finito, qualiſcunque ſit illa virtus. per hoc, videlicet, quia tunc moueret in non tempore, vt deducit per proportionem motoris ad mobile. vt Auerro. explicat commen. 79. liber duodecimo metaphyſi. modo contra hanc deductionem mouetur quæſtio vt vbi mouit Auerro. propter quid videlicet ſequitur virtutem infinitam mouere in non tempore ſi eſt in corpore, & non ſequitur ſi eſt extra corpus Auerro. igitur ſe excuſat à pertractatione huius quæſtionis, quia ait ſępius ſe illam diſputaſſe, vt in octauo phyſicorum commen. 79. & duodecimo metaphyſi. commen. 41. & alibi. Quæ quæſtio fuit cauſa errandi multis & dicit. Secundo debes ſcire quòd vnuſquiſque orbis mouet ſe per accidens, quia non primo propter ſe, ſed propter motorem communem. Mouetur enim à natura motoris proprij, & ita videtur quaſi per accidens ſe mouere. Propterea ait hoc voluiſſe declarare, ſed quia alias copioſius declarauit, ideo vult eſſe excuſatum ſe de vlteriori declaratione. Sed quicquid ſit, dicerem quòd qui deſtruit ſcientiam illorum trium, videlicet, communis motoris, mobilis, & proprij motoris, non poteſt complete ſcire cœlum, vt ſuperius fuit bene explicatum. Hæc de tertio libro.

Finis Tertij libri.

LIBER IIII.

AVGVSTINI NIPHI COMMENTATIONES

IN LIBRVM QVARTVM AVER. DE SVBSTANTIA ORBIS.

PERSCRVTANDVM eſt de hoc quod dicunt quòd corpus cœleſte eſt ſimplex, & ſpirituale.

Cōm. 1. HACTENVS in libro tertio de motore & mobili ipſius cœli. Nunc vltimo in hoc quarto libro vult loqui de quibuſdam attributis cœlo & diſſoluet quæſtiones, tum de cœli natura, tum de eius forma. Quantum ad primum proponit intentionem, & inquit, perſcrutandum eſt de hoc quod dicunt quòd corpus cœleſte eſt ſimplex ſpirituale, & ſumit corpus cœleſte pro altera parte animalis cœlici. Sunt igitur tributa corpori cœleſti tria, quòd videlicet ſit corpus, quòd ſimplex, quòd ſpirituale. Et hæc tria declarabit

Intendunt enim in ipſo eſſe dimenſiones nō in materia, & ideo non recipit alterationem in qualitatibus neque in ſubſtantia, & eſt ſicut dixit Themi. quòd ſol & luna & aliæ ſtellæ aut ſunt formæ, id eſt dimenſiones non in materia, id eſt corpora ſpiritualia, aut habent materiam æquiuoce cum iſtis materijs. Nullus autem dubitat hoc quòd ſunt corpora quæ mouentur.

Exponit & verificat dicta attributa & primo quòd cœleſte corpus ſit ſimplex, & ait cœleſte illud corpus eſſe ſimplex quatenus in ipſo ſunt dimenſiones non in materia, id eſt dimenſiones non conſequentes materiam, quod probat per hoc, quia nec per qualitates eſt alterabile, nec per ſubſtantiam eſt tranſmutabile, igitur cœleſte corpus eſt ſimplex per excluſionem materiæ. Quod vero ſit ſpirituale probat per auctoritatem Themiſtij, dicentis quòd ſol & luna & aliæ ſtellæ aut ſunt formæ, hoc eſt dimenſiones ſimplices ſiue corpora ſpiritualia, aut habent materiā æquiuoce, id eſt aut ſunt materiæ æquiuoce. Quod aūt ſit corpus probat per hoc, quia nemo dubitat ipſum moueri, & omne quod mouetur eſt corpus. Et ita eſt corpus, quia mouetur. ſimplex, quia dimenſio ſine materia, ſpirituale, quia eſt materia æquiuoce. Animaduerte quòd licet idē ſit ſimplex & ſpirituale tñ differūt, quia ſimplex dicitur per reſolutionē ad materiā, ſpirituale vero per relationem ad formam. Cōm. 2.

Et etiam nullus dubitat quòd corpora non recipiunt alterationem, & tranſmutationem in ſubſtantia: niſi quia ſunt in materia, & ideo inuenitur in eis plus quam vnum numero, & ſunt ſpecies, & genera, corpora igitur cœleſtia ſunt abſoluta à materia.

Remouet cauillum. quia nonnulli negarunt materiam, & conceſſerunt alterationem & generationē vt Democritus & alij plures veluti habetur primo de generatione. Reſpondet quòd nemo debet dubitare nihil poſſe tranſmutari niſi propter materiam. omne enim quod tranſmutat habet materiam, vel eſt ipſa materia. Signum affert quia multitudo īdiuiduorum eſt propter materiam, ita quòd vbi eſt materia, ibi eſt multitudo indiuiduorum & ſpecies & genera, quòd non eſſet niſi pro quanto illa materia eſſet cauſa alterationis & generationis. Ex iis infert corpora cœleſtia eſſę abſoluta ab omni materia, & ita patet illa eſſe corpora ſimplicia & ſpiritualia. Hæc de attributis. Sed circa eſt contradictio, quia Auer. hic cauſam multiplicationes indiuiduorum ſub eadē ſpecie dicit eſſe materiā quæ eſt cauſa generationis & corruptionis. In primo vero de cœlo. cōmen. 4. ait cauſam multiplicationis indiuiduorum ſub eadem ſpecie eſſe imperfectionem. Dici poteſt quòd imperfectio non eſt cauſa multiplicationis indiuiduorum in eadem ſpecie, niſi velut cauſa ſine qua non. Sed cauſæ per ſe ſunt multæ, materia quidem cauſa per ſe eſt vt ſubiectum, effectrix cauſa eſt generans, aptum plura generare in eadem Cōm. 3. Dubitatio. Solutio.

eadem ſpecie. Cauſa formalis eſt forma rei, quia vt dicitur ſecūdo de anima.commen.4.indiuiduum eſt hoc propter formam, formalis ſine qua non eſt continens.ſunt enim contenta in continentibus vt in formis. Cauſa vt finis eſt eſſe melius.nam cum natura ſemper agat de poſsibilibus quod melius eſt, & cum plura eſſe indiuidua ſub vna ſpecie quando apta nata ſunt eſſe, ſit melius.igitur hoc eſt cauſa vt finis. attribuitur autem ipſi materiæ cauſa multiplicationis, quia videtur ipſa præcipua.ipſa enim exiſtente indiuidua ſunt multa ſub eadem ſpecie, & ipſa ablata non eſt niſi vnum indiuiduum in ſpecie. Vtrum vero materia ſit cauſa multiplicationis ſola, an vt quanta, alibi quære.

Sed tamen fuit dubitatum de eis vtrum habeant materiam per potentiam quæ eſt in eis ad vbi.omnis enim potētia exiſtit in materia. Sed forte videtur quòd iſta materia habet eſſe medium inter materiam quæ eſt omnino in potentia & inter actum purum, ſcilicet tres dimenſiones: in quibus non eſt potentia omnino: & ſic potentia habebit gradus, & materia gradus:& per hanc potentiam indigent corpora cœleſtia motore in quo non eſt potentia omnino.

Commen 4. Mouet quæſtionem, quæ licet ſit pertractata, tamen mouetur ſub noua forma. Quæſtio eſt vtrum orbes ſiue cœli ipſi habeant materiā, propterea quia habent potentiam ad vbi, hæc enim quæſtio nō quęrit vtrum cęlum habeat materiam, ſed vtrum habeat materiam eo, quia habet potentiam ad vbi, vt quaſi ſit ſenſus, vtrum potentia ad vbi ſit materialis, & arguit ꝙ ſic, quia omnis potentia eſt in materia, igitur ſi habet potentiam ad vbi, habet materiam. Soluit, & vt mihi videtur, concedit cęlum habere materiam, propterea quia habet potentiam ad vbi, ſed illa materia quam habet cęlum eſt alterius rationis, quia materia cœli non eſt pura potētia velut materia generabilium, nec in actu puro nulli potentiæ admixto veluti ſunt dimenſiones cœlicæ, quæ nunquam fuerunt interminatæ, nec in potentia ad terminum aliquem. Sed eſt medium quoddam nō quidem participatione extremorum vt tepidum, ſed participatione conditionum materiæ puræ & actus puri.participat enim conditione materiæ reſpectu motus, quia ad illum eſt pura potentia.participat autem conditione actus, reſpectu motoris, quia reſpectu illius ſemper eſt in actu. dictum eſt enim cœleſtem illam materiam eſſe ſubiectum ad motorem, materiam vero ad motum.

Cauillus primus. Ex iis infert ſolutionem ad duos cauillos.primus eſt quia ſi cœlum habet materiam.& alterius rationis.igitur dabuntur duæ primæ materiæ. *R⁹ſio ad cauillum.* Reſpondet concedendo eſſe duas primas materias alterius rationis, quia materia habet gradus velut potentia. vt enim eſt quædam potentia ad eſſe, & quædam ad vbi, ſic eſt quædam materia ad vbi, quædam ad eſſe. Erunt igitur duæ primæ materiæ, ſed alterius rationis. *Cauillus ſcdus.* Secundus cauillus eſt, quia ſi in cœlo eſt materia ad vbi poteſt quieſcere. potentia enim eſt vna contrariorum. *Reſpōſio ad cauillum.* Reſpondet & concedit materiam cęli eſſe motus & quietis.ſignum autē eſt, quia propter hanc potentiam indiguit cœlum motore, qui omni à potentia ſit liberatus tam ad eſſe quam ad vbi. De hac quæſtione & aliis eſt diſputatum ſuperioribus libris. Ioannes vero per cœlum eſſe medium, videtur velle cœlum eſſe ligamentum æternorum & generabilium. *Quæ Ioan. Gādauen.* Et decipit, quia licet corpus cœleſte ſit medium per hoc, quia ligat ęterna cum corruptibilibus, non intelligit ſic Auerro.in hoc loco. *Error Ioan.* Sed medium intelligit quandam naturam, quæ habet rationem materię & actus ſecundum diuerſas conditiones.non enim comparat cœleſte corpus ad æterna & corruptibilia, ſed ad actum purum & purám potentiam, & ſic Ioannes videtur dicere, verum non ad propoſitum.

Ioannes autem dedit quæſtionem, de qua plures conſiderantes non potuerunt euadere.dixit enim ſi mundus eſt finitus, debet habere potentiam finitam, igitur eſt generabilis & corruptibilis.

Commen. 5. Mouet ſecundam quæſtionem, quæ licet alibi ſit mota de cœlo ipſo. nunc tamen mouetur de toto mundo. Habet tamen eandem vim. Quæſtio vero ſic componitur, omne quod habet potentiam finitam, eſt corruptibile. Mundus habet potentiam finitam, igitur mundus eſt corruptibilis. Minor probatur, quia mundus eſt finitus tam motu quam dimenſione, & ita virtute & potentia.

Et ad hoc dicendum eſt quòd generatio & corruptio & omnis motus eſt à virtute, quæ eſt habitus, & omne quod caret cauſis motus, neceſſe eſt habere quietem, quæ eſt eius priuatio.

Commen. 6. Reſpondet ad quæſtionem, & non multum curat formam quæſtionis. ſupponit igitur primo ꝙ generatio & motus ſint à cauſa poſitiua, quam appellat habitum, quietem vero & incorruptibilitatem vult eſſe à cauſa priuatiua. verbi cauſa, duæ ſunt cauſæ corruptionis, materia, videlicet, & contrarium, igitur priuatio harum cauſarum erit cauſa incorruptibilitatis. In cauſis enim conuertibilibus ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, priuatio erit cauſa priuationis vt dicitur in libro Poſterio. Præterea, Duæ ſunt cauſæ motus per ſe, mobile ꝑ ſe, & motor per ſe, id igitur qđ non habet mobile per ſe nec motorē per ſe, quieſcit per priuationem dictarum cauſarum.

Et non eſt impoſsibile exiſtere in corpore finito quod caret motu quietem infinitam: licet corpus ſit finitum: quies enim eſt priuatio, & priuatio non eſt potentia.

Commen. 7. Hac ſuppoſitione ſtante reſpondet ad materiam quæſtionis, & concedit in ipſo mundo ſiue cœlo eſſe quietem infinitam, ſiue quies ſumatur pro priuatione motus de loco in locum, ſiue pro priuatione corruptionis. Mundus enim ſemper quieſcit à motu locali, & ſemper quieſcit à generatione. Cauſa autem eſt, quia quies eſt effectus priuatiuus, & non effectus poſitiuus, & propterea eſt per priuationem cauſarum, & non per præſentiā cauſarum. quieſcit enim mundus à motu de loco in locum propter carentiam cauſarum motus, & quieſcit à corruptione propter carentiā materiæ & contrarij. Erit igitur mundus infinito tpe incorruptibilis, licet ſit finitus mole, & opatione.

Vnde dicit Ariſto.quòd cum ſtellæ carent cauſis motus quas habent corpora cœleſtia, de neceſsitate habent quietem

tem infinitã, quæ eſt priuatio motus. Et ſimiliter dicit quòd terra debet habere quietem infinitam quæ eſt priuatio motus, quia caret agente motum in ea infinitum, & ideo dicit quòd quies quæ eſt in ea contingit neceſſario vt ſit fortior virtute cœli qua mouetur, quia motus ſuper ipſam fit, motus.n.impoſſibilis eſt in eo quod eſt quieſcens, cum caret cauſis motus, & hoc manifeſtum eſt per ſe.

Commen.8. Probat dictam ſolutionem per auctoritatem Ariſto.primo de ſtellis. Ait enim Ariſto.ſecundo cęli.ſtellas non moueri per ſe in cœlo vt piſces in mari, ſed ad motum orbium, & propterea ſtellæ cuique ineſt quies infinita à motu per ſe, & hoc quia talis quies ineſt propter priuationem cauſarum motus, & nõ propter cauſas affirmatiuas. Secunda auctoritas eſt de terra quæ tempore infinito quieſcit propter duas rationes. primo quia caruit agente motum in illa, ſecundo quia cœlum fertur circa eam, modo omne qđ mouetur indiget quieſcẽte. Et addit obiter ꝙ hac ratione dixit Ariſto.in libro de cauſa motuum animalium ꝙ quies terræ eſt fortior potentia cœli, aut ſaltẽ æque fortis, quia nec omnes dij omnes deæ nec poſſent mouere totam terram, ea enim virtus quæ moueret terram eſſet fortior virtute cœli, primo quia faceret cœlum quieſcere, & ſecundo quia faceret motum terræ. Virtus autem cœli ſolum mouet cœlum. Sic igitur terra infinito tempore quieſcit. Tum quia caret motore & cauſis motus. Tum quia cœlum fertur neceſſario circa ipſam. Debes ſcire ꝙ Alexander aphrodiſiæus credidit quodlibet elementum eſſe animatum vt ſibi imponit Auerro.primo de Anima. commen.88. propterea quidam opinati ſunt terram quieſcere propter virtutem animæ, quæ eſt eius forma. Auerro. vero contra hos dat intelligere terram quieſcere non propter virtutem animæ, ſed propter priuationem cauſarum facientium motum, quia demonſtrat nullum elementum poſſe eſſe animatum in pluribus locis. Ex iis patet dicta ſolutio ad materiam, & qualiter eſt peripatetica.

In cœlo igitur eſt priuatio infinita, licet ſit finitũ quum quies ſit priuatio, non virtus, ſicut exſtimauerunt qui dixerunt quòd quies eſt in eo per virtutem. Immo neceſſario eſt per priuationem virtutis.

Commen.9. Reſumit ſolutionem & concedit mundum eſſe finitum & habere priuationem corruptionis infinitam, & hoc quia quies à corruptione eſt priuatio, non virtus, ſicut exiſtimauerunt qui dixerunt quòd quies à corruptione eſt in ipſo cœlo per virtutem, Auicenna enim & Philoponus crediderunt corpus cœleſte eſſe corruptibile, ſed æternitatem habere à motore ſeparato. Et propterea addit quòd talis quies eſt propter priuationem virtutis, ideſt potentiæ materiæ, cœlum igitur eſt æternum quia caret cauſis corruptionis, videlicet materia & contrario. Tunc poteſt dici ad formàm concedendo maiorem & negando minorem, quia mundus nec habet potentiam finitam nec infinitam, cum careat omni potentia penitus. Ad probationem concedo quòd mundus eſt operatione & mole finitus, non tamen ſequitur vt ſit potentia finitus. omnis enim potentia eſt ratione materiæ. modo cœlum eſt abiunctum ab omni prorſus materia. Et ſic patet ſolutio ad materiam & ad formam.

Et ideo videmus loquentes in hac quæſtione quærere vtrum permaneat per ſe, aut per diſpoſitionem additam illi. Et eſt permanentium per ſe quia permanentia eſt priuatio motus. & priuatio non accedit ei, niſi quia caret agente motum. Et ſcias quòd hæc quæſtio eſt valde bona, & ſic terminatur libellas de ſubſtantia orbis.

Commen.10. Obiicit dictæ ſolutioni, quia mundus eſt æternus, vt totiens probatum eſt, propterea quærunt vtrum ſit æternus per ſe, vel per diſpoſitionem additam illi. Reſpondet quòd cœlum non eſt æternum per diſpoſitionem additam ipſi, vtpote per virtutem ſeparatam, vt dixit Auicenna, & Ioannes Grammaticus, ſed æternum per ſe quia propter carentiam cauſarum motus generationis. addit quæſtionem hanc eſſe vtilem, & propterea eam vult eſſe vlterius conſiderandam. Signum quia alibi mouit. & ſoluit vt duodecimo Metaphyſi. commen. 41. & ſecundo cœli. commen. 71. & alibi. Debes ſcire quòd duplex poteſt aliquid intelligi eſſe æternum. aut per additionem, vt quando aliquod eſſet ſua natura corruptibile, ſed ab alio præſeruaretur, vt Plato & Philoponus & Auicenna dixerunt de cœlo. voluerunt enim cœlum eſſe ſua natura corruptibile, ſed nanciſci æternitatem à motore ſeparato. Alio modo aliquid dicitur æternum per ſe. hoc eſt non per additionem cauſarum, ſed priuatione cauſarum corruptiuarum. & hoc pacto Ariſtot.& Auerro. arbitrantur cœlum eſſe æternum. Sed occurres, quia per Auerro. cœlum caret cauſis corruptionis. igitur poteſt habere, omnis enim priuatio eſt in ſubiecto apto nato. Dici poteſt quòd priuatio eſt ſecundum genus, & ſecundum ſpeciem. ſecundum genus quidem talpa priuatur viſu, quia poteſt habere ſaltem ſub ratione animalis ſecundum ſpeciem catulus priuatur ipſo viſu, quia poteſt habere inquantum canis. dico igitur ꝙ cœlum eſt æternum per priuationem cauſarum, quę illi competit per rationem generis, & ita poteſt corrumpi per rationem generis. Vel tutius dicerem Auerro. per priuationem intellexiſſe negationem cauſarum, & hoc pacto debet intelligi. Hæc ſunt quę mihi videtur de iſto lib. Auer. Animaduerte ꝙ Paduę priſcis diebus alias editiones fecimus. Sed qa in iuuentute ſunt compoſitæ in quibus multa iuueniliter diximus, quæ nunc non diceremus, dubitantes ne aliquis maliuolus illas ederet, has prædimus & has volumus eſſe noſtras, quas non publicaremus, niſi alij maledici præueniſſent. Nam hac ætate non multum in Auerro. dictis inſiſtimus, occupati in altioribus.

Æternum duplex. — *Dubitatio.* — *Solutio.* — *Priuatio duplex.* — *Quid Auer. p priuationem.*

FINIS.

Series chartarum,

A B C D E F.

Omnes ſunt quaterniones præter F qui eſt Ternus.



VENETIIS,

Apud Hieronymum Scotum.

MDLIX.

B384